BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

# NONIVS MARCELLVS

EDIDIT
W. M. LINDSAY

I

1554

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

mk 10 7.50 net

K

# NONII MARCELLI

## DE CONPENDIOSA DOCTRINA

### LIBROS XX

ONIONSIANIS COPIIS VSVS EDIDIT

WALLACE M. LINDSAY

---

VOLVMEN I

LL. I—III, ARGVMENTVM, INDICEM SIGLORVM ET PRAEFATIONEM CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MCMIII

PIAE MEMORIAE

IOANNIS HENRICI ONIONS

SACRVM

# ARGVMENTVM.

# INDEX SIGLORVM

## ET PHILOLOGORVM QVI IN NOTIS LAVDANTVR.

---

| | |
|---|---|
| $A^A$ | (1) in lib. IV°., fons codicum Gen. (unde H Cant. P) et B.<br>(2) in libb. V—XX fons codicum H et PE. |
| Acidal(ius) | In Plautum Divinationes et Interpretationes. (Gruteri Lampas t. VI.). |
| Agahd | ed. Varronis Antiquitatum Rerum Divinarum libb. I, XIV—XVI, Lips. (Teubner.) 1898. |
| Ald. | ed. Nonii Aldina. Venet. 1513. |
| Augustinus | Fragmenta historicorum collecta. Antuerp. 1595. Emendationes et opiniones. Lugduni 1560. |
| B | codex Bernensis 83, saec. $X^1$. |
| $B^A$ | (1) in libb. I—III, fons codicum G (et PE fortasse) et correctionum $H^2 L^3$.<br>(2) in lib. IV°., fons codicis G et correctionum $H^2 L^3$ Gen.$^2$ Cant.$^2$ $P^2 E^2$.<br>(3) in libb. V—XX, fons codicis G et correctionum $H^2 L^3 P^2 E^2$. |
| Baehrens | ed. fragmentorum poetarum Latinorum (Teubn.). |
| Bamb. | codex Bambergensis M. V. 18, saec. $X^1$.—$XI^1$. |
| Barth(ius) | Adversariorum libri. Francof. 1624. |
| Becker | (I.). De divisione saturarum C. Lucilii (Zeitschr. f. Altertumsw. 1842). |
| Bentin(us) | in nova ed. Nonii Aldina. Venet. 1526. |
| Bentl(eius) | marginalia in exemplari Nonii ap. Museum Britannicum ed. Zangemeister (Rhein. Mus. XXXIII, 462 sqq.). |
| Bergk | De aliquot fragmentis tragicorum Latinorum (Rhein. Mus. III, 71 sqq.), etc. |
| Bern. 347, 357 | codices Noniani Bernenses 347 et 357, saec. $X^1$., olim cum Paris. 7665 coniuncti. |
| Bongars | Ad Iustinum. Paris. 1581, etc. |

| | |
|---|---|
| Both(e) | Emendationes Nonianae (Rhein. Mus. V, 250). Poetarum scenicorum fragmenta. Lips. 1834. |
| Bouterwek | ad Lucilium (cf. Rhein. Mus. XXI, 339 sqq.; Philolog. XXXII, 354 sqq., 691 sqq.). Quaestiones Lucilianae. Elberfeld 1867. De C. Lucilio satirico. Merseburg 1871. |
| Bue. | Buecheler (1) in ed. Varronis Saturarum Menippearum (cum Petronii Satiris). Berol. 1882. (2) in notis ed. Ribbeckianae Fragmentorum Scaenicae Romanorum Poesis. Lips.$^3$ 1897/8. |
| $C^A$ | fons codicum Paris. 7666, Lugd., Bamb., Turic. |
| Cant. | codex Cantabrigiensis (Bibliothecae Universitatis MM. V, 22), saec. $IX^i$. ex. |
| Canterus | (Gul.). Novae Lectiones (Gruteri Lampas t. III). (Theod.). Variae Lectiones, Antuerp. 1574. |
| Carrio | (Ludovicus). Antiquae Lectiones. Antuerp. 1576. Emendationes et observationes (Grut. Lamp. t. III). |
| Casaubon | ad Lucilium, ap. ed. Dousae. |
| Cauch | ap. ed. Iunianam Nonii. |
| Ciacconius | Notae in Sallustium. Lugd. Batav. 1594. |
| Columna | Ad Ennii fragmenta. Neapoli 1590. |
| Corpet | Satires de C. Lucilius. Paris. 1845. |
| Cuiac(ius) | Observationum libri XI. Lugduni 1555—1570. |
| $D^A$ | fons codicum Paris. 7665 (cum Bern. 347 et 357), Montepess., Oxon. |
| Delrius | Syntagma tragoediae Latinae. Antuerp. 1593. |
| Dous(a) | (Franc.). C. Lucilii satirarum reliquiae. Lugd. Batav. 1697. |
| Duentzer | Livii Andronici fragmenta. Berol. 1835. De versu Saturnio. Bonn 1838 (cf. Zeitschr. f. Altertumsw. 1838; Rhein. Mus. 1848). |
| E | codex Escorialensis M. III, 14, saec. $X^i$. |
| ed. pr(inc.) | (1) in libb. I—II, IV—XX, a. 1470. (2) in lib. III, a. 1511 Pisauri (cf. Iourn. Phil. XXI, 219). |
| F | codex Florentinus (Laur. XLVIII, 1), saec. $IX^i$. |
| Faber | (Nic.). Conjecturae ap. ed. Mercerianam. |
| Fleckeisen | (cf. Rhein. Mus. passim; Jahrb. Philol. 1857). |
| Francken | Coniectanea critica ad C. Lucilii librorum decadem primam. Amst. 1869: Noniana (Mnemos. XXVI, 373 sqq.). |

| | |
|---|---|
| Freinshemius | Ad Florum. Argentor. 1655. |
| Fruter(ius) | Verisimilia et Epistolae philologicae (Grut. Lamp. t. II et V). |
| G | codex Gudianus (Wolfenbuettel. 96), saec. X$^{i}$. |
| Gebhard(us) | Crepundiorum libri III. Antiquarum lectionum libri II (Schminck. Syntagm. Crit.). |
| Gen. | codex Genevensis 84, saec. IX$^{i}$. |
| Gerlach | ed. Nonii (cum Roth.). Basil. 1842.<br>Lucilii Saturarum reliquiae. Turic. 1846.<br>ed. Sallustii. Basil. 1843. |
| Gifan(ius) | Ad Lucretium. Antuerp. 1565. In linguam Latinam observationes. Altenburg 1762. |
| gl. | Glossarium Nonianum ex cod. Lugdunensi (67 F) saec. VIII$^{i}$.—IX$^{i}$. ed. Goetz in Corp. Gloss. Latin. vol. V. |
| Gothofredus | Auctores linguae Latinae. 1585. |
| Grauert | ad Lucilium (Programm. Münst. 1848). Histor. und philolog. Analekten. Münst. 1833. |
| Grautoff | Turpilianarum comoediarum reliquiae. Bonn 1853. |
| Gronov(ius) | (Io. Fred.). Observationum libri IV. Lips. 1755. |
| Grotemeyer | De Attii tragoediis. Münst. 1852. |
| Grotius | Emendationes in tragicos Latinos (Biblioth. critica nova, t. IV, Lugd. Batav. 1828). |
| Gruterus | Lampas sive Fax artium liberalium. Francofurti, VI vol. 1602—1607. |
| Guietus | (Franc.). Perpetuus Nonii Marcelli commentarius, codex Bibliothecae Parisiensis. |
| Gulielm(us) | (Ianus). Verisimilia. Antuerp. 1582. In Plautum quaestiones (Gruter. Lampas, t. III). |
| Gurlitt | Nonius Marcellus u. die Cicero-Briefe. Steglitz 1888. |
| H | codex Harleianus (Mus. Britann. 2719) saec. IX$^{i}$.—X$^{i}$. |
| Havercamp | Notae in Lucretium, Leydae 1725. In Sallustium, 1742. |
| Havet | Mélanges Graux pp. 803 sqq. (cf. Rev. Philol. XV, 61 sqq. et passim). |
| Heinsius | (Nic.). Adversariorum libri IV. Harlingae 1742. |
| Heldrich | Ueber Nonius' Citate aus Varros Werke vom Landbau (Programm des Staats-Gymn. in Pola 1893). |
| Hermann | (God.). Elementa doctrinae metricae. Lips. 1816. Opuscula. Lips. 1827—1839. |
| Hertz | ed. Auli Gellii. Lips. 1861. A. Gellius und Nonius Marcellus (Jahrb. Philol. LXXXV, 705 sqq. et Opusc. Gell. pp. 85 sqq.). |

| | |
|---|---|
| Hoffmann | De Plautinae Amphitruonis exemplari et fragmentis. Vratislav. 1848. |
| Iordan | M. Catonis, praeter librum de Re Rustica, quae exstant. Lips. 1860. |
| Iun(ius) | (Hadr.). Ed. Nonii, Antuerp. 1565. Animadversorum libri VI. Basil. 1556. |
| Kettner | Varronische Studien. Halle 1865. Kritische Bemerkungen zu Varro. Halle 1868. |
| L | codex Lugdunensis (Voss. lat. fol. 73), saec. IX[i]. |
| Lachmann | ed. Lucretii. Berol. 1851. |
| Lagun(a) | (Mart.). Ad Ciceronis Epistolas. Lips. 1804. |
| Lambecius | Lucubrationes criticae ad Auli Gellii Noctes Atticas. Paris. 1647. |
| Lambinus | Notae in Lucretium, Paris. 1563. In Ciceronem, 1566. |
| Lang(e) | Vindiciae tragoediae Romanae. Lips. 1832. |
| Laurenberg | Antiquarius, Lugduni 1622. |
| Leopardus | Emendationes et miscellanea (Grut. Lamp. t. III). |
| Lindemann | Corpus Grammaticorum Latinorum veterum. Lips. 1831—1840. |
| Lipsius | (Iust.). Opera omnia quae ad criticam proprie spectant. Antuerp. 1585. |
| Lugd. | codex Lugdunensis (Voss 4[to]. 116), saec. X[i].—XI[i]. |
| Madv(ig) | Adversaria Critica II (pp. 651 sqq.). Hauniae 1873. |
| Maehly | ad fragm. Tragicorum et Comicorum (Jahrb. klass. Philol. LXXV, 286 sqq.; LXXXIII, 139 sqq.). Varroniana. Bas. 1865. |
| Maius | Ad Cic. de Republica. Romae 1828. |
| Maurenbrecher | Ed. Sallustii Historiarum fragm. Lips. (Teubn.) 1893. |
| Me. | Mercerus (Ios.). ed. Nonii, Paris.[1] 1583, Paris.[2] (vel Sedan.) 1614. |
| Meinek(e) | De Varronis saturis. Marburg 1845. |
| Merula | Ennii Annalium fragmenta. Lugd. Batav. 1595. Opera varia. Lugd. Batav. 1684. |
| Meursius | Exercitationum criticarum partes II. Lugd. Batav. 1599. |
| Meyer | (Henr.). Oratorum Romanorum fragmenta. Turic. 1832. |
| Montepess. | codex Montepessulanus (212), saec. IX[i].—X[i]. |
| Mu. | Mueller (Luc.). ed. Nonii, Lips. 1888. |
| Mueller, C.F. | Plautinische Prosodie. Berl. 1869. |
| Munk | De L. Pomponio Bononiensi. Glogau 1826. De fabulis Atellanis. Lips. 1840. |

| | |
|---|---|
| Muretus | Variae Lectiones. Lugd. Bat. 1586 (et in Grut. Lamp. t. II). |
| Naekius | Comm. de Pacuvii Duloreste. Bonn 1822 (cf. Rhein. Mus. I sqq.). |
| Nettl. | Nettleship (Iourn. Phil. XXI, 232 sq.; XXIV, 212 sqq.). |
| Neukirch | De fabula togata Romanorum. Lips. 1833. |
| 'Non. Marc.' | Lindsay. Nonius Marcellus' Dictionary of Republican Latin. Oxford (Parker) 1901. |
| Norden | In Varronis saturas Menippeas observationes selectae. Lips. 1891. (Fleck. Jahrb. a. 1891. Suppl. pp. 276 sqq.) |
| Oehler | Varronis Saturarum Menippearum reliquiae. Quedlinburgi et Lipsiae 1844. |
| On. | Onions. Ed. Nonii libb. I—III. Oxford 1895. (Cf. Iourn. Phil. XVI, 161 sqq.; XVIII, 90 sqq.; Class. Rev. III, 247 sq.) |
| Orelli | Ad Ciceronis fragmenta. Turic. 1828. Ed. Ciceronis 1826—1837. |
| Osann | Analecta critica. Berol. 1816. |
| Oxon. | codex Oxoniensis (Bibl. Bodl., Canon. Class. Lat. 279), saec. $X^{i}$. |
| P | codex Parisinus (lat. 7667), saec. $X^{i}$. |
| Palmerius | Spicilegium. Francofurti 1580. |
| Paris. 7665 | codex Parisinus (lat. 7665), saec. $X^{i}$. |
| Paris. 7666 | codex Parisinus (lat. 7666), saec. $X^{i}$. |
| Passerat | Coniecturarum liber. Paris. 1612. |
| Perottus | Cornucopia. Venet. (Ald.) 1499. |
| Peter | Historicorum Latinorum fragmenta. Lips. (Teubn.) 1883. |
| Pithoeus | (Petr.). Adversaria subseciva. Paris. 1565. |
| Pius | (Bapt.). Annotationes (Grut. Lamp. t. I). |
| Plasberg | De M. Tullii Ciceronis Hortensio Dialogo. Lips. 1892. |
| Pontanus | Analectorum lib. III. Rostochii 1600. Ad fragmenta historicorum ed. Havercamp. |
| Popma | Ad Varronem. Franeckerae 1589. Ad fragm. historicorum, ed. Havercamp. |
| Quich. | Quicherat. Ed. Nonii. Paris. 1872. |
| Ranchinus | Variae Lectiones (Schminck, Syntagma criticum). |
| Ribb. | Ribbeck. Tragicorum latinorum reliquiae. Lips.$^{3}$ (Teubn.) 1897. Comicorum latinorum reliquiae. Lips.$^{3}$ (Teubn.) 1898. |
| Riccobon(i) | Fragmenta historicorum veterum Latinorum. Basil. 1569. |

| | |
|---|---|
| Ries(e) | Varronis saturarum Menippearum reliquiae. Lips. 1865. |
| Roeper | Varronis Eumenidum reliquiae. Danzig 1859. |
| Roth | (vid. Gerlach). |
| Rutgers(ius) | Variarum lectionum libri VI. Lugd. Batav. 1618. |
| Salmas(ius) | Exercitationes Plinianae ad Solinum. Paris. 1629. |
| Scal. MS. | Scaligeri marginalia in exemplaribus Nonii apud bibliothecas Lugdunensem et Bodleianam (vid. Nettleship in Iourn. Phil. XXII, 74 sqq.). |
| Schegk(ius) | Observationum et emendationum praemessa (Grut. Lamp. t. IV). |
| Schmidt | (Ferd.). C. Lucilii satirarum quae de libro IX°. supersunt. Berol. 1840. |
| Schneider | (Io. Gottlob.). Scriptores Rei rusticae. Lips. 1794—1797. |
| Schoell | Beiträge zur Geschichte der griechischen Poesie. Berl. 1839. |
| Sciop(pius) | Verisimilia. Symbola critica. Suspectae lectiones. Amst. 1662. |
| Scriverius | Collectanea veterum tragicorum. Lugd. Batav. 1620. Opera philologica et poetica. Arnhemiae 1752. |
| Sigon(ius) | Emendationes (Grut. Lamp. t. II). |
| Spangenberg | Ennii Annalium fragmenta: Naevii de Bello Punico fragmenta. Lips. 1825. |
| Spengel | Ad Caecilii fragmenta. Monac. 1829. |
| Stephanus | (Rob. et Henr.). Fragmenta poetarum veterum Latinorum. Paris. 1564. |
| Stevech(ius) | In Arnobium adversus gentes. Lugd. Bat. 1651. Ad Vegetium. 1592. |
| Stowasser | Noniana. Freistadt. 1884. |
| Turic. | fragmentum Turicense (C 79 b), saec. X[i]. |
| Turneb(us) | Adversariorum libri XXX. Paris. 1565. |
| Umpfenbach | Meletemata Plautina. Giss. 1860. |
| Ursinus | Ad fragm. Historicorum, ap. Augustini ed. Ad Varronem de Re Rustica, ap. Schneideri ed. |
| Vahlen | Ennianae poesis reliquiae, Lips. 1854. In Varronis Saturarum Menippearum reliquias coniectanea. 1858. Analecta Noniana. 1859. |
| Varges | Specimen quaestionum Lucilianarum. Bonn 1835 (Rhein. Mus. III, 15). |

| | |
|---|---|
| Victor(ius) | (Petr.). Variarum lectionum libri XXV. Florent. 1553. |
| Voss(ius) | (Ger. Io.). Castigationes et notae in tragicorum Latinorum fragmenta (Opera omnia. Amst. 1685—1701). |
| Wass(e) | Ad fragmenta historicorum in ed. Havercamp. |
| Σ | codices recentiores vel aliquot vel plerique. |

Litteris cursivis ea additamenta quae aliquid dubitationis habent exhibentur.

Loci excerpti quos habent tertiae familiae codices indicantur in intervallo inter textum et apparatum criticum.

Citantur secundum editiones Teubnerianas plerique auctores, sicut Lucilius sec. ed. Luc. Muelleri, Catonis fragm. sec. ed. Iordani, Varro in libris Antiq. Rer. Div. I, XIV—XVI sec. ed. Agahdi, Scaenicorum fragm. sec. ed. Ribbeckii, Historicorum fragm. sec. ed. Petri, Sallustius in Hist. sec. ed. Maurenbrecheri, Varro in Logistoricis sec. ed. Riesii, Liv. Andronicus in Odyss. et aliorum poetarum fragmenta sec. ed. Baehrensii, Grammatici sec. ed. Keilii; sed: Ennius[1]) in Annal. et Naevius in Bell. Poen. sec. ed. Luc. Muelleri, Festus et Pauli Epitome sec. ed. C. O. Muelleri, Nigidius sec. ed. Svobodae, Varro in Sat. Menipp. sec. ed. Buecheleri, Varro in Linguae Lat. libb. V—X sec. ed. Spengeli, Varro in fragm. grammatic. sec. ed. Wilmannsii.

Cum necesse esset Muellerianam versuum numerationem in hac minore editione, quantum fieri posset, obtinere, fragmenta aliquot versuum iusto longiorum in numeratione sunt neglecta, ut 2 M. 12.

---

1) Dum plagulas lib. V[i]. corrigo, ecce venit mihi in manus liber egregius, ‘Ennianae Poesis Reliquiae: iteratis curis recensuit Iohannes Vahlen’ (Lips., Teubn., MCMIII).

# PRAEFATIO.

De scriptore huius operis vix quidquam comperire licet, praeter ea quae operis titulus docet, *Noni Marcelli Peripatetici Tubursicensis*[1]) *de Conpendiosa Doctrina ad Filium*, eum appellatum Nonium Marcellum, philosophiae Peripateticae addictum, Thubursici civem fuisse. Vixit autem post Aulum Gellium, Septimium Serenum, Apuleium, Gadullium Gallicanum, quos scriptores laudat, ante Priscianum, a quo ter[2]) laudatur. Dedicatio sane illa anno 323 P. C. insculpta, quae haud ita pridem Thubursici Numidarum est reperta, *beatissimo saeculo d. n. Constantini Maximi semper Aug. et Crispi et Constantini nobb. Caess. plateam veterem omni lapide spoliatam Nonius Marcellus Herculius solide constravit et thermas et cetera ruina dilapsa aedificia* (*C. I. L.* VIII, 4878), patriam Nonii certius determinat, de aetate qua vixit nihil certi affert; nam quis fuerit ille Nonius

Nonii patria et aetas.

---

1) Cf. Apuleii Metamorphoseon titulus: 'L. Apulei Platonici Madaurensis . . .'

2) Inst. I p. 35, 20 H. 'sifilum' quoque pro 'sibilum' teste Nonio Marcello de Doctorum Indagine dicebant; I p. 269, 24 'incus' etiam 'incudis', quod ponit Nonius Marcellus de Doctorum Indagine: massa malleis cuditur, unde etiam incus est appellata; I p. 499, 20 Nonius tamen Marcellus de Mutatis Coniugationibus sic ponit: 'sapivi' pro 'sapui'. Novius Virgine Praegnante: quando ego Plus sapivi, qui fullonem conpressi quinquatribus. Vid. etiam Mueller II, pp. 259 sq.

Marcellus Herculius, utrum grammaticus ipse an filius, nepos, pater, avus prorsus nescimus.

Compendiosa Doctrina eius quem ad finem scripta.

Plura vero et certiora discimus, dum opus eius aliquanto attentius consideramus. Et primum quidem, quod ex titulis singulorum librorum et ex totius operis tenore satis apparet, Nonius eorum fuisse cognoscitur qui antiquam scribendi et dicendi normam revocare voluerunt, quemadmodum rhetor ille a Gellio (Noct. Att. XI, VII, 3) derisus, qui obsoleta vocabula, 'apludam' et 'flocces', in dictionem suam inculcavit. Tota enim investigatio Nonii ea vocabula, eos dicendi usus quaerit, quos 'honesti' auctores adhibuerunt, ii scilicet qui ante Augusti aetatem vixerunt, addito Vergilio, antiquitatis amante, exclusis autem Catullo et *νεωτέρων* poetarum grege cum aliis 'obscurae auctoritatis sed summis scriptoribus' (229, 10); et Nonius ipse in loco, quem paulo iactantius laudat, suarum Epistularum[1]) vocem quandam 'torpedinem' usurpat, quae in libro III (De Indiscretis Generibus) tractatur (229, 3): TORPEDO feminini.[2]) Sallustius Historiarum lib. I: haec si placent, si tanta torpedo animos obpressit (cf. 155, 24 PROSPICA et DESPICA, intenta et contemplata. Naevius Astiologa: hac sibi prospica, hac despica. *Potest ergo 'prospicus' et 'despicus' dici*). Opus igitur Nonianum, quemadmodum titulus docet, compendiosa est doctrina honesti, id est antiqui, dicendi et scribendi moris, filii[3]) causa conscripta.

---

1) MERIDIEM . . nos in Epistulis quae inscribuntur De Peregrinando a Doctrinis: exvigila igitur aliquando et moracium cogitationum, priusquam aetas in meridie est, torpedinem pelle (451, 11—13).

2) Nam usitata vox 'torpor' generis masc.

3) Venia igitur danda his locutionibus: APLVDAS . . quamquam et Plautus in Astraba fabula ita dixerit. cuius incertum est an sit ea comoędia; atque ideo versus eosdem ponere supersedimus. ADVLTERIONEM pro adultero Laberius Cophino. quem si quis legere voluerit, ibi inveniet, et fidem nostram sua diligentia adiuvabit. MENDICIMONIVM et MOECHI-

Deinde cum aut ob mortem scriptoris aut aliam ob causam libri Noniani forma illa rudi et inchoata, qua primum sunt congesti, publici iuris facti sint[1]), licet et modum compilationis et fontes certissime indagare. Patet igitur Nonium materiem suam ex his scriptoribus et nullis aliis hausisse: Plauto (in fabulis Varronianis XXI), Lucretio, Naevio (in Lycurgo, Danae et fortasse Gymnastico), Accio, Pomponio (in fabulis quarum tituli a P littera incipiunt), Novio, Lucilio (in Saturarum libris I—XX, XXVI—XXX), Ennio (in Hectoris Lytris et Telepho, et fortasse aliis tragoediis), Turpilio, Pacuvio (in fabulis aliquot), Cicerone (in libris de Rep., de Deor. Nat. II, de Off., Hortens., de Sen., de Fin., Orat., de Orat., Acad., Tusc., in Epistulis ad Caes. iun., in orationibus Verrinis et fortasse Philipp.), Varrone (in Sat. Menipp., in lib. de Re Rustica I, de Vita Pop. Rom., Cato vel de liberis educandis), Sallustio, Afranio (in fabulis aliquot), Vergilio, Terentio, Sisenna (in Hist. III—IV), necnon ex grammaticis vel lexicographis aliquot, inter quos erat Aulus Gellius, a quibus sumpsit citationes et supra dictorum scriptorum et aliorum, ut Caecilii, Laberii, Titinii. Patet etiam ipsum supra dictos scriptores et grammaticos, quorum scripta aut in sua ipsius bibliotheca aut in bibliotheca publica praesto fuisse videntur, evolvisse, annotationibus usum quas in marginibus eorum repperit[2]), et ingentem congeriem vocabulorum ex iis

et quomodo composita.

---

MONIVM Laberius . . in eo verba haec inveniet, qui doctrinae studium putaverit adhibendum (70, 1 sqq.; 140, 32 sqq. Haec ex Gellio sumpta qui verba Plauti et Laberii non protulerat!). Nam coram filio aut discipulo quis fatetur se nescire?

1) Quod declarant inter alia repetitiones eiusdem lemmatis, ut in lib. I *occatio* (42, 11 et 61, 24). Vide quae disseruimus in libello cui titulus 'Nonius Marcellus', Oxonii a. 1901 edito.

2) Quod ipse fatetur in p. 541, 25 LIMBVS, *ut adnotatum invenimus,* muliebre vestimentum, quod purpuram in imo

fontibus haustam in libros viginti (usitatus[1]) is numerus in operibus grammaticis erat) paulo incuriosius[2]) dis-

habet. Plautus in Aulularia: textores limbolarii arcularii. Et in p. 43, 13 sqq. positio Lucilianae citationis inter duas Plautinas indicat eam ex annotatione in Plaut. Amph. 179 haustam. Sic enim scribit Nonius: VERNAS . . Plautus Amphitryone 'hic, qui verna natus est, queritur'. Lucilius 'vernam ac cercupithecon'. Plautus, qui supra (Amph. 1033) 'cum cruciatu tuo istaec hodie, verna, verba funditas'. Cf. p. 113, 24 FLEXANIMA. Cicero de Oratore lib. II: tantam vim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est 'flexanima atque omnium regina rerum oratio'. Pacuvius Hermiona: o flexanima atque omnium regina rerum oratio! Nonne videtur compilator noster hunc Pacuvii versum ex annotatione in Ciceronis locum marginali eadem socordia sumpsisse, qua in lib. III De Indiscretis Generibus, scilicet nominum, post lemma PIGROR, ex Lucilio Sat. X haustum, haec addidit, quae credo eum in annotatione ad locum Lucilianum repperisse: PIGRET. Ennius lib. XVI . . Accius Clytaemestra . . Noli tamen credere eum commentariis solum, non ipsi scriptorum contextui, operam dedisse; nam Lucilii Saturas XXVI—XXX inverso ordine (XXX—XXVI) semper adhibet, nimirum quia eo ordine libros evolvere libuerat, et totos versus omnium, quos adhibet, scriptorum, non disiecta membra (quemadmodum in commentariis Servii, Donati, aliorum mos) proferre solet. Alienis tamen eum annotationibus nec sua indagatione fretum idcirco affirmamus, tum quia homo non nimis doctus fuisse videtur, tum quia duo exemplaria (id est annotationes in duobus exemplaribus) Plauti adhibet, quorum alterum XXI fabulas Varronianas, alterum solas Amph., Asin., Aul. continebat.

1) Ut in Festi epitome operis Verriani, in Noctibus Atticis Gellii, in Etymologiis Isidori, in aliis deperditis.

2) Nam primum quidem magnitudine absurde inter se discrepant libri, quum liber IV^us^. pp. 232—421, lib. XVII^us^. pp. 548—550, lib. XX^us^. paginam dimidiam editionis Mercerianae capiat. Deinde eaedem vel prorsus similes res in hoc et illo libro tractantur, ut in lib. VII°. *invenibo*, in lib. X°. *aperibo*, in lib. VI°. *compotem* 'in malam partem positum', in lib. XII°. *compotem* 'mala in re positum'. Porro lib. VII^i^. duabus partibus (1) de formis activis (pp. 467—476), (2) de formis passivis (pp. 476—481), tertia particula, de accusativo casu pro ablativo cum verbis *utor, potior* etc. posito, satis incongrue adiecta est.

posuisse. Compilator igitur magis quam auctor fuisse videtur, et, siquando de vera via errat, ab aliis seductus[1]); quanquam vix negandum est eum interdum aut minus intellexisse quae in libro, quem adhibuit, repperit, aut librum aberrationibus scribarum depravatum adhibuisse.[2]) Et compilatorem nostrum unam eandem rationem esse secutum in singulis libris conscribendis manifestum est, et uno eodem ordine catalogos illos vocabulorum, quos ex fontibus supra dictis congesserat, ad partes vocavisse. Quae vocabula huic vel illi libro idonea visa sunt, ea in paginas suas, eodem ordine quo in catalogis steterunt, cum citatione versus scriptoris rettulit; siquae iam relata erant, relationem nova citatione auxit. Verbi causa, in primo libro 'de proprietate sermonum' conscribendo vocabulum *crepera* ex catalogo illo, quem ex suo Lucretii exemplari congesserat, sumpsit addiditque citationem versus Lucretiani (V, 1296); idem vocabulum postea in catalogis ex Accio, Lucilio, Pacuvio, Varrone congestis repperit et cognatum vocabulum in Plautino catalogo minore, ex fabulis Amph., Asin., Aul. congesto; unde

---

1) Servius eadem quae Nonius docet de verbis Vergilianis *imago* 'pro vagina' (Serv. ad A. VII, 179; Non. 329, 11), *turpe* 'pro grande' (Serv. ad G. III 52, IV 394; Non. 411, 14), *fatigare* 'pro fatigari' (Serv. ad A. VIII, 94; Non. 112, 14).

2) Pravam lectionem *pernix* (444, 13) pro *pernox* in Virg. G. III, 229, cuius etiam Servius mentionem facit, videtur Nonius ex nota marginali ad Cic. Tusc. V, 45 hausisse potius quam ex suo carminum Vergilianorum exemplari. Neque illud *simplicitus* (176, 23) pro *sim implicitus* in Plaut. Merc. 14 in serie lemmatum a suo Plauti exemplari haustorum stat (cf. 184, 22). Sed illud *quae* (130, 16) pro *quam* in Cic. de Orat. I, 38 fuit, ni fallor, vitium libri quem ipse adhibuit (cf. 47, 5). Citationes Plauti Pers. 494 (*pergrandem lucrum* 210, 19), Gellii Noct. Att. XVII, 2, 3 (*in latebras se inlatebrant* 129, 23), Ciceronis Orat. 79 (*quasi supellectilis supellex* 177, 11) videntur sane pravae esse, sed utrum Nonii an scribae culpa parum constat. De iis quae a Gellio Nonius mutuatus sit disputavit Hertz in Opusc. Gell. pp. 85 sqq.

factum est ut prima explicatio vocabuli, postquam novis accretionibus identidem aucta est, hanc denique formam acceperit (13, 11—14, 3):

CREPERA res proprie dicitur dubia: unde et crepusculum dicitur lux dubia et senes decrepiti dicti, in dubio vitae constituti; creperum bellum anceps et dubium. Lucretius lib. V: exaequataque sunt creperi certamina belli. — Accius Phoenissis: quae ego cuncta esse fluxa in mea re crepera conperi. Idem Telepho: nunc tu in re crepera tua quid capias consili vide. — Lucilius Satyrarum lib. V: sicut nunc tu solu' mihi in magno maerore, tristitia in summa, crepera re inventu' saluti's. — Pacuvius Duloreste: non vetet animum aegritudine in re crepera confici. — Plautus in Asinaria: qui quidem cum filio potet una atque una amicam ductet decrepitus senex. — Varro Mysteriis: prisca horrida silent oracla crepera in nemoribus. *Avernus*, quod lemma sequitur, ex Lucretii libro posteriore (VI, 740) haustum, similiter duabus citationibus Vergilianis (A. VI, 201, 239) auctum est. Tum post *vitulantes* (id vocabulum ex catalogo Naeviano venit, qui semper post Lucretianum in partes vocatur) sequitur lemma ex Accio, accretionibus ex Turpilio, Sallustio, Vergilio, quos auctores solet hoc ordine adhibere Nonius, auctum:

EXTORRIS dicitur extra terram vel extra terminos. Accius Eurysace: nunc per terras vagus, extorris, regno exturbatus, mari. — Turpilius Lemniis: neque durare possunt; ita huius inscientia ac dementia extorrem facit. — Sallustius in Iugurtino bello: sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem et coopertum miseriis ecfecit. — Vergilius Aen. lib. IV: finibus extorris, conspectu avulsus Iuli. *Enoda* lemma proximum, ex eadem fabula Accii, nimirum ex posteriore fabulae parte, haustum, accretiones ex Accii Alphesiboea, ex Ennio, Turpilio, Pacuvio, Cicerone de Finibus, Varrone de Vita Pop. Rom. accepit. Quid multa? eadem conscribendi ratio,

idem ordo scriptorum citandorum, eadem seu diligens seu socors operandi constantia in omnibus libris et in omnibus librorum singulorum partibus apparet, unde fit ut tota compositio Compendiosae Doctrinae

votiva pateat veluti descripta tabella.

Magni sane inde fructus nobis capiendi, quippe qui fere pro explorato habere possimus quo ordine in fabulis Accii, Turpilii, ceterorum versus a Nonio laudati steterint, qui loci Compendiosae Doctrinae transpositi a scribis incuriosis, qui interpolati sint. Quibus tamen de rebus, cum in libello meo supra memorato plenius disputaverim, plura hic dicere non necesse habeo (cf. Rhein. Mus. LVII, 196 sqq.).

De archetypo codicum.

Sic conscripta est Compendiosa Doctrina, sic in lucem, post mortem credo Nonii, edita. Restat ut investigemus quomodo ad aetatem nostram tradita sit.

Ex archetypo uno emanavisse codices, quotquot extant, omnes constat, in quo folium unum libri IV$^{\mathrm{i}}$., quod tres paginas editionis Mercerianae (406, 12 ad 409, 15) cepit, compagibus solutum et elapsum, post primum folium codicis, quod in vocem *Pausimacho* (3, 13) desiit, insertum esset (vide quae ad loc. annotavi). Utrum in hoc archetypo primum, litteris minusculis scripto, an iam antea liber XVI$^{\mathrm{us}}$. 'De Genere Calciamentorum' exciderit (vide annotata ad loc.), prorsus incertum est. De archetypi et pro archetypi scriptura, forma, orthographia aliquot indicia dant codices L (i. e. L$^1$), Gen. (i. e. Gen.$^1$), qui ab archetypo proxime absunt, necnon correctiones eae (F$^3$) in codice Florentino, quae ex archetypo ipso haustae esse possunt (Class. Rev. X, 17). Ea alibi plenius exposui (Philol. LV, 167 sq.; Amer. Iourn. Phil. XXII, 29 sqq.).[1])

---

1) Videntur versus singuli 35—40 litteras cepisse; nam sicubi intercidit versus, tot fere interciderunt litterae, ut 495, 35 sqq. 'idem de Vita Populi Romani lib. IV: Hortensius supra decem milia cadum heredi re <liquit. Lucilius

gl. Nonianum. Constat porro vel Caroli Magni tempore vel antea opus Nonianum variis modis in usum studentium ha-

---

lib. XVIII: milia ducentum frumenti> tollis medimnum, vini mille cadum'; 502, 3 sq. 'Alexandro regi <facta consultaque eius quidem aemulus erat>. Vergilius Aen. lib. VIII: et vocem', etc. (cf. 478, 27 sqq.; 133, 28 sq.; 17, 4 sq.); quod etiam fortasse declarat transpositio (*Varro-esse* post *caesa*) in 367, 24: 'Varro Cato vel de lib. educ.: id quod postea verum ēē adtestatast Fortuna, pp̄t cui' aram ea hostia erat cesa'. Lemmata, quae, sicut contextus, litteris minusculis in archetypo scripta sunt (unde *cintinnire* pro *tintinnire* 40, 12, *tibicidas* pro *cibicidas* 88, 8 in codicibus nostris), praeposito siglo *.c.* vel plena scriptione *caput* denotata esse videntur (ut in L ad 108, 9, in omnibus codd. ad 48, 27 et, ni fallor, 67, 18). Indicis marginalis, quem secunda codicum familia exhibet, nec non explicationum quorundam vocabulorum, quae ex margine in contextum tertiae familiae inculcatae sunt, exemplum in archetypo fuisse credo. Haec compendia scripturae, aliquam partem ex proarchetypo accepta, mentione digna sunt: *P. R.* 'populus Romanus' (cf. Mueller ad 11, 12), *C. R.* 'civis Romanus' (cf. ad 268, 26), *P. C.* 'patres conscripti' (cf. ad 271, 26, ubi *ēpc.* 'episcopus' LB$^{A}$!), *PR.* 'praetor' (cf. Mueller ad 518, 38), *M.* 'magister' (cf. Mueller ad 257, 28), *S. C.* 'senatus consultum' (cf. ad 373, 34), *filop̄* 'philosophiae' (cf. ad 86, 28), *p̄t* 'post' (cf. Mueller ad 353, 6; 358, 7), *āt* 'aut' vel 'autem' (cf. Mueller ad 364, 21). Compendia ea quae 'per suspensionem' vocantur, ut *aen.* 'Aeneas, -ae' (cf. ad 403, 37; 474, 8; Mueller ad 372, 6; 356, 5), maximam partem in nominibus auctorum et titulis operum apparent, ut *uerg., georg., aen.,* quae a Muellero in Indice Auctorum accurate exposita sunt. Illud etiam monendum, scribam archetypi pro verbis in eodem lemmate saepe repetitis nil nisi litteram vel syllabam initialem interdum posuisse, ut in 353, 5 *ni.* 'niti' (cf. Mueller ad loc.), 162, 4 *perm.* 'permitterent', 351, 35 *nob.* 'nobilis' (cf. Mueller ad loc.) et, ni fallor, *b.* 'bulga' 78, 8 (ubi *hominibus* pro *homini bulga* codd.)

De sede archetypi nihil docet subscriptio in codice Montepessulano (vide infra), quae ad Persium, non ad Nonium pertinet. Traube (Neu. Arch. Ges. Deutsch. Geschichtsk. XXVII, 270) credit proarchetypum scripturam capitalem 'rusticam', quam vocant, exhibuisse, archetypum ipsum Anglo-saxonicam vel Hibernicam.

bilius reddi coeptum, tum explicationibus vocabulorum in margine adscriptis, tum citationibus additis. Glossarium[1]) Nonianum in codice Leidensi (67 F), saec. VIII—IX, et in aliis codicibus habemus, quod edidit Goetz in vol. V Corporis Glossariorum Latinorum. Eius glossas in apparatu critico dedi, sicubi mentione dignae visae sunt; nam plerumque eadem vitia exhibent quae codices nostri et ex eodem archetypo proculdubio emanaverunt. Quam prope ab eo indice marginali absint, quem habet secunda familia codicum nostrorum, alibi docui (Harv. Stud. IX, 67 sqq.).

Codices vero Compendiosae Doctrinae in tres familias disponendae sunt, siquidem aut (1) verum et integrum contextum, aut (2) emendatum, saepius depravatum, hominis semidocti labore, aut (3) excerptum exhibent. Et quoniam archetypum, unde eae codicum familiae ortae sunt, in tria volumina divisum erat, quorum primum libros I—III, alterum lib. IV, tertium libb. V—XX continebat[2]), satius erit secundum hanc tripertitam divisionem codicum familias percurrere (cf. Philol. LV, 160 sqq.; LX, 217 sqq.; 628 sqq.). Codicum familiae tres.

In libris igitur I—III *primae* familiae ascribendus est codex ille insignissimus L(ugdunensis) (Voss. lat. codex L.

---

1) Id quidem ex indice marginali archetypi nostri vel codicis ex archetypo descripti compilatum, quod declarant huiusmodi glossae: 'Caballi, ubi lecti sunt' (C. G. L. V, 639, 15), 'Cribrum, ubi legatur apud veteres' (639, 32) (cf. 639, 52, 57; 638, 73; 641, 19; 642, 4, 5), 'Quare loci (*leg.* logi) dicti' 651, 22 (cf. 651, 62, 64, 65). Compilatoris (fortasse monachi; cf. mutilata glossa, 641, 24) stultitiam satis indicat haec glossa: 'Trapsuardo parmenone' (648, 2), ubi Nonius 'TRABS. Varro Parmenone', etc. Prava explicatio vocis *concinnare* (639, 49 'Concinnare hic dissipare, alibi conponere') auctori indicis potius quam compilatori glossarii ascribenda est.

2) Id quod ex iis, quae de singulis codicibus infra exposita sunt, facile intellegetur. Apparet igitur libros IIIum., IVum., Vum., et nimirum reliquos, ab integris foliis in archetypo incepisse.

fol. 73), saec. IX°. apud Monasterium S. Martini Turonensis litteris minusculis 'Carolinis'[1]), quas vocant, accuratissime scripti. Duo correctores toti volumini operam dederunt, quorum alter ($L^2$) codicem tertiae, alter ($L^3$) codicem secundae familiae adhibuit, uterque veram, antiquam orthographiam in usitatam commutavit, unde fit ut ipsius scribae manus ($L^1$) multo pluris sit aestimanda. In prima parte codicis lemmata nullo insigni a reliquo contextu discreta sunt, nisi quod corrector lineam supra duxerit; in ultima parte sigla superscripta citationes auctorum ab explicatione vocabulorum segregant. Vide quae de toto codice alibi disserui (Amer. Iourn. Phil. XXII, 29 sqq.).

F. Ex L descriptus est F(lorentinus), saec. IX$^i$. (Laur. XLVIII, 1), qui nil nisi libros I—III habet (nam libri IV—XX, a scriba saeculi XV$^i$. additi, ab antiquo codice alieni sunt), et eos quidem ex codice optimo deperdito, fortasse ipso archetypo, correctos (vid. infra). Vide quae de codice alibi disputavi (Class. Rev. IX, 356; Philol. LV, 160) et quae Onions in praefatione editionis suae (pp. X sq.). Ex F autem descriptus est H (cf. Onions in l. c. pp. XVII sq.) et in partem (lib. II med.—III fin.) E (cf. ibid. pp. XVIII sq.), quibus de codicibus infra agetur.

Itidem *secundae* familiae unum solum codicem
G. habemus G(udianum), saec. X$^i$., olim fortasse abbatiae S. Victoris Parisinae (cf. Mueller in vol. II, p. 303 editionis suae, ubi plena codicis descriptio est), nunc bibliothecae Wolfenbuettelanae (Gud. 96), qui in forma et scriptura Harleiani persimilis est. Index ille marginalis, quem huius codicum familiae proprium, fuisse iam dixi, quemque alibi (Harv. Stud. IX), copiis Onionsianis usus, publici iuris feci, correctoris manu adscriptus est.

---

1) Quam scripturam etiam ceteri codices Noniani exhibent.

Porro ex eodem fonte quo G emanaverunt correctiones eae in H (vide infra) et in L, quas siglis $H^2$ et $L^3$ denotavi. Eundem fere contextum exhibent PE usque ad II med. (ubi P deficit); sed utrum re vera de hoc fonte an de codice ex hoc fonte correcto derivati sint parum constat.[1])

*Tertiae* familiae codices in eo conspirant, quod librum III^um^., qui de generibus, non de significationibus, nominum agit, omittunt; in eo discrepant, quod quattuor, ex fonte quem siglo $C^A$ designavi orti, integrum contextum in initio libri I (usque ad vocem *conficeret* in p. 11, 3) exhibent, reliqui autem tres, ex altero fonte, cui siglum $D^A$ apposui, nil nisi excerpta praebent, citationibus plerumque omissis. Quae excerpta in $C^A$ et in $D^A$ eadem erant. Ex $C^A$ igitur descripti sunt hi codices:

(1) Paris(inus lat.) 7666, saec. $X^i$., olim Floriacensis (cf. Rev. Philolog. XXVI, 211), tum ex bibliotheca Colbertina in Nationalem, quam vocant, transmissus. Sunt qui 'Colbertinum' appellent. Paris. 7666.

(2) Lugd(unensis) (Voss. 4^to^. 116), saec. $X^i$.—$XI^i$. Lugd.

(3) Bamb(ergensis) (M. V. 18 = Class. 30), saec. $X^i$.—$XI^i$. Caret nunc folio in quo haec contextus pars erat, *ars est* (42, 19) — *noctis diei* (66, 9). Bamb.

(4) Turic(ense fragmentum) (C 79 b), saec. $X^i$., de quo Meylan plenius disseruit (Nonius Marcellus, collation de plusieurs MSS., p. 13). Has partes contextus Noniani exhibet: 406, 29 *(uirgilius ingeorgicon)* — 408, 32 *(iratus pater)*[2]); 66, 5 *(lib. 1. aut unde)* — Turic.

---

1) Codicem Poggianum, nunc deperditum, de quo Poggius (Epist. XII, p. 148 Tonell.) ad Nicolaum Nicolum haec scribit: 'mittas etiam libellum Nonii Marcelli, quem ad te misi una cum aliis rebus ex Parisio scriptum antiquis litteris', caruisse libro III°. inde colligit Mueller (II, p. 266) quod libri Italici plurimi eo libro careant.

2) Hic locus in folio illo transposito archetypi erat, de quo supra dixi.

70, 5 *(diligentia adiuuabit)*; 74, 21 *(Aberruncare euertere)* — 91, 4 *(cupidissime)*; 94, 19 *(Catellos uarro)* — 99, 13 (μελιηδεα); 125, 27 *(Inluuies sordes)* — 130, 5 *(Inmissum pro demissum)*; et eas quidem inlitterate descriptas, multis temere omissis.

De fonte quattuor codicum et de codicibus ipsis plura alibi disputavi (Philol. LX, 628).

Fontem $D^A$ hi referunt:

Paris. 7665, Bern. 347, 357. (1) Paris(inus lat.) 7665, Bern(ensis) 347 et 357, unus olim codex, nunc tripertito divisus. Et partes quidem Bernenses lib. IV^um^. habent, cuius ultima portio (a voce *Tenet,* 412, 40) in Bern. 357 est, pars Parisina reliquos libros. Hic codex, saec. X°. scriptus, bibliothecae Petri Danielis erat, ex bibliotheca nimirum Floriacensi ad eum delatus.

Montepess. (2) Montepess(ulanus) (212), saec. $X^i$. Subscriptio illa[1]), nunc truncata, quae in fol. 66 v. in fine Noniani contextus est: *Iun. Tryfon. Sabinus protector domesticus legi meum dd. nn. Arcad. et Honorio quinquies consulibus prout potui sine magistro emendans adnotaui anno aetatis tricesimo et militiae quarto in ciuitate Tolosa* ad contextum Persii Saturarum pertinet, quae in foll. 66 v.—79 descriptae sunt, a scriba glossarum Persianarum addita.

Oxon. (3) Oxon(iensis), bibliothecae Bodleianae (Canon. Class. Lat. 279) codex, saec. $X^i$. ex. (cf. Onions praef. p. X).

Praeter eas tres codicum familias praesto sunt nobis correctiones quaedam in codicibus F et H, quas siglis $F^3$ et $H^3$ denotavi.

$F^3$. Correctionum siglo $F^3$ denotatarum plenam notitiam alibi reperies (Class. Rev. IX 396 sqq., 447 sqq., X, 16). Hic sat erit aliquot earum promere, quo facilius quanti sint momenti intellegatur:

---

1) Paginam codicis, in qua ea subscriptio stat, phototypice exhibuit Chatelain (Paléogr. Class. lat. X, 122).

30, 21 *difficillimum* $F^3$: *dicit facillimum* cett.
68, 3 *centurionibus et decurionibus* $F^3$: *centurionibus* cett.
82, 23 *Varro* $F^3$: om. cett.
178, 24 *calvam* $F^3$: om. cett.

Quae sane ad orthographiam spectant, eas correctori ipsi ascribere licet; reliquae fere omnes ex optimo fonte emanaverint necesse est, fortasse ex archetypo ipso (cf. Class. Rev. X, 17 sq.; Philol. LV, 166); nam ultra archetypum non sapiunt. Onionsio id acceptum referimus, quod primus eas lectiones pretiosissimas in lucem protulit et docuit Harleianum codicem ex correcto Florentino esse descriptum (vid. praef. eius pp. X sqq.). Indicis marginalis aliquot vestigia hunc correctorem servavisse iam dixi (p. XX), ut illud *Assestrix* ad 150, 36, quae omnia in apparatu critico religiose commemoravi.

In Harleiano corrector quidam[1]) saec. $X^i$., qui margines copiosa glossarum congerie replevit, contextum omnium librorum haud raro emendavit. Et quum glossarum marginalium auctor, de quibus alibi (Archiv. Lat. Lexikograph. IX, 598 sq.) breviter scripsi, nonnihil hic illic doctrinae prae se ferat, potest sane contextum suo Marte emendasse, quod quidem ad 168, 7 (ubi *una aetate* codd.) ipse fatetur: 'una estate' forsitan debet esse, quia tunc fiunt bella, vel 'una etate', uno seculo. Interdum tamen eum codices in partes vocasse declarant ea quae ad 74, 5 *Appetones (Apeditones* $C^A D^A$), 31, 11 *conpersit* adscripsit: 'alter apeditones'; 'in quibusdam codicibus habetur consparsit'. $H^3$.

In libro IV°. *prima* familia constat ex L et ex duobus codicibus, qui, uno ex fonte ($A^A$) orti, longe

---

1) Aremoricum eum fuisse indicat glossa Aremorica *guelch* ad lemma STRABONES (p. 27 M.) (cf. Zeitschr. kelt. Philolog. I, 25). Eius manus in multis locis persimilis est alterius correctoris ($H^2$), ut aegre dinoscatur.

Gen. tamen inter se discrepant. Nam Gen(evensis) (84), saec. IX[i]. codex[1]), fidelissime archetypum sequitur, ut ex consensu codicum Gen. et L ipsas litteras, fortasse etiam ipsa scripturae compendia, quae in archetypo B. erant, indagare possimus. B(ernensis) (83) autem, olim Remensis[2]), decimo saeculo scriptus, tot loca omittit, tot mutat, tot prave refert, ut nescias an epitome, ab homine semidocto[3]) facta, verius appelletur. Citationes sane Vergilianas saepe emendatiore forma quam ceteri codices exhibet, sed ita ut Vergilium, non Nonium referat (cf. Philol. LX, 223 sqq.).

Gen.[3] Hac etiam in re praestat Bernensi Genevensis, quod correctiones aliquot optimas accepit (cf. ad 353, 34; 343, 26; vid. Philolog. LX, 227). Quas tamen nonnumquam, si non semper, e coniectura emanavisse declarat illud *Cic. de Senectute* 246, 22 (om. LB: add. Gen.[3]); nam codices secundae familiae veram Nonianam formulam citandi conservaverunt, *M. Tull. de Senectute.*

Cant. Ex Gen. descripti sunt Cant(abrigiensis), saec. IX ex., nunc bibliothecae Universitatis Cantabrigiensis (Mm V 22), olim abbatiae S. Sulpicii Bituricensis[4]) et (in hoc quarto libro) H (cf. Philolog. LX, 224). Ex

---

1) Vide quae de eo codice exposuit Meylan l. c. pp. 10 sqq. Eundem esse ac 'Tornaesianum', quem Mueller in vol. II, p. 307 editionis suae commemorat, alibi (Class. Rev. XV, 156 sq.) demonstravi.

2) Vid. Meylan. l. c. pp. 26 sq.

3) Haec subscriptio est in p. 2: *liber fratris Emmonis dono Teutboldi ad obsequium sancti Remigii.* Emmo fuit monachus Remensis tempore abbatis Hincmari II (945—967 P. C.). De laudato loco Noniano ab abbate Hincmaro I († 882 P. C.) vid. Mueller in editione sua, vol. II, p. 268.

4) Cf. Rev. Philolog. XXVI, 211; Zangemeister (Rhein. Mus. XXXIII, 464). Eius codicis lectiones dedi alibi (Rev. Philolog. XXV, 50 sqq.). Correctiones (Cant.[2]) ex codice secundae familiae emanaverunt, sicut etiam in Gen. eae quas siglo Gen.[2] denotavi.

Cant. ipso descriptum esse (in hoc quarto libro) P (vid. infra) demonstravit Onions (Class. Rev. III, 301).

Ex codice deperdito, descripto primum ex L, tum correcto ex fonte bono, descriptus est E (vid. infra), unde fit ut eae lectiones quae in E (i. e. $E^1$) nec tamen in L apparent, nonnihil pretii habeant (cf. Philolog. LX, 218 sqq.), velut 356, 7 *agelli* E (ubi *macelli* L).

*Secundae* familiae unus codex ascribendus G (vid. supra), itidem correctiones in H ($H^2$), in L ($L^3$), in Gen. ($Gen.^2$), in Cant. ($Cant.^2$), in P ($P^2$), in E ($E^2$).

*Tertiae* familiae trias ex fonte $D^A$ orta librum $IV^{um}$. in excerpta, ut solet, forma exhibet, et eum quidem ante ceteros Nonii libros positum. Fons alter ($C^A$) cur hunc librum[1]) omiserit, infra quaeretur.

In libris V—XX *prima* familia constat ex L et ex tribus codicibus quorum fontem siglo $A^A$ denotavi, H(arleiano), P(arisino), E(scorialensi). Nec dubie triadis optimus est Harleianus; nam P et E, artissimo vinculo coniuncti, pessimis erroribus scatent, ut *Prisciano* pro *populi Romani* (in archetypo per compendium *P. R.* scripto) 545, 23 et alibi.

Harleianum, saec. $IX^i$.—$X^i$., nunc Musei Britannici (Harl. 2719), olim fortasse monasterii nescio cuius Aremorici (vid. supra), iam cognovimus descriptum esse in libris I—III ex F et in lib. IV°. ex Gen.; porro in omnibus libris ex codice secundae familiae correctum esse ($H^2$) et indice marginali auctum. De correctore altero ($H^3$), qui novam glossarum marginalium copiam adscripsit, supra dictum est. Codicis lectiones publici iuris fecit Onions in Anecdotis Oxoniensibus a. 1882 editis, qui primus docuit earum praestantiam in libris I—III inde ductam, quod in iis libris ex correcto H.

---

1) Locum illum (406, 12—409, 15) libri $IV^i$., qui in transposito archetypi folio (vid. supra) erat, habuit quidem plene descriptum, sicut etiam vicinum contextum libri $I^i$.

codice Florentino derivatae sint, et Muellerum in editione sua nimis Harleiano confisum.

P. P(arisinus), saec. $X^i$., nunc bibliothecae Nationalis, quam vocant (lat. 7667), olim Floriacensis (cf. Rev. Philolog. XXVI, 211), non solum in libris V—XX, sed etiam in libris prioribus cum E consentit; nam ab initio usque ad lib. II med., ubi deficit P, eundem fere contextum uterque codex exhibet, et eum quidem descriptum aut ex fonte secundae familiae aut ex codice nescioquo primae familiae, qui ex secundae familiae codice correctus et indice marginali auctus erat. Contextum similiter contaminatum in libro IV°. praebet P, quippe qui, ut supra dictum est, in eo libro ex correcto codice Cantabrigiensi descriptus sit. Itaque nonnisi in posterioribus libris lectiones Parisini, haud ita pridem 'codicis optimi' appellati, mentione dignae sunt. Congestae sunt a Meylano in libro iam citato. Correctiones eae, quas cum indice marginali ex codice nescioquo secundae familiae tum in lib. IV°., tum in libris V—XX Parisinus accepit, siglo $P^3$ a Meylano, sed $P^2$ a me denotatae sunt.

E. De E(scorialensi) (M III 14), codice saec. $X^i$., olim S. Petri Gandensis[1]), iam dictum est, eum in libris I—II med. ex eodem[2]) fonte quo P, in libris II med. —III ex correcto codice Florentino, in lib. IV°. ex deperdito codice similiter correcto descriptum esse. Correctiones ($E^2$) et indicem marginalem ex codice nescioquo secundae familiae tum in lib. IV°., tum in libris V—XX accepit.

*Secundae* familiae est G (vid. supra). Accedunt correctiones in H ($H^2$), in L ($L^3$), in P ($P^2$), in E ($E^2$).

---

1) Vid. praef. editionis Onionsianae pp. 13 sq.; Class. Rev. IV, 346.


2) Etiam indicem marginalem in libris I—II med. ex eo fonte descripsit E. Nullum habet in libris II med. — III (cf. Class. Rev. IX, 357).

*Tertia* familia, ut in libris I—II (om. III), itidem in libris V—XX bipertito divisa (cf. Philolog. LX, 628). Nam pars una ($D^A$), codices Paris. 7665, Montepess., Oxon., integrum contextum in initio lib. VI$^i$. solum habent (usque ad vocem *parvissimus* 456, 10), antea et deinceps excerptum, ut solet; reliqui vero, quos siglo $C^A$ comprehendi, integrum contextum per totos libros VI—XX (sed in libro V$^o$. excerptum) exhibent. Neque tamen hi codices (Paris. 7666, Lugd., Bamb.) ab hac familia abiudicandi, nam lectiones eorum adeo cum lectionibus siglo $D^A$ designatis conspirant ut ex eodem fonte ultimo emanasse videantur. Quae cum ita sint, suspicor in ultimo illo archetypo huius tertiae familiae notas quasdam infuisse haud dissimiles earum, quae in parte codicis L (vid. supra) adhuc apparent, ita dispositae ut lemma ipsum et eius explicatio ab citationibus, quae sequuntur, secludantur, quo melius in formam Glossarii opus Nonianum redigatur; diversitatem autem librorum $C^A$ et $D^A$ inde ortam, quod $C^A$ multo plus quam $D^A$ eas notas neglexerit. Nam $C^A$ integrum contextum praebet non solum in libris VI—XX, sed etiam in initio libri I$^i$. (vid. supra), $D^A$ autem solum in libro VI$^o$. Suspicor porro in illo archetypo, in Glossarii usum conformato, librum IV$^{um}$., qui ex omnibus libris Nonianis Glossarii simillimus est, primum[1]) locum habuisse, et a scriba codicis $C^A$ ideo praetermissum esse, quia sequeretur liber 'primus' designatus. In codice $D^A$ aut casu aut consilio lib. XVII$^{us}$. 'De Colore Vestimentorum' post librum XIV$^{um}$. 'De Genere Vestimentorum' collocatus est; consilio, ni fallor, lib. IX$^{us}$. 'De Numeris et Casibus' omissus.


Subiungo stemmata codicum: Stemmata codicum.

1) Paris 7665, qui codex (cum Bern. 347 et 357) archetypum $D^A$ fere repraesentare videtur (cf. 62. 14 homerum (*sic*) *eras.*: *om.* Montepess., Oxon.), habet in titulo lib. I$^i$. ITEM NONII MARCELLI DE PROPRIETATE SERMONVM, quasi prorsus diversum opus inde ordiretur.


(1) in libris I—III.



(2) in libro IV.


Archetypus codex
(?) cod. deperditus
secundae familiae parens
G
L¹
cod. deperditus
(correctus ex. cod. bono)
E¹
Aᴬ
B
Gen.¹ (bonis correctionibus auctus)
H¹
Cant.¹ (correctus ex codice
secundae familiae)
P¹
tertiae familiae parens
Dᴬ
Bern. 347 et 357
Montepess.
Oxon.

(3) in libris V—XX.



Aestimatio codicum.

Quomodo igitur aestimandae sunt eae tres familiae codicum vel potius tres libri deperditi, ex archetypo codice orti, unde eae codicum familiae emanaverunt? Quanta fides unicuique attribuenda? Sane tertiae familiae parens liber ideo in suspicionem venit, quia aperte id egisse videtur ut opus Nonianum formam Glossarii, quantum fieri posset, haberet. Itaque explicationes vocabulorum addidit, ut:

177, 17 Sportas [aut ab spartu, quasi sparteas, aut ab sportando][1]),
167, 20 Reda [vehiculum],
167, 22 Recentiorum [novorum];

verba Nonii parum religiose mutavit, ut:

243, 3—8 Alumnum, filium [vel] dominum (pro *Alumnum, filium . . Alumnum, dominum*),
250, 15—18 Plautus hanc . . (pro *Plautus in Asinaria . . et in Aulularia hanc . .*);

citationes plerasque siglis additis (vid. supra) praetermittendas esse indicavit.

Necnon secundae familiae parens liber suspicionem commovet. Nam quamvis illud non reprehendendum sit, quod in margine index lemmatum (fortasse ex archetypo aliquam saltem partem haustus) adscriptus est, de quo supra dixi, nihilominus satis constat contextum totum semidocti editoris[2]) manus perpessum,

1) Ea explicatio ex Isidori Orig. XX, ix, 10 venisse videtur: Sporta vel quod ex sparto fieri solet, vel quod exportat aliquid.

2) Quis fuerit, ignotum. In fine Gudiani, qui codex unus (nisi quidem in libris I—II med. PE adiungendi sunt) ex hoc parente libro descriptus est, sunt inter alias monasticae doctrinae quisquilias *versus Erberni, quos edidit de nominibus mensium.* Cum parens liber huius familiae contextum correctionibus interlinearibus et marginalibus emendatum exhibuisse videatur (vid. Onions in Praef. p. XXI; Philolog. LV, 165), sicubi et archetypi lectio et emendata lectio in codicibus huius familiae servatae sunt, illam neglexi, hanc solam commemoravi.

adeo ut quae in archetypo aut perperam aut obscure scripta sunt, ea plerumque mutata sint, saepe in melius, saepe in peius, raro autem fideliter descripta. Exempla aliquot subiungimus (plura in Philolog. LV, 165; LX, 217 sq. reperies):

322, 7 furacissimus (pro quo *furacessemus* in Archetypo)] furaces essemus $B^A$: furaces semus $L^1$: furaces emus $A^A$;
330, 17 cantu stolidum (*cantustotidum* in Arch.)] cantu custoditum $B^A$: cantustotidum $A^A$ et (ex *cantustoditum*) L;
39, 21 adplicare] amplificare $B^A$: anplicare L;
209, 22 ac (*hac* in Arch. et $F^3$) video hanc] video hanc $B^A$: hanc video hanc L.

Contextum eo modo in speciosam veri formam redactum scribis medii aevi adeo placuisse, ut plerique codices Noniani inde correctiones suas ($L^3$ $H^2$ $E^2$ $P^2$ $Gen.^2$ $Cant.^2$) acceperint, minime mirum. Illud magis admirandum, etiam recentiores editores eiusmodi contextui palmam dedisse; quos parum secum reputasse credo quam raro codex $B^A$ ipsas litteras archetypi in locis corruptis repraesentaverit, quam in promptu sint eae emendationes quas recte fecerit.[1])

Plurima igitur fides ei familiae habenda, quae verba archetypi sine omissionibus, sine interpolationibus, sine emendationibus repraesentavit. Eius familiae, primam dico, optimus codex est L (i. e. $L^1$), quocum in libro IV°. collocandus est Gen. (i. e. $Gen.^1$). Itaque pro religione habui lectiones ($L^1$) codicis L quasi

---

1) Monendum etiam est aliquot lectiones, quas $H^2$ siglo denotaverunt editores, revera alterius correctoris ($H^3$) esse, ut *mimicus* (pro *amicus*) 170, 3. Illud quoque mentione dignum, quod in 51, 3, ubi primum verbum lemmatis *peni vel penoris* cum verbis graecis praecedentibus inclusum erat, adeo ut lemma ab *vel penoris* incipere videretur, lacunam falsissime significavit $B^A$. Cave igitur ne nimiam fidem ei habeas lacunae spatium definienti in 17, 4—5.

omnes ad unam commemorare, praesertim in libro III. ubi tertiae familiae testimonium deest, aliquanto minus in libris IV—XX ubi et aliud testimonium primae familiae, et plenissimum tertiae praesto sunt.

Locus tamen vel superior dandus iis correctionibus ($F^3$) in F quae ex fonte optimo, fortasse ex ipso archetypo, emanaverunt. Quanquam enim pars exigua earum coniectura niti potest, pleraeque manifestissime ipsa verba archetypi referunt. Necnon in libro IV correctiones in Gen., siglo Gen.$^3$ designatae, in pretio sunt; et in eodem libro eae lectiones in E, quae correctionibus ex bono fonte haustis referendae esse videntur. De correctionibus in H, quibus siglum $H^3$ apposui, difficile est iudicare, quot earum ex coniectura viri doctioris quam aequales sui, quot ex bono codice deperdito provenerint. Quibus de correctionibus omnibus ($F^3$ Gen.$^3$ E $H^3$) vide quae supra in pp. XXIV—XXVII dicta sunt.

De apparatu huius editionis critico.

Et quoniam codices et codicum familias et aestimationes exposui, exponendum est quemadmodum in hac editione sim codicibus usus. Scito igitur, lector benevole, me eam viam secutum, ut de codicibus ipsis (excepto L solo), quantum fieri posset, silerem, de fontibus, unde codices defluxerunt, notitiam praeberem.

Copiis autem usus sum, a viro doctissimo, Ioanne Henrico Onions, congestis[1]), qui codices Nonianos antiquiores omnes praeter E Turic. ipse contulerat et editionem Compendiosae Doctrinae inchoaverat, quam utinam conficere potuisset! Iis addidi ipse collationes codicum E Turic.; porro operam haud parvam codicibus F L H Oxon. impendi, necnon codicum reliquorum ad unum omnium locos plurimos inspexi. Cantabrigiensis

1) Post mortem eius praematuram depositis in bibliotheca Aedis Christi, collegii in Universitate Oxoniensi. Continent (1) lectiones discrepantes omnium codicum (praeter E Turic.), ita dispositas ut in editione sua librorum I—III (Oxon., 1895), (2) contextum partis lib. IV¹.

collationem suam Car. Zangemeister amicissime commodavit. Ab eodem viro doctissimo facta collatio codicis L in editione Muelleriana praesto erat; itidem collationes codicum P Gen. B a Meylano in libro iam citato promulgatae.

In apparatu autem critico conscribendo ea mihi lex imposita est, ut brevitati summo opere consulerem. Necesse igitur habui eas lectiones discrepantes praetermittere:

(1) quae ad orthographiam meram spectant, ut *atque* pro *ac* (14, 25), *et fecit* pro *ecfecit* (14, 27), *relinquere* pro *reliquere* (1, 10). Siquae tamen digniores visae sunt, malui commemorare, ut *Medientius* (272, 26).

(2) quae in titulis librorum satis cognitis sunt, ut *Varr. Prom. libro I* pro *Varr. Prom. Libero* (28, 3), *Cic. de Oratore* pro *Cic. in Oratore.*

(3) quae in $C^A$ $D^A$ excerpendi causa extitere, ut illa supra commemorata (p. XXXIII) *filium [vel] dominum* (243, 3—8), *Plautus hanc* (250, 15—18) pro *Plautus in Aularia hanc.*

(4) quae in graecis vocabulis satis cognitis sunt.

De orthographia huius editionis.

Eadem necessitas brevitatis me coegit facere id quod fecisse non nimis placet. Nam orthographia Noniana, vel saltem orthographia in archetypo adhibita[1]), si in contextu fideliter repraesentata esset

1) Eam optime servaverunt scribae codicum L Gen.; nam scribae codicum $C^A$ $D^A$ et imprimis $B^A$ necnon correctores codicum F ($F^3$) L ($L^2L^3$) Gen. (Gen.$^2$) usitatam orthographiam parum feliciter induxerunt (cf. 443, 23 ubi *nominavet* $L^1$ pro *nomen habet,* sed *nominavit* L corr.). Habuit igitur archetypus codex *exhibetur* ($L^1$ Gen.$^1$) pro *exhibitor* (281, 14), *nemfe* ($L^1$ Gen.$^1$ fere) pro *nymphae* (401, 26), *petagoras* ($L^1$ Gen.$^1$) pro *Pythagoras* (417, 26), *quiatum* (codd.) pro *cyathum* (83, 20) *hequira* ($L^1$ Gen.$^1$) pro *Hecyra* (382, 24), *absenthi . . acervum* ($L^1$ Gen.$^1$) pro *absinti . . acerbum* (241, 33—34), *zeferumque* ($L^1$Gen.$^1$) pro *Zephyrumque* (246, 31), *guirum* ($L^1$, unde *virum* cett.) pro *gyrum* (252, 18), *erex* ($L^1$, unde *rex* cett.) pro *Eryx* (302, 33), etc. Noli igitur mirari

neque locus in apparatu critico datus ad monendum

---

et in Glossario illo Leidensi, saec. VIII—IX$^{\text{i}}$., supra memorato, et in indice marginali codicum secundae familiae, ex Nonii lemmate *hilaretur* (121, 24, ubi citantur Ciceronis verba *quo sensus hilaretur*) factam esse glossam *hilariter iocunde(iu-)*.

Quod Nonius v. g. lemma *quadrifariam* (92, 11) inter lemmata a C littera incipientia collocat et vocem *laevus* a *levare* derivat (51, 10 Laevum significari veteres putant quasi a levando), non est cur credamus eum *cuadrifariam, levus* vel hic vel ubique scripsisse; nam commodius erat et *q* et *k* litteras incipientes cum *c* collocare, neque Varro, qui nomen *Gracchus* a verbo *gerere* derivavit, 'Geracchus' scripsit (cf. 18, 14 Rudus . . quod raditur; 28, 32 merenda . . cibus post meridiem qui datur). Non tamen desunt indicia sic esse scriptum titulum fabulae in exemplari Terentii a Nonio adhibito, *Formio* (cf. 'Non. Marc.' p. 120), quocum consentit illud *uimarcus* pro *Bimarcus* in codicibus nostris mira cum constantia exhibitum. Et cum Nonius ipse idem lemma duabus formis, *bulga* (78, 2), *vulga* (187, 17) scripserit, apparet eum in citationibus orthographiam librorum quos adhibuit eadem vel socordia vel religione secutum esse qua in titulis citandis, ut *Cicero de Oratore, M. Tullius de Finibus, Lucilius Satyrarum lib. II, Lucilius lib. XXVIII* (cf. 'Non. Marc.' pp. 7 sqq., 109). Credo igitur eum ea lemmata quae ex glossariis verborum et adverbiorum, ordine, quem vocant, alphabetico diligentissime dispositorum, sumpsit sic scripsisse, quemadmodum in glossariis exhibebantur, verbi causa:

74, 1 sqq. Adauctavit, Adaxint, *Adfectare* (*Aff*— codd.), Adiugare
178, 5 sqq. *Taetret* (*Tetr* — codd.), Tetinerit

(cf. 'Non. Marc.' pp. 9, 96). Quatenus autem archetypum nostrum, scriptum fortasse saec. VIII$^{\text{o}}$. in monasterio nescioquo insularum Britannicarum, veram Nonianam orthographiam servaverit, longum est investigare. Indicia sane orthographiae antiquioris a scribis medii aevi inculcatae satis tenuia sunt, ut (440, 3) *ad* (L$^1$) pro *ac* (fortasse prave scripto *at*), (391, 39) *promissa adstare* (L A$^A$) pro *promissa stare* (*promissa astare* B$^A$), (82, 24) *adlis* (codd.) pro *athlis* (scripto, ni fallor, *atlis*) (cf. Class. Rev. X, 233 sq.). Sed formas *scribsi*, *scribtum*, etc., saepe archetypo nostro exhibitas, nullus non exhibet codex in scriptorio Hibernico vel Anglo-saxonico descriptus; quanquam fatendum est eas etiam alibi inveniri.

lectorem, veritus sum ne nimium laboris lectori imponeretur. Satius igitur visum est formas nimis insuetas et intellectum obscurantes in hac minore editione abicere, ut *quod* pro *quot*, *ad* pro *at*, *meret* pro *maeret*, *nequit* pro *nequid* (neque tamen *set, haut, aput*), praesertim cum in Teubneriana maiore, a Muellero facta, codicis L ($L^1$) orthographia accuratissime commemorata sit in apparatu critico, saepe etiam in contextu adhibita, v. g.: *dad* pro *dat* 154, 25 (neque tamen *aximad* pro *ac simat* 169, 35), *astam* 272, 26, *aedos* 348, 25, *Oratius* 120, 5 (neque tamen *hossiculatim*, *hedium* 332, 16 et 449, 28), *sculitate* pro *squalitate* 126, 4, *kandikantia* 213, 27. In citationibus vero antiquiorum scriptorum curam dedi nequa vera, antiqua scribendi ratio supprimeretur.

De locorum citatorum forma.

Minus dubitanter eam rationem sum secutus, ut locos scriptorum a Nonio citatos iis verbis exprimere conarer quibus Nonius, potius quam quibus ipse scriptor usus est. In loco Ciceroniano sub lemmate *Religio* (379, 3) citato scripsisse Nonium *maiores* pro *ut maiores* Ciceronis inde liquet, quod ea lemmatis portio ex Gellio (Noct. Att. IV, 9) sumpta est, qui illud *ut* praetermisit, non ex Cicerone. Itaque, ne apparatus criticus plus iusto extenderetur, nolui commemorare ipsa verba scriptoris a verbis codicum Nonianorum discrepantia, nisi sicubi suspicio suberat ne ea a Nonio recte primum data, a scribis postea corrupta essent (cf. ad 189, 1; 437, 9—10; 54, 17; 58, 26; 176, 23).

De ratione emendandi.

Hactenus fere de contextu archetypi restituendo egimus. Ei tamen qui Compendiosam Doctrinam in veram formam redigere vult, 'periculosae plenum opus aleae', quaerenda ratio qua ipsa Nonii verba ex corrupto archetypi contextu eruat. Cum igitur Nonius magnam in partem iis auctoribus citandis occupatus sit, quorum de scriptis aut nulla aut tenuissima notitia servata est, summa cautione opus erit, ne temere codicum testimonium aspernati ita vitemus Charybdin ut

in Scyllam incidamus. Qui enim secum reputat quoties Vergilii versus integer, manca sententia a Nonio citetur, ut illud (A. XI, 541) 'infantem fugiens media inter proelia belli' (437, 19; s. v. Bellum et Proelium), is facile agnoscet etiam Ennii, Accii, Pacuvii versus eiusmodi in Compendiosa Doctrina esse neque nimis indulgebit prurigini emendandi. Itaque eam mihi legem imposui ut archetypi lectionibus, quantum fieri posset, locus in contextu daretur, virorum doctorum coniecturis locus in apparatu critico (cf. Class. Rev. XVI, 46 sqq.).

Et quamvis fatendum sit Compendiosam Doctrinam, quippe quae in tot monasteriorum medii aevi bibliothecis partes Glossarii latini ageret, interpolationibus et transpositionibus valde obnoxiam fuisse, tamen Muellerum[1]) in editione sua, dum ea vitia corrigere vult, saepius sana vitiasse quam vitiosa sanasse nunc demum comperimus, ratione quam Nonius in opere suo conscribendo secutus est reperta (vid. 'Non. Marc.' pp. 93 sqq.).

Quae res dubitationem quandam animo inicit monetque me ne nimis confidenter hunc et illum locum, qui me quidem iudice ineptias aevi Carolingici redolere videtur, prorsus ab hac editione excludam. Est quidem ubi vix toleranda sit dubitatio. Nam in 49, 21 lemma TIBINOS, *a tibiis modos*, quippe quod inter versus Varronianos s. l. TONIMVS citatos inculcatum sit, proculdubio in margine archetypi ad verba Varroniana *tibi nos* explicanda adscriptum erat. Tum perversa illa explicatio vocis *velum passum* (s. l. PASSVM 11, 26), cum citatione versus ex Plauti Sticho (369), ideo suspicionem commovet, quia ordinem lemmatum Plautinorum, a Nonio alibi tam constanter servatum, turbare videtur. Alienus a lemmate SVBNIXVM (405, 22) ille locus Vergilianus

1) Cuius tamen dispositionem lemmatum in libro IV°., commodiorem sane quam fuisse Nonianam credo, conservare, quantum fieri posset, malui quam lectori molestiam sine iusta causa afferre (cf. 'Non. Marc.' p. 79).

(A. III, 326) 'iuvenemque superbum Servitio enixae tulimus', alienus etiam ab archetypo si credendum est optimo testi (Gen.[1]), qui totum locum omittit. Quid multa? siquis Glossarium Nonianum, quod in codicem Leidensem saec. VIII—IX[i]. ex marginibus aut archetypi aut codicis ex archetypo descripti venit, et indicem illum marginalem, quem exhibent codices familiae secundae, diligenter perspiciet, credo eum plurimis in locis ubi 'Nonius nugans' a Muellero culpatur, culpam in interpolatores Carolingicos translaturum; ut puta in 98, 10: DEVORARE, absumere, eripere. Accius Aeneadis 'patrio exemplo et me dicabo atque animam devôro hostibus', Nonianum mecum credet lemma fuisse nil nisi DEVORO. Lemmatum enim refictorum non desunt certissima exempla, ut illud (444, 8) PERNICITATEM pro PERNICITATEM ET VELOCITATEM, ideo curtatum quia in citatione Ciceroniana verba *et velocitatem* exciderant ex codicibus (cf. 102, 1; 167, 20, 22; 116, 2). Plerumque tamen in locis suspectis malui monere in apparatu critico locum fortasse secludendum, quam e contextu ipso secludere.

De titulo operis nil nisi tenue codicum testimonium praesto est (cf. p. 1 infra). DE CONPENDIOSA DOCTRINA tuetur Onions (Class. Rev. III, 300); CONPENDIOSA DOCTRINA scribit Mueller. Equidem in re dubia, ut mos meus est, codices sequor.

Haec fere habui, lector benevole, quae te scire vellem antequam hanc editionem Compendiosae Doctrinae evolveres. Quot vitia habeat non ignoro; sed profecto qui eiusmodi opus editurus expectat dum omnia in ordinem redigantur, rusticus expectat dum defluat amnis.

Dabam Andreapoli,
Kal. Dec. a. MDCCCCII.

# SIGLA CODICVM

## QVI IN HOC VOLVMINE ADHIBENTVR.

| | |
|---|---|
| $B^A$ | fons codicum G (et PE fortasse) et correctionum $H^2L^3$. |
| Bamb. | codex Bambergensis M.V. 18, saec. $X^i$.—$XI^i$. |
| $C^A$ | fons codicum Paris. 7666, Lugd., Bamb., Turic. |
| $D^A$ | fons codicum Paris. 7665, Montepess., Oxon. |
| E | codex Escorialensis M. III 14, saec. $X^i$. |
| F | codex Florentinus (Laur. XLVIII, 1), saec. $IX^i$. |
| G | codex Gudianus (Wolfenbuettel. 96), saec. $X^i$. |
| H | codex Harleianus (Mus. Britann. 2719), saec. $IX^i$.—$X^i$. |
| L | codex Lugdunensis (Voss. lat. fol. 73), saec. $IX^i$. |
| Lugd. | codex Lugdunensis (Voss. $4^{to}$. 116), saec. $X^i$.—$XI^i$. |
| Montepess. | codex Montepessulanus (212), saec. $IX^i$.—$X^i$. |
| Oxon. | codex Oxoniensis (Bibl. Bodl., Canon. Class. Lat. 279), saec. $X^i$. |
| P | codex Parisinus (lat. 7667), saec. $X^i$. |
| Paris. 7665 | codex Parisinus (lat. 7665), saec. $X^i$. |
| Paris. 7666 | codex Parisinus (lat. 7666), saec. $X^i$. |
| Turic. | fragmentum Turicense (C 79b), saec. $X^i$. |
| $\Sigma$ | codices recentiores vel aliquot vel plerique. |

# NONI MARCELLI

# PERIPATETICI TVBVRSICENSIS

# DE CONPENDIOSA DOCTRINA

# [PER LITTERAS] AD FILIVM

2 -TICVS $D^A$ || TVBVRGICENSIS (TIB-, -VRC-). *de nomine, cuius usitata forma* Thub-, *vid. C. I. L. VIII, p. 489* || 4 PER LITT. *om. Ald.* (cf. Class. Rev. XVI, 46). *Deest titulus in L Gen. B.*

# *INDEX LIBRORVM.*



---

**II** *Vide ad init. libri II.* || **II—IV** per litt. *fort. secludend. Vide 'Non. Marc.' p. 90; Class. Rev. XVI, 46. Sed totus hic index suspectus* || **VIII** De mutatis declinationibus *Mu.* || **XIII—XVI; XIX** De generibus *Mu.* || **XX** et partu *om. L* || *Indicem, quem exhibent L* (*cum* $F^1$) *PE, del.* $F^3$.

# DE PROPRIETATE SERMONVM.

SENIVM est taedium et odium: dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint et taedio. Caecilius in Ephesione (28):

tum ín senectute hoc députo misérrimum,
sentíre ea aetate éum ipsum esse odiosum álteri.

nam a e t a t e m m a l a m senectutem veteres dixerunt.

Plautus Menaechmis (756):

cónsitús súm,
senéctúte, onústúm geró córpu'; vírés
relíquére. ut aétás mala ést mérs, mala est érgó.

Accius Amphitryone (85):

an mála aetate mávis male mulcári exemplis ómnibus?

Turpilius Philopatro (175):

miserúm puto, si etiam ístuc ad malam aétatem accessít mali.

Pacuvius Periboea (277):

parum ést quod te aetas mále habet, ni etiam hic ád malam ||
aetátem adiungas crúciatum reticéntia?

---

*Codd. excerpt. habent*: 1—10 DE—aetas mala est.

---

3 Hephaestione *Iun. in elencho auctorum* || 5 eum se (se, *om.* eum) *codd. Cic. de Sen. 25* (*pro* eumpse): *fort.* eumpsum || 10 (ut—est ergo) *cf. 192. 21* || mala ergost *codd. Pl.* || 12 malán aet. (*del.* an) *Mu.*: án mala | aetáte te mav. *On.*: an mavís mala | aetáte male *Nettl.* || 14 *vel* miserúm puto, | si etiam íst. || 16 hic $F^3$ $B^A$ $C^A$: *om.* *L*: hunc *vel* huc *Ribb.* || 1 reticentia $L^1$: reticenti (*seq.* a) *rell.*: reticentiae(?) *Ribb.*

2 M.

Afranius Vopisco (378):

si póssent homines délenimentís capi,
omnés haberent núnc amatorés anus.
aetás et corpus ténerum et morigerátio,
haec súnt venena fórmosarum múlierum:
mala aétas nulla délenimenta ínvenit.

b o n a m  a e t a t e m quoque dicimus adulescentiam vel iuventutem. M. Tullius de Senectute (48): 'quodsi ipsis voluptatibus bona aetas fruitur libentius, primum parvulis fruitur rebus'. — nam prudentissime noster Maro diei partes primas, quasi eius aetatem puberem, m e l i o r e m dixit IX libro (156):

nunc adeo, melior quoniam pars acta diei est.

s e n i u m ipsum positum sic. Titinius Veliterna (147):

quot pestis senia et iurgia sesemet † diebus emigrarunt!

Novius Gallinaria (37):

. . operaeque, áctor, cantor, cúrsor, senium sónticum!

Accius Epinausimache (316):

mórs amici súbigit, quod mi est sénium multo acérrimum.

Pomponius Praecone Posteriore (135):

cálve, adportas núntium
nóbis disparém, divisum: huíc seni senium ét metum.

---

3—10 Afr. si — libentius; 11—13 nam prud. — est.

---

7 multa *Quich.*[1], *Madv.* || 9 q. istis ipsis *Cic.* || 12 (partem *Bamb.*[1]) || 15 (emigrarent‿*F*) || emigrárunt semet aédibus *Ribb.*[1]: his semul ém. aéd. *Ribb.*[2]: semét diebus hísce | foras ém. *Mu.*: *fort.* . q. p. sén. et i. sése ex aedibús [e]migrarunt | 17 (auctor *G*[1]) || 19 subicit *L*[1] || 22 diversum *Quich.*

Lucilius Satyrarum lib. XV (11):

in numero quorum nunc primu' Trebelliu' multost
Luciu'; nam arcessit febris, senium, vomitum, pus.

Turpilius Demiurgo (41):

. . quia enim odio ac sénio mi hae sunt núptiae. ||

Pacuvius Periboea (301):

. . metus, egéstas, maeror, sénium, exiliumque ét senectus.

VELITATIO dicitur levis contentio: dicta ex congressione velitum. Plautus Asinaria (307):

vérbis velitátionem fíeri conpendí volo.

idem Menaechmis (778):

néscioquid vos vélitati éstis inter vós duo.

Turpilius Lindia (145):

conpérce verbis vélitare; ad rém redi.

Afranius Privigno (266):

. . interea vérba iactare ét labris
intér se velitári, velificárier.

Caecilius Pausimacho (140 a): † leat * * *

*PHRYGIONES* * * * hoc Vergilius probat in lib. IX (614):

vobis picta croco et fulgenti murice vestis;

---

3—4 Vel.—vel.; 7—9 Pl. nesc.—redi.

---

**24. 25** primum $C^A$ || trebelleis $L^1$ || multos titos lucios: *corr. Lachm. comm. Lucr. p. 66.* || nam (*Lachm.*) arcessit *Mu.*: narcessibai $LC^A$: narcesibai $B^A$ (*fuerat in archetypo* ñarceb$^{ssi}$at): νάρκη . . . *On.* (*e. g.* narcas scire) || plus: *corr. Ald.* || **5** verbivel. *Meursius* || **9** velitari *Iun.* || **12** velit., vellicarier *Gerlach* || **13** *Inter* Pausimacho *et* leat (lateat *Bamb. Lugd.*) *stant 406. 12* (-mum int.) — *409. 15* (nascitur), *transposito archetypi folio: corr. Σ Me.* || *Ante* hoc *lacunam quattuor linearum sign.* $B^A$. *Credo membranula, qua folium insertum ad summam sequentis folii marginem affixum erat, eas obscuratas esse.*

3. 4 M.

item in eodem IX (617):

o vere Phrygiae, neque enim Phryges!

Titinius Barbato (4):

. . . . Phrygió fui primó beneque id opu' scívi;
relíqui acus aciásque ero atque eraé nostrae . . .

Plautus Menaechmis (469):

pallam ád phrygionem fért confecto prándio.

Varro Cosmotoryne, *περὶ φϑορᾶς κόσμου* (228):

Phrygio qui pulvinar poterat pingere soliar † devigebat.

HOSTIMENTVM est aequamentum: unde et hostes dicti sunt, qui ex aequa causa pugnam ineunt. Plautus in Asinaria (172):

par pari hostimentum datum est, opera pro pecunia.

unde et hostire dicitur. idem in eadem (377):

quin prómitto, inquam, hostíre contra, ut mémineris;

id est, aequa reddere. ||

TOLVTIM dicitur quasi volutim vel volubiliter. Plautus Asinaria (706):

demam hércle iam de hórdeo, tolútim ni badízas.

Novius Gallinaria (38):

ó pestifera Pónticûm, fera, trúx tolutiloquéntia!

id est, volubilis locutio. Idem Macco Exule (48):

ém, díxi itúrum hóminem in Túscós tolútím.

---

26—1 Host.—volub.; 4—5 Nevius o—loc.

---

**17** in eodem nono *secl. Mu. in append.* || **20** Ph. f. p. *om.* $L^1$ || civi (*praec.* s) $C^A$ || **21** atque re: *corr. ed. princ.* || **22—23** *cf. 537. 32* || **25** defugiebat *Mu., qui anapaestos instit. Potest etiam de troch. cogitari et de verbis* deviere, deungere, denegare, *etc. fort.* s. deae . . || **27** (Pl.)—**28** *cf. 529. 1* || **28** datum hostímentumst *codd. Pl.* est *om. codd. 529* || **30** merueris *codd. Pl.* || **4** pontica fera $F^3LB^A$: portentifera *vel* portentifica *Ribb.*: sontica fera *Gulielm.* || **6** est $LC^A$ (*pro* ē, *i. e.* em *vel* est).

4 M.

item Lucilius Satyrarum lib. VIII (13):

si omne iter evadit stadiumque acclive tolutim.

idem (inc. 79):

velle tolutim hic semper *et* incepturu' videtur.

Varro Trihodite Tripylio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως (559):

séd ut ecu', qui ad vehéndum est natus, támen hic traditúr magistro,
út equiso doceát tolutim.

Pomponius Decuma Fullonis (40):

ét ubi insilui in cóleatum éculeum, ibi tolútim tortor.

Varro Agathone (9):

haec postquam dixit, cedit citu' celsu' tolutim.

CAPVLVM dicitur quicquid aliam rem intra se capit. nam sarcophagum, id est sepulchrum, c a p u l u m dici veteres volunt, quod corpora capiat. Plautus Asinaria, dicens de sene (892):

périi, misera! ut aúsculatur cárnifex, capulí decus!

idem Milite (627):

quíd ais tu? tam tíbi ego videor óppido Acherúntius?
tám capularis?

---

8 Lucilius si—tol.; 18—20 Cap.—capiat; 21 Pl. per.—decus.

---

7 idem: *secl. Havet.* || 8 omnem $L^1 B^A$ || inter $B^A$ || **10** et *add. Bouterwek. quaest. Lucil. p. 12* || **11—13** *cf. 105.29* (*s. v.* equiso) || **12** nam aut e. *codd. 105* || magistra $L C^A$ (*cum PE*) || **13** equis edoceat $C^A$ || **14—15** *cf. 105.13* (*s. v.* eculeos); *182.15* (*s. v.* tortor) || **15** coleatum *L ante corr.*: cocleatum *L ex corr.* $B^A C^A$: coleatum (cocleatum) *codd. 182*: culeratum (culenarum) *codd. 105:* cocule. *Bue.* || ibi $C^A$ (*corr. ex* ubi): ubi $L B^A$: ibi *etiam codd. 105*: ibi (ubi) *codd. 182* || **18** (aliquam *E*) || **23** ais totam: ais tu itane *codd. Pl.*: *corr. Me.* || acherunticus *codd. Pl.*

id est, capulo proximus. Novius Pappo Praeterito (75):

dum isto ínvitabis súffragatorés, pater,
príus in capulo quam ín curuli sélla suspendés natis.

Lucilius Satyrarum lib. II (11):

quom illico vidissent Hortensiu' Postumiusque, ||
ceteri item in capulo hunc non esse aliumque cubare.

Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου (222):

proptér cunam capulúm positum
nutríx tradit pollíctori.

TEMVLENTA dicta est ebriosa: dicta a TEMETO, quod est vinum, quod attemtet. Plautus Aulularia (355):

. quía temeti níhil adlatum intéllego.

idem Truculento (833):

síve adeo carét temeto, támen ab ingenio ínprobust.

M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'ita magnam habet vim disciplina verecundiae; carent temeto omnes mulieres'. — Varro Est Modus Matulae, περὶ μέθης (113):

quis in omni vita heluo † πιοδεπς olfacit temetum?

---

29—1 Lucilius quem il.— cub.; 5—7 Temul.— intell.; 10—11 M. Tull. ita — mul.

---

25 id est $B^A$: idem $LC^A$ (*fuerat olim* idē, *i. e.* idem *vel* id est) || Pomponius *Ritsch. parerg. Pl. 134* || 26 istos *edd.* || 27 curculi $C^A$ || suspendis: *corr. Me.* || 29 quem illi cum: *correxi*: quom illic *Mu.*: quem cum *Iun.*, *Havet.* || 2—4 *cf. 157. 24* (*s. v.* pollictores) || 4 pellictori $B^A$: pellectori $F^3 L^1 C^A$: pollictori *codd. 157* || 5 Tem. id est ebr. $D^A$ || dicta (*alt.*) *secl. Mu.* || a temulento $F^3 L^1$ || 6 vin. vel quod *Havet* (*Rev. Philol. XV, 61*) || 7 'quî?' 'quia' *Plaut.* || 9 inprobus (imp.) || 11 vim *ed. a. 1470*: viam || 11 carente $L^1$ || 13 quis] *fort.* vis (*praec.* C) || *fort.* vite || helluo *ed. a. 1470*: helio || *ΠΙΟΔΕΠCOL* facite metum $L^1$: *ΠΙΟΔΕΠC* olfac temetum $F^3$: *ΠΙΟΔΕΠ̃C* olfacit temetum $B^A$: *ΠΙΟΔΕΠωΛ* facit temetum $C^A$ || *πιθοδεής Bue.* quis in ómní | víta héluo *πίνων δέπας* ólfacít temétúm? *Mu.* *fort.* olfacere t.

idem Modio (310):

trémodiam amphorámque eandem témeti ac farrís modum.

CINAEDI dicti sunt apud veteres saltatores vel pantomimi, *ἀπὸ τοῦ κεινεῖν σῶμα.* Plautus Aulularia (422):

ita fústibus sum móllior magi' quam úllu' cinaédus.

idem in Milite (668):

tum ád saltandum nón cinaedus málacus aeque est . . .

idem in Sticho (760):

lépidam et suavem cántionem aliquam óccupito cinaédicam;

id est, quae ad saltandum movere posset.

Lucilius Satyrarum lib. I (31):

stulte saltatum te inter venisse cinaedos.

Varro, *Ὄνος λύρας* (357):

maeréntis ut quiétus ac demíssior probándus,
*Ἀχιλλέως ἡρωικός, ἰωνικὸς κιναίδου.* ||

EXERCITVM dicitur fatigatum: dictum ab exercitio. Sallustius in Iugurtino Bello (71. 1): 'Nabdalsa exercito corpore'. — Plautus Bacchidibus (4):

quaé sodálem átque me éxércitós habét.

Lucretius II (120):

conciliis et discidiis exercita crebris.

---

16 Cin.—pant.; 22—25 Plautus lep.—cin.; 1—3 Exerc.—corp.

---

**14** Modio *om.* $B^A$ || **15** treodiam $C^A$ || (-que eadem *P*): -que eundem *Bue.*: quaerendam *Quich.* || ac farris *Bentin.*: a carris || modium: (*corr. Bamb.*[1]) || (*post hunc v. lacunam sign. P*) || **17** *τὸ σῶμα Iun.* || in Aul. *Mu.* || **18** submollior || ullus $F^3$: mullus (*praec.* m) *rell.* || **23** possit *edd.* || **25** cinaedis (-ned-) $C^A D^A$ || **27** demissor || **2** (Sall.) — **3** (corp.) *cf. 295.5. fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 11*) || **6** ex d. $C^A$.

6 M.

Afranius Suspecta (317):

. ita ut huic ero ádulescenti, cuí suspicium † tradidit,
quí me est animi exércitus.

Vergilius lib. III (Aen. 182):

nate, Iliacis exercite fatis.

TENVS est laqueus: dictus a tendicula. Plautus Bacchidibus (792):

nunc áb transenna túrdus lumbricúm petit.
pendébit hodie púlcre: ita intendí tenus.

INLICIRE est proprie inlaqueare. Naevius Lycurgo (26):

ális sublime álios saltus
ínlicite, ubi bípedes volucres líno linquant lúmina.

PELICIS a graeco vocabulo significantiam sapientes inflexam putant, quasi pallex, hoc est ut *παλλακίς*. quodsi hoc non est, vana conpositio hominis videri potest.

CALVITVR dictum est frustratur: tractum a calvis mimicis, quod sint omnibus frustratui. Plautus in Casina (169):

nam úbi domí sóla súm, sopor manus cálvitúr.

Pacuvius Medo (240):

séntio, patér, te vocis cálvi similitúdine;

---

10—12 Virg.—tend.; 13—15 Plautus turdus—inlaq.; 18—22 Pel.—frustratui.

---

8 ita aut $L^1$: fída ut *Ribb.*[1] || suspício me trád. *Ribb.*[2]: suspectum (*vel*—tam) trad. *Both.* || 9 qui mísere est *Fruter.*, *Bue.* || 10—11 *cf. 294.21* || 13 hic tu. *codd. Pl.* || 15 Inlicere: *corr. On.* || 16 subumem $L^1$: sublimen *rell.* || altos s. inlĭcit *Bue.* || 17 liquant *L* || 18 Peliceos || 19 q. pellex $L B^A$: q. pallax *Halm emend. Valer. p. 6* (*ut in Nonii fonte*, *Gell. IV, 3, 3*) || q. p. h. e. u. *π. secl. On.* (*Iourn. Phil. XXII, 164* || 20 Romana c. nominis (*Iun.*) *Nettl.* || 21 inimicis $C^A D^A$ || 23 soror $L B^A$ || 25 calvi $F^3$: catui *rell.*

et (241):

set quíd conspicio? núm me lactans cálvitur
aetás?

Accius Eurysace (382):

sed mémet calvor. vós istum iussi ócius ||
abstráhite.

Lucilius Satyrarum lib. XVII (10):

"si non it, capito", inquit, "eum, et si calvitur". ergo fur dominum?

Pacuvius Duloreste (137):

me cálvitur suspício,
hóc est illud, quód fore occulte Oéax praedixit . .

Sallustius Histor. lib. III (109): 'contra ille calvi ratus'.

FRIGERE est, et FRIGVTTIRE et FRITINNIRE, sussilire cum sono vel erigi et excitari, quod quaecumque friguntur vel frigent nimio calore vel frigore, cum sono sussiliunt.

Plautus Casina (267):

. . . nam quíd friguttis? quíd istuc tam cupidé cupis?

Varro Virgula Divina (565):

ét pullós peperít fritíniéntis.

---

30—1 Accius sed—extraite; 5—6 Pac. me—occultum; 8—11 Frigere—cupis.

---

26 et *add., ut vid., in mg.* $F^3$: *om. rell.* (*seq.* set) || 30 i., ut iussi *Ald.* || 1 extraite $D^A$ || 2. 3 endo ferte manum *Mu. post Carrion. sed vide Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. 49. 1091*) || 5 me] ni *Hermann.* || 6 occultum $D^A$ || 7 contra ille *ed. a. 1470*: contrullae || 8 et fritinnire $B^A$: et feritinanire $L\,C^A$: *om.* $D^A$ || 9 exitari $L\,C^A$: exilire $B^A$: exagitari $D^A$ || 10 sussiliunt $F^3 L^1 D^A$: susussiliunt $C^A$: susum sussiliunt $B^A$ || (Frigere vel frigore vel calore cum sono siccatum exilire *index marg. in* $B^A$ *et* (Erig.) *gl.*) || 11 *cf. 308. 12* || 13 fritiniensis: *corr. Iun.*

idem Ὄνος λύρας (365):

saépe totiús theatri tíbiis, crebró flectendo,
conmútáre méntés, frigi ánimós eórúm.

DEFLOCCARE est adterere: tractum a vestibus sine flocco. Plautus Casina (967):

périi! . . flócco habebit iam íllic homo lumbós meos.

DEPEXVM dictum est laceratum. Terentius Heautontimorumeno (950):

égone, si vivo, ádeo exornatúm dabo,
ádeo depexum, út, dum vivat, méminerit sempér mei.

SARTORES dicti non solum a sarciendo, verum etiam a sariendo. Plautus Captivis (661):

sartór satorque scélerum et messor máxume.

et in subsequentibus aperuit (662):

non óccatorem príus audebas dícere?
nam sémper occant príu' quam sariunt rústici. ||

Varro Vinalibus, περὶ ἀφροδισίων (564): 'etenim sic vide. utrum mercedem accipit is, qui meas venit segetis ut sariat, an ego ab illo? sic ego, cum tuus sim sartor, si tu plus laboras quam ego, do.'

NAVTEA est aqua de coriis vel, quod est verius, aqua de sentina: dicta a nautis. Plautus Curculione (99):

nam ómnium úngueńtûm odór praé tuó naútea ést.

---

20—28 Dep.—rust.; 5—6 Naut.—naut.

---

**15** tibias *Mu.* || **16** commutari *Scal.* || **17** Deflaccare—flacco: *corr. Ald., Carrio* || **19** perii (perit $L\ B^A$) flacco h.: perii, fusti (?) defloccabit *cod. Pl.*: p., flocco defloccabit *On.* || tam $L^1$ || **20** (Depexum dilaceratum *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || **20** (Terent.)—**22** *cf. 299.15* || **21** ego (*om.* ne) $D^A$ || **24** serendo: *corr. Ald.* || **25** sartor sartorque $L^1 C^A$: sator sartorque (sator satorque) *codd. Pl.* || **1** afrodisio nec enim: *corr. Iun.* || **2** utrum a me mer. *Vahlen.* || **3** cum tussim s. $L\ B^A$: cunctus sim s. $C^A$: *corr. Acidalius* || **6** nauciis $L\ B^A$: navigiis *Mu.* (*ind. marg. in* $B^A$ nauteam a nautae) *fuerat in archetypo* naucis *corr.* -tis (t *supra scr.*).

idem Asinaria (895):

naúteam
bíbere malim, sí necesse sít, quam illam osculárier.

TRICAE sunt inpedimenta et inplicationes; et intricare inpedire, morari: dictae quasi tricae, quod pullos gallinaceos involvant et inpediant capilli pedibus inplicati.

Plautus Curculione (613):

quód argentum? quas tú mihi tricas nárras?

idem Epidico (152):

áliqua ope exsolvam, éxtricabor áliqua;

id est, ex inpedimentis liberabor. Lucilius [in] Satyrarum lib. XI (25):

nec mihi amatore hoc opu' nec tricone vadato.

Turpilius Demiurgo (45):

iudícia, litis, túrbas, tricas, cóntiones máxumas.

Afranius Epistula (113):

ita íntricavit húius hanc rem témeritas.

Varro Gerontodidascalo (198): 'putas eos non citius tricas tellanas quam id extricaturos?' — [Plautus]

CAPERRARE est rugis frontem contrahere et asperare: tractum a caprorum frontibus crispis. Plautus Epidico (609): ||

quíd illud est quod illí caperrat fróns severitúdine?

---

9—14 Plautus naut.—narr.; 22 Afr. ita—tem.; 25—6 Cap.—optima.

---

**10** necessum est *codd. Pl.* || osculari (*seq.* tr-) *$C^A$ $D^A$* || **11** intricenare (*corr. $D^A$ $H^3$ ut vid.*) || **12** τρίχες *Me.* || **14** quasi tu *L $B^A$* || **16** extr. aliquam || **17** id est *Iun.*: inde || in *om. $B^A$* || **18** amore *L $B^A$* || **23** eos *edd.*: eo || **24** Atellanas *Ald.*: Tellenas *Turneb. Adv. XVII, 21*: tellanas *tuetur Nettleship* (*Iourn. Phil. XXIV, 225*) || *lacunam quattuor linearum sign. $B^A$* || (Plautus *del. $L^3$*) (*vide ad 9.15*) || **26** (Pl.) —**27** *cf. 173. 7.*

Varro Eumenidibus (134):

quin míhi caperratám tuam frontém, Strobile, omíttis?

EXAMVSSIM dicitur examinate ad regulam vel coagmentum: est enim a m u s s i s regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica inlinunt. Plautus Amphitryone (843):

. . . si véra haec loquitur, haéc amussim est óptima.

idem Milite (632):

ínest in hoc emússitata súa sibi ingenua índoles;

id est, examinata. idem [in] Menaechmis (50):

ut hánc rem vobis éxamussim dísputem.

Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας* (555): 'quare si diligens est ad amussim, per me licet adsumas *γενεθλιακόν*'. — idem Quaestionum Plautinarum lib. II: 'amussis est aequamen, levamentum, id est aput fabros tabula quaedam, qua utuntur ad saxa coagmentata'. [Plautus]

MVTVS onomatopoeia est incertae vocis, quasi mugitus. nam mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet.

Naevius Lycurgo (25):

dúcite
eó cum argutis línguis mutas quádrupedis.

---

25—6 Cap.— opt.; 10 idem ut—disp.; 14—15 amuss.— coagm.

---

2 qui in $C^A$: quid $D^A$ || ostendis $D^A$ || 3 -to *Havet* || vel coag. *om.* $D^A$ || 4—5 qua (quem) a. c. o. p. (*om.* ru. inl.) $D^A$ || 6 haec vera *codd. Pl.* || haec am.: examussim *Pl.* || 7—8 *cf. 456.35* || 9 i. in men. $L^1$ || 12 diu gens: *corr. Badius ap. Quich.*: dium (*Palmerius*) gens *Mu.* || es *Mu.* (?) || 13 *γεν. Bentley ad Ter. Hec. I, 2.88*: teno *ιαχον* (*δια*-) || 15 utantur *L* || coagmentanda *Iun.* || Plautus (*seq.* mutus) *seclusi*: Plautus * * * *edd.*: Plautus (Mil. 664) leniorem dices quam mutum est mare *post* habet, *v. 17*, *inser.* (?) *Mu.* || 16 onomatopoeta *L* $C^A$ || 17 mutos sonus $L^1$: mutus sonus $B^A$: mutu sonus $C^A$: mu s. *Gothofred.*: muttus s. *conieci* (*Class. Rev. V, 10*), *sed vide Nettl. Iourn. Phil. XXIV, 226* || 19 cum *Ald.*: tum: *del. Havet.*

Accius Epinausimache (315):

item ád maestitiam mútam infantum quádrupedum.

DISPENNERE est expandere: tractum a pennis et volatu avium. Plautus Milite (1407):

úbi lubet: dispénnite hominem dívorsum et disténdite.

FOCVLA dicta sunt nutrimenta: unde et || foculare dicitur, ut fovere. Plautus Persa (104):

at edés; nam iam intus véntris fumant fócula.

BARDVM est vi propria [et] ingenio tardum. nam Graeci βαρδεῖς tardos dicebant. Homerus Iliados XXIII (530):

*βάρδισται μὲν γάρ οἱ ἔσαν καλλίτριχες ἵπποι,*
*ἥκιστος δ' ἦν αὐτὸς ἐλαυνέμεν ἅρμ' ἐν ἀγῶνι.*

Plautus Persa (169):

nimi' tándem me quidem pró barda et pro rústica reor
habitam ésse abs te.

INLEX et EXLEX est qui sine lege vivat. Plautus Persa (408):

inpúre, inhoneste, iniúre, inlex, labés popli.

Lucilius Satyrarum lib. II (2):

non dico. vincat licet et vagus exulet, erret
exlex.

---

22—1 Disp.—fovere; 3—4 Bard.—dic.; 10 Inl.—vivit.

---

21 item ac *Ad. Schoell.* || mutuam: *corr. ed. a. 1470* || infantium (*corr. Lugd.*[1]) || 22 tractu $D^A$ || 24 iubet $D^A$ || 1 ut *om.* $L^1$ || 2 ad aedes || 3 et *del. Quich.* (*vide Gloss. lat. V, 442.41; 562.50*) (bardum ingenio tardum *ind. marg. in* $B^A$) || 4 bardos tardos || 5 *βάρδιστοι codd. Hom.* || 8 me quidem *Pl.*: equidem (*praec.* m) || 10 quis s. $L^1$ || vivit $D^A$ || 11 (ini.—pop.) *cf. 447. 3* || lex $L^1$ || *Inter* inlex *et* labes popli *stant p. 11 vv. 12—15* (Tor.—app.) || 13 vivat *Mu.* || uacus $L$ $C^A$.

10. 11 M.

Varro Sciamachia, περὶ τύφου (507):

postremo quaero: parebis legibus an non?
anne exlex solus vivis?

Lucilius lib. XXX (99):

accipiunt leges, populus quibu' legibus exlex.

Caecilius Harpazomene (59):

quid narras, barbaré cum indomitis móribus,
inlítterate? inléx es.

Sisenna lib. IV (113): 'armis, equis, conmeatibus nos magis iuverunt exleges: et minus honore dignos putabitis?' — M. Tullius pro Cluentio (94): 'non quo illi aut exlegem Sullam aut causam pecuniae publicae contemptam atque abiectam putarent'.

LVRCONES dicti sunt a lurchando; lurchare est cum aviditate cibum sumere. Lucilius Satyrarum lib. II (13): ||

nam quid Moetino subiectoque huic opu' signo,
ut lurcaretur lardum et carnaria fartim
conficeret?

Pomponius Syris (169):

lápatium nullum útebatur; lárdum lurchabát lubens.

Plautus Persa (421):

perénniserve, lúrco, edax, furáx, fugax!

Lucilius Satyrarum lib. V (41):

vivite, lurcones, comedones; vivite, ventris.

---

27—28 Lurc.—sumere; 2—3 Lucilius ut—conf.

---

15 sciomacia || 17 vives *Iun.*, *Havet.* (*Mél. Graux, p. 808*) || 21 ind. cum *Ribb.* || 22 hes $L^1$: hist (hi sunt) $C^A$ inlex. Sisenna Hist. *Mu. fort. recte* || 25 Sullam *Cic.*: ullam || 26 abtectam *L* || putarent *Cic.*: putarunt || 27 Lubraconis $L^1$: luracones *ind. marg. in* $B^A$ || l. enim est $D^A$ || lurc.—sumere *secl. On.* || 1 subrectoque *Fr. Dousa* || 2 fartim $F^3 C^A D^A$: parum $L^1$: fartim parum $B^A$ || 5 nullus vescebatur *Gulielm.* || 7 perennis herbae.

Varro Eumenidibus (136):

contrá cum psalte Písia et cum Flóra lurcare ác strepis.

TORORVM et TORALIVM designator est Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'quod frontem lecticae struebant, ex ea herba torta torum appellatum. hoc quod inicitur etiamnunc toral dicitur; lecticam quî involvebant, segestria appellabant.'

CONCENTVRIARE est colligere, dictum a centuriis quae ad suffragia conveniebant. Plautus Pseudolo (572):

cum cóncenturio in córde sycophántias.

Terentius Phormione (229):

égo in insidiís ero
subcénturiatus, síquid deficiés . .

FINITORES dicebantur, quos nunc agrimensores dicimus: dicti quod finis dividerent. Plautus Poenulo (48):

eius núnc regiones, límites, confínia
detérminabo: eius rei égo sum factus fínitor.

PASSVM est proprie rugosum vel siccum. Plautus Sticho (369):

ín portum ventó secundo, vélo passo pérvenit;

---

12—14 Toral.—dic. (*totus locus in* $C^A$); 16—17 Conc.—conv.; 22—23 Finit.—divid.; 26 Pass.—sicc.

---

**11** ac s. *Gerlach.*: at s.:, adstrepis *Ald.* || **12—15** *post 10.11* inlex: *huc transp. ed. a. 1476, sine ulla ratione* (*vide* '*Non. Marc.*' *pp. 11. 94*) || **12** Tororum et *Mu.*: Torialim et: *om.* $D^A$ || torialium $LB^A$ || Toralium proprietatis des. *On.* || **13** quo *On.* || struerant *L* || quod fronde l. struebantur, ex eo h. *Mu.* || **14** torium *L* || **16** ad c. $L^1$ || **18** dum co. *codd. Pl.*: cus (*praec.* lo) ccenturio (*pro* c̄cent.) *L*: cui conc. $B^A$ || sycofantia est || **20** ero $F^3$: *om.* $LB^A$: hic ero *Ter.* || **23** dicti *secl. Mu.* || **25** ei rei *codd. Pl.* || fi. fa. s. *Muretus var. lect. XVII, 14*: finĭtor *tuetur Nettl.* || **26** (Plaut.)—**29** (inpl.) *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 11*).

11. 12 M.

id est, laxo et rugoso. unde et uva passa dicta est, quod sit rugis inplicata. Plautus Poenulo (312): ||

síquidem es tu mecúm futurus pro úva passa pénsili.

Lucilius Satyrarum lib. XIX (1):

rugosi passique senes eadem omnia quaerunt.

EXSPES dicitur sine spe. Accius Eurysace (376):

ille órbus, exspes líberûm.

idem Medea (415):

éxul inter hóstis, expes, éxpers, desertús, vagus.

EXVLES dicuntur extra solum. Vergilius Georgicon lib. III (225):

longeque ignotis exulat oris.

et in consequentibus (228):

et stabula aspectans regnis excessit avitis.

VESTISPICI appellabantur vestium custodes servi, quod frequenti diligentia vestis inspiciant. Plautus Trinummo (251):

nox datur: ducitur familia tota;
vestispici, unctor, auri custos.

Afranius Vopisco (386):

novi non inscitulam
ancillulam vespere † et vestispicam.

---

4 Ex.—spe; 8 Ex.—sol.; 12—13 Vest.—inspiciant.

---

29 sit $B^A$: se $L^1$ || **1** s. tu es *codd. Pl.*: siquid ea es tu || pensilis *codd. Pl.* || **2** XVIIII $F^3 B^A$: VIIII *L* || **4—11** *fort. post 14. 19 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 11*) || **5** orbis: (*corr. G*) || **7** exuli i.: *corr. Iun.* || **13** spiciant *Mu.* || **15** vestispica *vel* vestiplice *codd. Pl.* || **17—18** *fort. bacch. metr.* || **17** inscituram: *corr. Gulielm.* || vestrae erae hic vesti. *Ribb.* || nóvi non inscítam ancillam véstrae erae et vestíspicam *Bue. post Roeper.*

Varro Pappo aut Indigena (384): 'nasturcium indigena nomine vides ideo dici quod nasum torqueat, ut vestispicam, quod vestem spiciat'.

SVPPILARE est involare vel rapere: a pilorum raptu; unde et furtum passi conpilari dicuntur. Plautus Truculento (566):

haec cúm vídeo fíerí, suffúrór, subpíló,
de praéda praedam cápio.

Caecilius Nauclero (115):

. súbpilat vestem átque ornamenta ómnia. ||

Pomponius Sarcularia (162):

altér amat, potat, pródigit, patrém subpilat sémper.

AVSTRA proprie dicuntur rotarum cadi, ab auriendo; sicuti graece *ἀντλία*. Lucretius lib. V (516):

ut fluvios versare rotas atque austra videmus.

VETERINA animalia dicuntur omnia quae vehere quid possunt. Lucretius lib. V (865):

et genus omne quod est veterino semine partum.

idem (V, 890):

. forte ex homine et veterino semine equorum.

---

21—22 Supp.—dic.; 3 Haustra—auriendo; 6—7 Vet.—poss.

---

19. 20 Varro—vestispicam $F^3 B^A$: *om.* $L$ || Indigena *Oehler.*: indige: Indice (?) *Me.* || indigeno nomine v. *Nettl.*: indige non invides: indigena, non v. *Oehler.* || ideo *Oehler.*: in eo || ut $F^3$: *om.* $B^A$ || 21 Supplicare $D^A$ (*non Paris. 7665*) || 22 compilati *Iun.* || 26 s. vestem (*vel* s. vestem, aurum) *On.*: subpilatum est eum: suppílatum est aurum (?) *Both.* || ormenta $L$ || 2 alteram adportat: *corr. Gulielm.* || 3 radii *ed. a. 1470* (*sed cf. Munro ad Lucr.*) (austra rotarum modii *index marg.* $B^A$ *et gl.*) || 4 grece-antlia $B^A$: gretaceant lia $F^3 L^1$: graece *τὰ ἀ. Stowasser* (*Woch. klass. Philol. V, 1541*) || 5 vidimus $L$ || 8 partum *Lucr.*: parturiendi (*seq.* idem) || 10 torte homine vet.: ne forte ex homine et vet. *Lucr.* || equorum $F^3$: quorum $L B^A$.

CREPERA res proprie dicitur dubia: unde et crepusculum dicitur lux dubia et senes decrepiti dicti, in dubio vitae constituti; creperum bellum, anceps et dubium.

Lucretius lib. V (1296):

exaequataque sunt creperi certamina belli.

Accius Phoenissis (601):

. . quae ego cuncta ésse fluxa in meá re crepera cónperi.

idem Telepho (628):

nunc tu ín re crepera túa quid capias cónsili
vide.

Lucilius Satyrarum lib. V (6):

† sannunt solu' mihi in magno maerore,
tristitia in summa, crepera *re*, inventu' saluti's.

Pacuvius Duloreste (128):

nón vetet animum aégritudine ín re crepera cónfici.

Plautus in Asinaria (863):

qui quidem cum fílio
pótet una atque úna amicam dúctet decrepitús || senex.

Varro Mysteriis (326):

prisca, hórrida
silént oracla crépera in nemoribús . .

AVERNVS lacus idcirco appellatus est, quia est odor eius avibus infestissimus. huius rei manifestator est Lucretius lib. VI (740):

11—13 Crep.—et dubium; 4—5 Av.—inf.

12 lux *om. L*[1] || 13 crep.—dub. *secl. Mu.* || 16 quaé e. c. flúxa esse *Bue.* (*cf. Iourn. Phil. XXVI, 296*) || 21 set nunc *Mu.*: *fort.* sicut nunc tu || solis: *corr. Ian. Dousa ap. Scal. MS.* || 22 summo || re *add. Lachm. comm. Lucr. 67* || 24 non decet *Scal. MS.* || aegritudinem: -ne *ed. a. 1476* || 27 potest unam a. unam || ducit et *L*: ductitet *B*[A] || 3 ora clam: *corr. Ald.* || 5 rei *om. L* || V.

principio, quod Averna vocantur nomine, id a re inpositum est, quia sunt avibus contraria cunctis.

unde et Vergilius lib. VI (201):

inde ubi venere ad fauces grave olentis Averni,
tollunt se celeris.

et postea in eo libro (239):

quam super haut ullae poterant inpune volantes
tendere iter pinnis. talis sese alitus atris
faucibus effundens supera ad convexa ferebat.

VITVLANTES veteres gaudentes dixerunt: dictum a bonae vitae commodo; sicuti qui nunc est in summa laetitia, v i v e r e eum dicimus. Naevius Lycurgo (29):

ut ín venatu vítulantis éx suis
locís nos mittant poénis decoratás feris.

EXTORRIS dicitur extra terram vel extra terminos.

Accius Eurysace (333):

núnc per terras vágus, extorris, régno exturbatús, mari

Turpilius Lemniis (95):

néque durare póssunt;
ita húius insciéntia ac deméntia extorrém facit.

Sallustius in Iugurtino bello (14. 11): 'sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem et coopertum miseriis || ecfecit'. — Vergilius Aen. lib. IV (616):

finibus extorris, conspectu avulsus Iuli.

ENODA significat explana; et quae sit proprietas, manifestum est, hoc est, nodis exsolve. Accius Eurysace (343):

. . tu autem quód quaero abs te enóda et qui sis éxplica.

---

15—17 Vit.— dic.; 20 Ext.— terminos; 3—4 Enoda—exsolve.

---

6 nomen $H^3$ *ut vid.* || 11 eodem *ed. a. 1480* || 19 lucis *Mc.* || decoratus: *corr. Ribb.* || 24 possum *Scal. MS.*: possumus *Mu.* || 25 insolentia *Maehly* || 2 complexu *codd. Verg.* || 3 (Enodat, exponit, absolvit *index marg. in* $B^A$ *et* (-det) *gl.*) || et] ex $C^A$ $D^A$ || 4 hoc — exs. *secl.* (?) *Mu.* || 5 abs te *om.* *L* || qui $F^3$ $B^A$: qua $L^1$.

15 M.

idem Alphesiboea (75):

quid tam óbscuridicum est támve inenodábile?

Ennius Telepho (289):

vérum quorum líberi letó dati
súnt in bello, nón lubenter haéc enodari aúdiunt.

Turpilius Demetrio (14):

ab ínitio, ut res sít gesta, enodá mihi.

Pacuvius Periboea (283):

gnato órdinem omnem, ut déderit, enodát pater.

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (27): 'haec igitur nobis explicanda sunt; sed si enodatius, vos ignoscetis huius aetati'. — Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'neque ita ut in singulis rebus diutius moremur, ut dixi, atque enodare subtilius velimus'.

GRVMMVS dicitur agger: a congerie dictus. Accius Oenomao (506):

quemcúmque institeram grúmmum aut praecisúm iugum.

TORRVS dicitur fax: unde et torridare dicimus conburere. Accius Melanippo (439):

. . regina, érit tempus, cum hic tórrus, quem amburí vides.

idem Meleagro (451):

eúmpsum vitae fínem ac fati ínternecioném fore
Méleagro, ubi tórrus esset ínterfectus flámmeus. ||

---

20 Grummus — dictus; 22 Torr. — conb.

---

7 qui itam *L* (I *pro* T): quid itam $B^A$: (*corr.* $F^2$) || obscuri dicunt est: *corr. Me.* || **13. 14** periboe agnito $L^1$ || **14** pater $F^3$: patri $L B^A$ || **16** sint *L* || **17** ignoscetis cuius aetatis: ignoscetis; huius enim aetati . . servire debemus *Cic.* || **18** ut in $F^3 B^A$: *om. L* || **20** conierie $L^1$ || **24** régina, aderit témpus hic cum *Bue.* || **25** idem $F^3 B^A$: *om. L* || **26** eum suum (*pro* eumsum): *correxi*: eum suae *ed. a. 1470*: tum s. *Voss.* || ac fatis *Bue.*: aetatis *Mu.* || **27** maleagro $B^A$: male ago *L*: *corr. Me.* || ubi $F^3 B^A$: *om. L*: ubi ubi *Mu.*

EXPECTORARE est extra pectus eicere. Accius Phoenissis (594):

incúsant ultro; a fórtuna opibusque ómnibus
desértum, abiectum, afflíctum ex animo expéctorant.

idem Epigonis (301):

. . élóquere próprie ác pavórem húnc meum éxpéctorá.

Cicero de Oratore lib. III (218):

túm pavor sapiéntiam omnem mi éxanimato expéctorat.

EXTISPICES proprie aruspices dicti sunt, quod exta spiciant. Accius Medea (419):

princípio extispicum éx prodigiis cóngruens ars te árguit.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (451): 'ait consulem mihi † pelum cedere: subsilio et hostias et extispicis disputanti relinquo'.

LACTARE est inducere vel mulgere, vellere, decipere.

Accius Medea (414):

nisi ut ástu ingenium língua laudem et díctis lactem lénibus.

Pacuvius Iliona (211):

ne pórro te error, quí nunc lactat, máceret.

Caecilius Hypobolimaeo Rastraria (91):

quód prolubium, quaé voluptas, quaé te lactat lárgitas?

Accius Alcimeone (66):

tanta út frustrando láctans, vanans prótrahas.

---

1 Exp.—eicere; 8—9 Ext.—spiciant; 13 Lact.—dec.

---

3 exanimum *Nic. Faber ap. Dous.* || 4 epigono: *corr. Me.*: Erigona *Mu.* || 5 loquere *Bue.* || propere *Iun.* || pavore *L* || 7 o. s. *L* || 10 extispicium || 12 mihi sellam *Nettl.*: in templum *Bue.* || et hostia sed (*pro* set) || disputantis *Me.* || 13 (mulcere $H^2$) m. vel dec. *Mu.* (lactare fallere, decipere *index marg. in* $B^A$) || 19—20 *cf. 184. 1* (*s. v.* vanans) || 20 tantum *Voss.*: tenta *Bergk.*

Varro Ὄνος λύρας (350):

quibús suam deléctet ipse amúsiam
et áviditatem spéribus lactét suis.

Cicero Tusculanarum lib. IV (16): 'malivolentia laetans malo alieno, delectatio, iactatio et similia'.

SVCCVSSARE est susum frequenter excutere. Accius Philocteta (568):

ágite ac, vulnus neí succuset gréssus, caute ingrédimini.

Lucilius Satyrarum lib. III (33):

succusatoris, tardi taetrique caballi.

idem lib. XV (15):

Campanus sonipes succussor nullu' sequetur.

STRENA dicta est a strenuitate. Pomponius Pictoribus (114): ||

ádside, siquá ventura est ália strena strénuae.

ADVLATIO est blandimentum proprie canum: quod et ad homines tractum consuetudine est. M. Tullius de Deorum Natura lib. II (158): 'canum vero tam *fida custodia tamque amans dominorum adulatio*'. — *idem* de Officiis lib. I (91): 'cavendum est ne adsentatoribus patefaciamus auris neve adulari nos sinamus'. Lucretius (V, 1070):

gannitu vocis adulat.

---

26 Succ.—exc.; 32 Str.—str.; 2—3 Blandimentum—est.

---

**21—23** *cf. 171. 27* (*s. v.* sperem) || **22** delectet et ipse *codd. h. l.* || **25** lactans *docti* || d. lactatio *docti* || **26** -usa- $C^A D^A$ || **27** nei *Mu.*: nec || -uss- $B^A$ || **28—29** *cf. 86. 11* (*s. v.* caballus) || **28** III $F^3$: IIII $L$ $B^A$: II *codd. 86* || **29** -uss- $B^A$ || tardi rarique *codd. h. l.*: taetri (tet.) tardique *codd. 86* || **1** strenuae *Passerat.*: strenae: strenue *Bentin.* || **2** Blandimentum (*om.* Adulatio est) $C^A D^A$: *a* bland. *nov. lemma* $L$ (*cf.* $C^A D^A$) || **3** ad *om.* $C^A D^A$ || omnes $L^1$ || -dines $L^1$ || **4—5** *lacunam duarum linearum sign.* $B^A$: fida—idem *add. edd.* || **6—7** *cf. 450. 7* || **8** gannitu (cann.) *codd. 450*: cannit (*seq.* u) $B^A$: canit $L$ || adulant *Lucr.*

Accius Prometheo (390):

sublime ávolans,
pinnáta cauda nóstrum adulat sánguinem.

MANDVCONES, qui manduci dicti sunt, et MANDONES, edaces. Pomponius Pictoribus (112):

magnús manduco's, cámillus cantérius.

Lucilius (inc. 163):

atque ómnes mandonúm gulae.

Varro Bimarco (53):

mágna uti tremészcat Roma et mágnae mandonúm gulae.

SENICA significat senex. Pomponius Pictoribus (111):

páppus hicin Máedio habitat, séneca non sescúnciae?

idem Praecone Posteriore (131):

sét me exercet sénica nequam, néque illo quid faciám scio.

GRADARIVS est molli gradu et sine succussatura nitens. Lucilius Satyrarum lib. XIV (23):

ipse ecu' non formonsu', gradarius, optimu' vector.

Varro Modio (306):

an quí gradu tolútili,
temérius quam tu et mólliter vectús, cito
relínquat?

---

11—12 Manducones — edaces; 18 Sen. — sen.; 22 Grad. — nit.

---

9 s. a. *Cic. Tusc. II, 23*: tui mei volans: tum av. *Mu.* || **11** qui — sunt *secl. On.*: qui et m. d. s. *edd.* || **13** manducus: *corr. Mu.* || casmillus *Quich.*: *fort.* camellus, *i. e.* cāmus *diminutive* || **17** uti *Meinek.*: ut || **19** hic cinaedus (?) *Mu.* || Maedio *scripsi*: medio: medicus *Ribb.* || sescuntiae $L^1$: -tia *BA* || **22** Cradurius $L^1$ || **24** victor || **27** te medius: *corr. On.* || tu et *On.*: tute.

17. 18 M.

EXDORSVARE, dorso nudare. Plautus Aulularia (398):

tu Machaério,
congrúm, murenam exdórsua, quantúm potest.

DELIRARE est de recto decedere. lira est autem fossa recta, quae contra agros tuendos ducitur ‖ et in quam uligo terrae decurrat. Pomponius Prostibulo (157):

iámne abierunt? iám non tundunt? iámne ego in tutó satis?
númquis hic restitít qui nondum lábeas lirarít mihi?

id est, confoderit. Lucilius XXVI (22):

quápropter delíro et cupide offícium fungor úberum.

Plautus Amphitryone (727):

. . . delírat uxor.

CENTVRIATIM dictum est abundanter et copiose: a centuriis, quae suffragium in comitiis ferebant. Pomponius Prostibulo (153):

cóntinuo ad te cénturiatim cúrrent qui paném petent.

RVMEN dicitur locus in ventre quo cibus sumitur et unde redditur: unde et ruminare dicitur. Pomponius Prostibulo (152):

égo rumorem párvi facio, dúm sit, rumen quî ínpleam.

RVDVS, stercus, quod raditur. Lucilius Satyrarum lib. XI (5):

viai
sternendae iaciendum huc agerem et id genu' rudus.

---

29 Exd.—nud.; 32—1 Del.—decurr.; 8—9 Cent.—fer.; 11—12 Rum.—dic.; 14 Rud.—rad.

---

**29—31** *cf. 95. 12; fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 11*) ‖ **31** potes $B^{A}$ (*cum codd. 95*) ‖ **32** (Delirare a recto decidere *index marg. in* $B^{A}$) ‖ **1** mugilo *L* ‖ (decurrit *Bamb.*$^{2}$) ‖ **2** ego sum in $B^{A}$ ‖ **3** restitit *scripsi*: resistit: restat *Both.*: (num qui h.) restitat *Ribb.* ‖ **4** li. XXVI *ed. a. 1476* ‖ **5** cupide *edd.*: cupidi ‖ fungo rub. *L*: fungor rub. $B^{A}$ ‖ ruderum *Iun.* ‖ **6—7** *cf. 159. 3* ‖ **11** simitur *L* ‖ **14** Raudus (?) *Mu.* ‖ **15** vim: *corr. Me.* ‖ **16** sternendae *Me.*: sternenda et ‖ *i. e.* aggerem.

RVTRVM dictum est a radendo. Pomponius Pannuceatis (90):

sárculum hinc illó profectu's, íllim rediistí rutrum.

Lucilius Satyrarum lib. IX (68):

frumentarius est: modium hic secum atque rutellum
una adfert.

Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς (291): 'cui celer δι' ἑνὸς λήμματος λόγος, Antipatri Stoici filius, rutro caput displanat'.

NEBVLONES et TENEBRIONES dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant aut quibus ad fugam [fugitivis] et furta haec erant accommodata et utilia. Pomponius Pannuceatis (93):

quid dédi nebuloni, quém pertaesumst paúperem?

Lucilius Satyrarum lib. XIV (19):

Publiu' Pavu' mihi Tuditanus quaestor Hibera ||
in terra fuit, lucifugus, nebulo, id genu' sane.

idem lib. XX (9):

nugator cum idem ac nebulo sit maximu' multo.

Afranius Epistula (109):

huc vénit fugiens ténebrionem Tirrium.

---

17 Rut.—rad.; 24—27 Neb.—ut.

---

17 ruendo *Me.* (*cf. index marg. in* $B^A$ rudus a rudere a ruina a ruendo): rutando *Nettl.* || 18 illim $H^3$ ($H^2$?): illum *rell.* || 20 adque et ru.: et *del. ed. a. 1476* || 21 unam (*pro* uná, *i. e.* una *adverb.*) $B^A$: unum *L*: *corr. ed. a. 1476* || 22 celere *Roeper.* || 24 quia *L* || 25 obiciebant *Mu.* || 26 fugitivis *om.* $D^A$ || 27 et uilia $C^A$: *om.* $D^A$ || 28 pertesunt: pertesum *Ald.* || pauperum *Both.* || pertísumst esse paúperem *Ribb.* || 30 m. tubitanus $F^3$ (*cum G*): m. turbitanus *L* $B^A$ *ut vid.*: Tuditanus m. *Bouterwek. Quaest. Luc. 16* || 3 cum idem *Mu.*: cuidem || 5 tenebrione.

19 M.

Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (377): 'si et accusator et reus erunt tenebriones uterque, utrumque vituperato'. quod Homerus confirmat Iliados III (10):

*εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην,*
*ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἄμεινον.*

Varro Gerontodidascalo (195): 'Manius Curius consul, Capitolio cum dilectum haberet nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebrionem'.

TRVAM veteres a terendo, quam nos diminutive trullam dicimus, appellari voluerunt. Pomponius Pannuceatis (96):

múlier ubi aspéxit tam mirífice tutulatám truam.

Titinius Setina (127):

sapiéntia *gubernátor navem tórquet, non valéntia;*
cocu' mágnum aënum, quándo fervit, paúla confutát trua.

EVANNETVR dictum est ventiletur vel moveatur: a vannu, in qua legumina ventilantur. Pomponius Pannuceatis (91):

díxi ego illud futúrum. in prima válva est: vix haerét † misera.
évannetur! ét mea ocius ópera ut fiat fécero.

Lucilius Satyrarum lib. VII (17):

hunc molere, illam autem ut frumentum vannere lumbis.

idem lib. IX (70):

crisavit, ut si frumentum clunibu' vannat.

---

14—15 Truam — vol.; 20—21 Evann. — vent.

---

7 *post* ten. *distinx. alii* || 8—10 quod — *ἄμ. post* utilia *18. 26 colloc. Mu.* || quid *L* || 10 (*κλ.* — *ἄμ.*) *cf. 50. 14* || 12 in Cap. *Ald.* || delectum *Iun.* || 13 tenebronem || 16 truam *L*: trullam $B^{A}$ || 17—19 *cf. 503. 4* (*s. v.* fervit); *87. 11* (*s. v.* confutare); *249. 19*; *186. 26* (*s. v.* valentia) || 18 gub. — val. *om. codd. h. l.* || 19 magnus *L* || paulo *codd. h. l.* || 22 infirma *Bue.* || miser *Both.*: sera *Bue.* || 23 occlusa *Bue.* || 25 illa || lumbis *Me.*: tum vis || 27 cursavit: *corr. Iun.* (criss.)

Varro de Re Rustica (I, 52, 2): 'ut quod levissimum est in eo atque appellatur acus ac palea evannatur foras extra aream'.

VAFRVM est callidum et quasi valde Afrum et urbanum.

Pomponius Praecone Posteriore (139):

tergúm varium, linguám vafram.

M. Tullius de Republica lib. III (26): 'non sunt in disputando vafri, non veteratores, || non malitiosi'.

Afranius Divortio (47):

qui conére noctu clánculum
rus íre, dotem né repromittás vafer,
honéste ut latites ét nos ludas diútius.

PARTICVLONES dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant. Pomponius Praecone Posteriore (140):

áge modo, istic gárri; particulónes producám tibi.

CLEPERE est furari: tractum a κλοπῇ, verbo graeco.

Accius Epigonis (292):

eáque [ut] hoc causa, ut néquis nostra aúribus verbá cleperet.

Plautus Pseudolo (138):

rape, clepe, harpaga.

---

30 Vafr.—urb.; 4—5 Part.—sumant; 7 Clep.—gr.

---

28 I (lib. I) ut *edd.* || 29 ac palea *om. cod. Varr.* || evannuatur *cod. Varr.* || area || 34 afri *L* || 2 brusire: *corr. Gulielm.* || repromittat $F^3 B^A$: remittat *L*: *corr. Gulielm.*: retro mittas *Ribb.* || 3 non est *Mu.*: inhoneste *On.* || ludas $F^3$: laudas $L B^A$ || 6 stic || producantibus: *corr.* $\Sigma$ || 7 a clopee $F^3$: a clope $L^1$: a clopoe $B^A C^A$: a clopeo $D^A$ || v. g. *secl. Mu.* (clepere furari a graeco detortum clepse *index marg. in* $B^A$: depere furari a greco decorum clepse *gl.*) || 8 epigone: *corr. Me.*: Erigona *Mu. post Quich.* || 9 ut *del. Iun.*: ivi *Bue.*; *fort.* tu || aut neq. $B^A$ (*praec.* a) || ut néquis nostra vérba cleperet aúribus *Voss.* || 11 r. cl. tene h. *codd. Pl.*

M. Tullius de Republica lib. IV (3): 'non modo ut Spartae, «rápere ubi pueri et clépere discunt»'.

Pacuvius Hermiona (185):

sérmonem hic nostrum éx occulto clépsit, quantum intéllego.

Varro Octogesi (342):

séque ópifició nón probitér clépere . . .

CORPORARE est interficere et quasi corpus solum sine anima relinquere. Ennius Andromeda (101):

córpus contemplátur unde córporaret vúlnere.

Accius Stasiastis vel Tropaeo Liberi (604):

córporare abs térgo es ausus.

CIRCVS dicitur omnis ambitus vel goerus: cuius demminutivum est circulus. Accius Andromeda (100):

quot lúna circos ánnuo in cursu ínstitit.

MEDICINAM dicimus et venenum: tractum a Graecis, qui venenum φάρμακον appellant. Accius Phinidis (579):

sé venenis stérilem esse illius ópera et medicina aútumans.

CERNVVS dicitur proprie inclinatus, quasi quod || terram cernat. Lucilius Satyrarum lib. III (57):

cernuus extemplo plantas comvestit honestas.

Vergilius X lib. (894):

eiectoque incumbit cernuus armo.

---

18—19 Corp.—rel.; 23—24 Circ.—circulus; 29—1 Cern.—cern.

---

**12—13** *fort. post 15 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 83*) || **15** culto $L^1$ || clepit: *corr. Me.* || **16—17** *cf. 510. 28* (*s. v.* probiter) || **17** opifico *codd. h. l.*: opifice *codd. 510*: *corr. Popma* (*etiam* $H^1$ *ut vid.*) || **21** Liberi *Scriver.*: libro I || **25** circulos: *corr. Me.*: circlos *Osann.* (*male; cf. Class. Rev. VI, 87*) || curso || **26—27** tract.—ven. *om. L* || **28** venis: *corr. Bue.* || et *Me.*: st || **3—4** *cf. 300. 27.*

Lucilius Satyrarum lib. XXVII (34):

módo sursum, modó deorsum, támquam collus cérnui.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: ‘etiam pellis bubulas oleo perfusas percurrebant ibique cernuabant. a quo ille versus vetus est in carminibus:

«íbi pastores lúdos faciunt córiis Consuália.»’ (inc. versic. 2.)

STRICTVRAE dicuntur proprie scintillae quae de ferro ferventi eunt: quod aut stricte emittantur, id est celeriter, aut quod oculos sui fulgore perstringant. Vergilius lib. VIII (420):

stricturae Chalybum, et fornacibus ignis anhelat.

Lucilius Satyrarum lib. III (29):

crebrae ut scintillae in stricturis, quod genus olim
ferventi ferro.

QVIRITARE est clamare: tractum ab îs qui Quirites invocant. Lucilius Satyrarum lib. VI (16):

haec, inquam, rudet e rostris atque heiulitabit,
concursans veluti angarius clareque quiritans.

Nigidius Commentariis Grammaticis (58): ‘clamat, quiritatur’.

CARIES est vetustas vel putrilago: unde cariceum veteres dixerunt. Lucilius Satyrarum lib. VII (15):

ne auriculam obsidat caries ne vermiculique.

Turpilius Leucadia (104):

ei périi! viden ut ósculatur cáriem? num illum illaéc pudet?

---

11—13 Strict.—perstringant; 18—19 Quiritare—invoc.; 24—25 Car.—dix.

---

5—6 *cf. 200. 21* (*s. v.* collus, masc.) || **6** rursum $L^1$ || **8** perfusas *Ald.*: pertusas || **10** sibi (*praec.* s.) *L* || **13** oculis *L* || (suo *Bamb.*$^2$): vi (?) *Mu.* || praest. *edd.* || **13** (Vergil.)—**14** *cf. 524. 2. fort. secludend.* (*cf.* ‘*Non. Marc.*’ *p. 12*) || **22—23** cl. quiritatum: *corr. Turneb.*, *Scal.*: quiritat (*Oudendorp.*), clamat *Mu.* || **26** *fort.* vermiculi qui || **28** hei perii *Gulielm.*: ciperi || num hilum *Mu.*

Afranius Privigno (250):

nemo ílla vivit cárie curiósior.

virosae mulieres dicuntur virorum adpetentes vel luxuriosae. Lucilius Satyrarum lib. VII (18):

dixi. ad principium venio. vetulam atque virosam
uxorem caedam potius quam castrem egomet me.

Afranius Divortio (61):

vigiláns ac sollers, sícca, sana, sóbria, ||
virósa non sum; et sí sim, non desúnt mihi
qui ultró dent: aetas íntegra est, formaé satis.

capronae dicuntur comae quae ante frontem sunt, quasi a capite pronae. Lucilius Satyrarum lib. VII (VI, 18):

iactari caput atque comas fluitare capronas,
altas, frontibus inmissas, ut mos fuit illis.

cerebrosi dicuntur ad insaniam faciles, quibus frequenter cerebrum moveatur. Lucilius Satyrarum lib. XV (18):

te primum cum istis, insanum hominem et cerebrosum.

gliscit est congelascit et colligitur, vel crescit, vel ignescit. Turpilius Philopatro (191):

. . cum te sálvum video, ut vólui, gliscor gaúdio.

Accius Aeneadis (12):

† "disumma tibi perduellum est". "quorum aut quibus se
a partibus gliscunt?"

---

31—32 Vir.—lux.; 3—4 Capr.—pronae; 7—8 Cer.—mov.; 10—11 Glisc.—ign.

---

**30** nemo illa *$F^3 B^A$*: *om. L* || cari *L* || **1** sim *Stephan.*: sum || **4—5** lib. VII actari (*cf. Rhein. Mus. LVII, 203*) || fluitare *Iun.*: fruitare || **6** inmissas (imm.) *$F^3 B^A$*: missas *L* || **9** privum *Mu.* || **10** concalescit *Mu.* || **14** dice summa (*Ribb.*; d. *del. Both.*) ubi (*Grotius*) p. est? quosum (*On.*, *Both.*) aut q. se (*del. Gulielm.*) a p. | gliscunt? (*troch. vel iamb.*): *fort.* 'de summatibus p. est'. 'quorum?' *etc.* (*anap. vel. troch.*).

Pacuvius Periboea (294):

séd nescioquidnam ést: animus mi horréscit et gliscit gaúdium.

Sallustius Histor. lib. III (56): 'neque iam sustineri poterat inmensum aucto mari et vento gliscente'.

Vergilius lib. XII (9):

hau secus accenso gliscit violentia Turno.

M. Tullius in Hortensio (74): 'ad iuvenilem lubidinem copia voluptatum, gliscit illa, ut ignis oleo'.

Plautus Asinaria (912):

témpus est subdúcere hinc me: púlcre hoc gliscit proélium.

PROSTOMIS dicitur ferrum quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui inponitur, graece, *ἀπὸ τοῦ στόματος*. Lucilius Satyrarum lib. XV (17):

truleu' pro stomide huic ingens de naribu' pendet.

TRICONES, morosi et ad reddendum duri. Lucilius Satyrarum lib. XI (16):

Luciu' Cotta senex, Crassi pater huiu' Paceni,
magnu' fuit trico nummariu', solvere nulli
lentus;

id est, facilis.

SAGAE mulieres dicuntur feminae ad lubidinem || virorum indagatrices; unde et s a g a c e s canes dicuntur, ferarum vel animalium quaesitores. Lucilius Satyrarum lib. VII (6):

aetatem et faciem ut saga et bona conciliatrix.

---

24—26 Prost.— *στομ.*; 28 Tric.— duri; 1—3 Sag.— quaes.

---

**16** animus mi *On.*: animi || et *del. edd.* || s. néscio | Quíd nam est animi: et cór horr. ét congliscit gaú. *Skutsch.* (*Berl. Phil. Woch. 1897, p. 846*) || **24** Postomis: *correxi*: Stomis *Salmas.* || **27** postomide: *corr. Salmas.* || **29—32** *cf. 338. 10* (*s. v.* lentum, patiens, placidum) *fort. secludend.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 12*) || **30** Lucilius *L*: *om. B*[A] (*cum codd. 338*): *corr. Gulielm.* || paceni *codd. h. l.*: pacem (m *pro* ni) *codd. 338*: Paconi *Nettl.*: panaethi *Mu. post Iun.* || **33** id est fac. *del.* (?) *Mu.* || **1** feminarum *Quich.* || **2** et *om.* $L^1$.

23 M.

Turpilius Boethuntibus (8):

nón ago hoc per ságam pretio cónductam, ut vulgó solent.

LAPIT significat obdurefacit et lapidem facit. Pacuvius Periboea (276):

lapít cor cura, aerúmna corpus cónficit.

MOENES aput veteres dicebantur non a largitia, *quae* ignota erat, sed consentientes ad id quod amici velint.

Pacuvius Duloreste (160):

animum quae *tum* * * *

*Sallustius Iugurtae bello* (103, 6): '*nam etiam*tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur nisi pariter volens'. — Lucilius lib. XXVI (63):

múnifici comésque amicis nóstris videamúr viri.

PETVLANTIA dicta est a petendo. M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'itaque a petendo petulantia; a procando, id est poscendo, procacitas nominata est'.

PROCACITAS a procando vel poscendo: unde et proci dicti sunt matrimoniorum petitores. M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'a procando, id est poscendo, procacitas nominata est'. Terentius Hecyra (159):

malígna multo et mágí' procax facta ílico est.

---

7 Lap.—lap. facit; 16 Pet.—pet.; 19—20 Proc.—pet.

---

6 solunt $L^1$ || 9 non a *ed. a. 1476*: nonam (*pro* non á) || largitia $F^3$ (*cum* $G^1$): largiatia *L* $B^A$ || **10** ign. erat: *del. Me.*: quae ign. erat *ed. a. 1476* || id quae x (*sic*) *L*: id quae $B^A$: *corr. Nettl.*: ea quae *edd. Credo illud* quae *e priore versu omissum in hunc e margine irrepsisse* || **11** tum *supplevi* || **12** *suppl. Me.* || **13** neme *L* || **14** pariter *Sall.*: rariter || **16—18** *cf. v. 20* || **18** procando *Bentin.*: precando $F^3$ $B^A$: petendo *L* $C^A$ $D^A$ (Procacitas a precando *index marg. in* $B^A$) || **19** a precando (praec.) || **21—22** *cf. v. 16* || **21** a precando (praec.) || *post* nom. est *stant verba* procacitas a praecando (prec.) *quae in marg. archetypi stetisse videntur.*

Livius Aegistho (13):

quin, quód parere vos *mihi* maiestás mea
procát, toleratis témploque hanc dedúcitis?

CALENDARVM vocabulum proprium Varro conplexus est de Vita Populi Romani lib. I: 'itaque calendis calabantur, id est vocabantur; et ab eo calendae appellatae, quod est tractum a Graecis, qui καλεῖν vocare dixerunt'.

CONSVLVM et PRAETORVM proprietas, quod consulant et praeeant populis, auctoritate Varronis ostenditur, de Vita Populi Romani lib. II: 'quod idem dicebantur consules et praetores; quod praeirent populo, praetores; quod consulerent senatui, consules'.

IGNOMINIA est nominis nota. M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'censoris iudicium nihil fere damnato obfert nisi ruborem. itaque, ut omnis ea iudicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est'. Lucilius lib. XXIX (21):

Apóllost numen, quí te antiquis nón sinet
delíciis maculam atque ígnominiam inpónere.

FIDEI proprietatem exemplo manifestavit M. Tullius de Republica lib. IV (7): 'fides enim nomen ipsum mihi videtur habere, cum fit quod dicitur'.

PORTITORES dicuntur telonearii, qui portum obsidentes omnia sciscitantur, ut ex eo vectigal accipiant. M. Tullius de Republica lib. IV (7): 'nolo enim eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum. optimum autem

---

27—1 Cal.— auct.; 5 Ign.— nota; 11 Fid.— man.; 14—15 Port.— acc.

---

25 mihi *add. Ribb.* || 28—29 calebantur $D^A$ || 2 quod *del. Mu.* || 4 senatum *Popma* (*cf. Varro. L. L. V, 80* consul nominatus qui consuleret populum et senatum) || 6—7 ferre d. obferent $L^1$: ferre d. (*om.* obf.) $B^A$: *corr. Scal. MS* || 9 apolost nomen || 11 exemplum $L\ C^A\ D^A$: exemplo $B^A$ || 15 sciscitentur *L*: scitentur (ci.) *corr.* sciscitentur $B^A$ *ut vid.* || et ex eo: (*corr.* $F^2$).

et in privatis familiis et in republica vectigal duco esse parsimoniam'. — Plautus Menaechmis (117):

portitorem domum duxi: ita mihi
necesse est eloqui, quidquid egi atque ago.

M. Tullius de Officiis *I* (150): 'primum inprobantur ii quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum'. — Terentius Phormione (149):

sed epístulam ab eo adlátam esse audiví modo
et ad pórtitores ésse delatam.

Plautus Asinaria (159):

égo pol istum pórtitorem prívabo portório.

Vergilius lib. VI (326):

portitor ille Charon.

Varro Mysteriis (329): 'aes defraudasse || coponem, bovam luto oblevisse, cum portitore serram duxe'.

SEDITIONIS proprietas a M. Tullio manifestata est in lib. de Republica VI (1): 'eaque dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur'.

HAMIOTAS, piscatores, ab hamis Varro Bimarco voluit appellari (55):

chortís cocorum atque hámiotarum aúcupumque . .

VALGVM est proprie intortum. Novius Militibus Pometinensibus (60):

. valgus, veternósus, genibus mágnis, talis túrgidis.

VATAX et VARICOSVS, pedibus vitiosis. Lucilius lib. XXVIII (54):

---

3 Sed. propr.; 6 Ham.—ham.; 8 Valg.—int.; 10 Vat.—vit.

---

19 dixit ita || 21 I *addidi* (*seq.* primum): *fort.* lib. I *vel* primo libro || 25 portitorem || 2 obbam *Cuiac.*: buam *Nettl.* || obplevisse *Mu.* || cum *Gronov.*: tum || 4 dissensio *Serv. Danielis ad Aen. I, 149*: dissensione || 5 ab aliis *Clericus* || 7 cohó. tot coc. *On.* || 9 ventriosus *Buc.* || 10 Vatrax et vatricosus || (vitiosus *Lugd. Bamb.*[2]).

ut si progeniem antiquam, qua est Maximu' Quintus,
qua varicosu', vatax.

CATAX dicitur quem nunc coxonem vocant. Lucilius Satyrarum lib. II (18):

Hostiliu' contra
pestem permitiemque catax quam et Maniu' nobis.

SILONES superciliis prominentibus dicti, significatione manifesta. Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (207):

nónne nanum scríbunt esse, grándibus supércilîs,
sílonem, quadrátum?

quod Silenus hirsutis superciliis fingeretur.

BRONCI sunt producto ore et dentibus prominentibus. Lucilius Satyrarum lib. III (8):

broncu' Bovillanus dente adverso eminulo hic est,
rinoceros.

COMPERNES dicuntur longis pedibus. Lucilius Satyrarum lib. XVII (1):

num censes *καλλιπλόκαμον, καλλίσφυρον* illam ||
non licitum esse uterum atque etiam inguina tangere mammis?
conpernem aut varam fuisse Amphitryonis *ἄκοιτιν*
Alcmenam, atque alias? Ledam ipsam denique nolo
dicere: tute vide atque disyllabon elige quodvis.

---

13 Cat.—voc.; 17—18 Sil.—man.; 22 Bronci—prom.; 26 Comp.—ped.

---

**12** vacax qua var. vatax: vacax *del. edd.* || **13** caxonem $C^A$ $D^A$ || **15** hostilibus: *corr. Gerlach., Mu. ad loc. Lucil.*: hostibimus *Palmer. Hermath. XXII, 406* || **16** *cf. 218. 32* (*s. v.* permities) || Manlius *codd. utrobique*: *corr. Mu. ad loc. Lucil.* || **19** nanum *On.*: non unum || **22** Pronci $C^A$ $D^A$ || **24** Bovillanus *Turneb.*: novit lanus || hoc est *Fr. Dousa* || **26** Comperni $C^A$ (-nis *Lugd. cum* $L^1$) $D^A$ || **27** XVII *L* (*cum codd. 26. 7*): XVI $B^A$ || **28** num c. *Scal.*: nunc c. || ullam *Scal.* || **1** atque *Iun.*: aquae || **2** *cf. v. 8* || **3** Ledam *edd.*: lenam $F^3$ $B^A$: menam $L^1$: Heram *On.*

26 M.

*Τυρὼ* eupatereiam aliquam rem insignem habuisse,
verrucam, naevum dictum, dentem eminulum unum?

VARI dicuntur obtortis plantis. Lucilius Satyrarum lib. XVII (5):

conpernem aut varam fuisse Amphitryonis *ἄκοιτιν*?

nam et varices inde dicuntur venae in suris inflexae vel obtortae. Varro epistula ad Varronem: 'nam si tuam redam non habuissem, haberem varices'.

LINGVLACAE dicuntur verbosi. Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (381): 'quare residit. lingulacae, optrectatores tui, iam nunc murmurantes dicunt:

*«μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μειμήσεται.»*'

RABVLAE, litigiosi: a rabie dicti. Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (379): 'ille ales gallus, qui suscitabat aetherearum Musarum scriptores? an hic qui gregem rabularum?'

EBVLLIRE est ecfervescere: a bullis dictum. Cicero Tusculanarum lib. III (42): 'qui si virtutis ebullire volent et sapientias, nihil aliud dicent nisi eam vim qua efficiantur eae voluptates, quas supra dixi.'

RAPONES a rapiendo dicti. Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (378): 'praetor vester eripuit mihi pecuniam. de ea questum ad annum veniam ad novum magistratum, cum hic rapo umbram quoque spei devorasset?' ||

---

7 Vari — plantis; 12 Ling. — verbosi; 16 Rabulae — dicti; 19 Eb. — dic.; 23 Rap. — dic.

---

5 *Τυρὼ Iun.*: *ρυν*: *Κούρην Marx* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*) || **6** nevum $F^3$ $B^A$: ne unum *L* || pictum *Iun.* || eminalum *L* || 8 *cf. v. 2* || **10—11** *cf. 167. 20* (*s. v.* reda) || quodsi t. heri r. *codd. 167* || **10** ad Neronem *Popma* || **11** var. hab. *codd. 167* || **13** resides *Me.*: sedati (?) *Bue.* || **17** ales $F^3$ $B^A$: ale *L* || **17—18** aitharum: *corr. On.*: Atticarum *Popma* || **18** qui *Popma*: quia || **19** dicere *L* || **21—22** viam qua efficiantur eae *codd. Cic.*: vim quae fiant ureae (ureae $L^1$, ūrae $B^A$: ūrae hae $F^3$) || **25** de eo *Quich.* || **26** devorassit (?) *Vahlen.*

STRABONES sunt strambi quos nunc dicimus. Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν (176): 'multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti: habet quiddam enim ἑλκυστικὸν provincialis formonsula uxor.' — Lucilius lib. XXVII (8):

núlli me invidére, non strabónem fieri saépius
déliciis me istórum.

EXTERMINATVM est praeter terminos missum. Lucilius lib. XXIX (73):

neí rediret ád se atque illam extérminaret míseriam.

M. Tullius de Officiis lib. III (32): 'atque hoc omne genus pestiferum atque inpium ex hominum communitate exterminandum est'.

EXODIVM est finis: a graeco tractum, quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ, id est extra viam. Varro Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν (99): 'Socrates cum in vinculis publicis esset et iam bibisset κώνειον, in exodio vitae'. — idem Ἕως Πότε, περὶ ὡρῶν (174): 'vitae cursum ut cognoscere possem et quae servitutis et libertatis ab origine ad exodium adducta'. — [e]idem Ταφῇ Μενίππου (520): 'quod coeperas modo in via narrare, ut ad exodium ducas'.

PVTVS est dictus a putando. Plautus Pseudolo (989):

púrus putus est ípsus.

Varro Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν (98):

mea igitur hécatombe pura ác puta.

---

1 Strab.—dic.; 7 Ext.—miss.; 12—13 Exodium—viam; 19 Potus—potando.

---

2 flaxabulis || 7 (Exterminari quasi praeter terminos minari *index marg. in* $B^A$) || 9 ni *L*: ne $B^A$ (n̄, *i. e.* non, *G*) || utque (?) *Mu.* || exterminare: *corr. ed. princ.* || miseram: *corr.* *Σ*: miserulam (?) *Guietus* || 15 in exodium *L* || 17 et quae] aeque *Oehler.* || 18 adducta. eidem $F^3$: adductae. idem *rell.* || (narra *G*): narrare, enarra *On. post Quich.* || quod coéperas modo ín etc. *Koch. exercit. crit. Bonnae 1851 ed. p. 31* || 19 Potus $L\,C^A\,D^A$: Putus $F^3\,B^A$: Purus Pu. *Havet* || potando $L^1\,C^A\,D^A$ || 22 hac *L.*

idem Prometheo (432): ‘Chrysosandalos locat sibi amiculam de lacte et cera Tarentina, quam apes Milesiae coegerint ex omnibus floribus libantes, sine osse et nervis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam’. nam et rationes ea causa putari dictae sunt, quotiens ex his fraudis aut falsi aut mendacii aut iniqui aliquid separatur. et ipsum namque, dubitantes cum dicimus puto, significamus nos in rebus incertis et || obscuris falsis opinionibus nos fieri ambiguosos.

COMPEDES non a pedibus dictae, sed ab inpedimento.

Varro Prometheo Libero (423):

ego infelix nón queam
vim própulsare atque ínimicum Orco inmíttere?
nequeíquam saepe aerátas manuis cónpedes
conór revellere.

idem Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν (180): ‘domo exeo, intro, et pedes corrigiis conpedio’. — idem Parmenone (385):

lepúsculi timéntis hoc quadrángulum
dedít Diana réte nexile, árcyas,
viscúm fugai líneamque cómpedam.

idem Sesqueulixe (473): ‘quocumque ire vellemus, obvius flare. ubi corpori aerinas conpedes inpositas video’.

---

2 Comp.—imp.

---

23 locat $F^3 B^A$: vocat *L* || 24 tarentina $F^3 B^A$: tarentin *L*: Terentina *On.* || Galesiae *Roeper.* || 26 puram *edd.*: curam || 1 nos *del. Iun.* || 2 dictet $L^1$: dicta $C^A D^A$ || 5 inm. *om. L* || 6 nequemquam s. a. manus: *corr. Lachm. in Lucr. p. 141* || 8 domum ex eo *Mu.* || 9—12 *cf. 451. 21* (*s. v.* viscum pro rete) || 10 timentes *codd. h. l.* || 11 *fort.* Dianai (*trisyllab., ut semper in dat. casu*) || archias *codd. h. l.*: ata (ara, bra) *codd. 451* || 12 fugam *codd. h. l.*: fuge *codd. 451*: *corr. Me.* || 13 ulixe quocumque *om. L* || quocumque $F^3$: quocum $B^A$ || 14 aerias *Oehler.*

FVLGORA dicuntur coruscationes: a fulgore. Varro περὶ κεραυνοῦ (412): ‘cognitio enim trium, fulgetrae, tonitrûm, fulguris, a fulmine orta’.

COAGVLVM a coagendo, quod est colligendo. Varro Est Modus Matulae, περὶ μέθης (111):

vinó nihil iucúndius quisquám bibit:
hoc aégritudinem ád medendam invénerunt,
hoc hílaritatis dúlce seminárium,
hoc cóntinet coágulum convívia.

MVLIEROSI dicti mulierum adpetentes. Afranius Vopisco (371):

homo múlierosus cónfert me ílico alio . .

FLAGRIONES dicti servi, quod flagris subiecti sint, ut verberones a verberibus. Afranius Vopisco (391):

tu flagrionibus *privigno* * * *

*EDVLIA* . . *Afranius* Privigno (258):

iucúnditatis plús inest in té mihi
quam cónmercatis cónquisitae edúlibus.

MERENDA dicitur cibus post meridiem qui datur.

Afranius Fratriis (183):

ínterim meréndam occurro ‖ ad cénam. cum vení, iuvat.

---

15 Fulg.—fulg.; 18 Coag.—coll.; 24 Mul.—adp.; 26—27 Flagr.—verberibus; 32 Mer.—datur.

---

**16** fulgetrae *Me.*: fulget et (*seq.* t) ‖ **17** *vel* tonitruum: tonitrui *Me.* (*melius*—truis) ‖ **18** est *om.* $L^{1}C^{A}D^{A}$ ‖ colligando *On.*, *sed cf. Thesaur. Glossarum*, (*Corp. Gloss. Lat. VI*) *ed. Goetz.* (*s. v.* cogo) ‖ **19—20** μέθης, vino *Iun.*: *MCOH* cui non *L*: *MCH* cui non $B^{A}$ ‖ vivit: *corr. Iun.* ‖ **25** c. al. me il. *Quich.*: al. c. me il. *Both.*: conferet me (*vel* se) al. il. *Ribb.*: | confércit se il. al. *Leo Anal. Pl. II, 8* ‖ **28** privigno *addidi* ‖ **29** Ed. *add. Me.*, Afran. *Iun.* ‖ **30** iugum ditatis *L* ‖ **31** quam in c. $Ribb.^{1}$ ‖ conquisite *Ribb.* ‖ **34** merendae *On.*: ad mer. *Mu.* ‖ accurro *Lips.* ‖ ad cenam *om. L.*

PEDETEMTIM et PEDEPRESSIM dictum est caute, quasi lenta et tarda itione. M. Tullius de Officiis lib. I (120): 'sin minus, sensim erit pedetemtimque faciendum'.

Lucilius lib. XXVII (35):

ílle contra omnia ínter plures, sénsim et pedetemtím foris,
néquem laedat.

Quadrigarius Annalibus (92): 'exercitu instructo pedetemtim milites ducere coepit'. — Caelius Annali VI (57): 'ipse cum cetera copia pedetemtim sequitur'.

CALCES a calcando, quod est nitendo, dictae sunt, non a calcitrando; nam et de omnibus pedibus et de hominum et universorum animantium dici potest. nam sunt calces extrema pars pedum, terrae proxima. Vergilius lib. V (324):

ecce volat calcemque terit iam calce Diores.

idem sexto libro (X. 892):

tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras
verberat.

SVBLIGACLVM est quo pudendae partes corporis teguntur: dictum quod subtus ligetur. M. Tullius de Officiis lib. I (129): 'scenicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, ut in scenam sine subligaclo prodeat nemo'.

MEDIOCRITATEM medium dici voluit M. Tullius de Officiis lib. I (130): 'eadem ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est'.

---

1—2 Pedet.—it.; 9—12 Calc.—prox.; 17—18 Subl.—lig.; 21 Med.—vol.

---

**3** -da *Cic.* || **4** p. it (*add. Mu.*) foras (*Bouterwek.*) || **7—8** Annal. VI *Spengel.*: a navi: Annalium * * * *Mu.* || **9** dicta est *Mu.* || **10** et hom. *Mu.* || **11** (nam) — **16** *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 13*) || **12—13** *cf. 415. 2; 257. 50* || **13** volans *codd. h. l.* || diorus $F^{3}$ || **15** (t. s. a. q.) *cf. 406. 34* || **18** lib. I *om. L* (scen. *pro* iscen., *i. e.* I scen.) || **19** tantum *L* || **20** in sc. $B^{A}$: sc. (*pro* isc.) *L* || **21** Mediocritas medium dici: *corr. Quich.*: (Mediocritas medium est. sic dici $F^{1}$, *non* $F^{3}$) || **22** potio e. h. vestibus.

Lucilius lib. XXVII (37):

paúlo hoc melius quám mediocre; hoc mínu' malum quam
ut péssumum.

Terentius Andria (59):

et tamen ómnia haec medíocriter.

Cicero Tusculanarum lib. III (74): 'at hae mihi adferentur mediocritates. quae si naturales sunt, quid opus est consolatione? ||

MODESTIAM a modo dictam M. Tullius auctor est de Officiis lib. I (142): 'non hanc quam interpretamur modestiam; quo in verbo modus inest'.

ANTES sunt quadraturae: unde et antae dictae sunt quadrae columnae. Vergilius Georgicorum lib. II (417):

iam canit effectos extremus vinitor antes.

CAMERVM, obtortum: unde et camerae, tecta in curvitatem formata. Vergilius Georgicorum lib. III (55):

et cameris hirtae sub cornibus aures.

INMVNE dicitur sine officio, sine munere. Vergilius Georgicorum lib. IV (244):

inmunisque sedens aliena ad pabula fucus.

M. Tullius Philippicarum lib. I (3): 'num immunitates datae?'

DIRVM est triste, infestum, et quasi deorum ira missum.

---

1 Mod.—dic.; 4—5 Ant.—col.; 7—8 Camerum—formata; 10 Inm.—mun.; 14 Dir.—inmissum.

---

**24** homelius *L* || ut *del. Mu.* || pessimum *ed. princ.*: opes summum || **25—26** A. et t. $F^3$ (*cum codd. Ter.*): Andrias et t. *L*: Andria sed t. *BA* || **2** nam hanc *L* || **3** in vero || **10—13** *fort. post v. 21 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 13*) || **14** est quasi *L* || d. inmissum (imm.): *corr. index marg. in BA et gl.* (ī *scriptum esse credo pro* ira *in archetypo*).

Vergilius Georgicorum lib. III (468):

priusquam
dira per incautum serpant contagia vulgus.

et Aeneidos lib. IV (473):

ultricesque sedent in limine Dirae.

M. Tullius de Senectute (65): 'intellegi potest ex his fratribus, qui in Adelphis sunt. quanta in altero diritas, in altero comitas!'

EXORDIVM est initium: unde et vestis o r d i r i dicitur, cum instituitur detexenda. Vergilius Aeneidos lib. IV (283):

quonam reginam ambire furentem
audeat adfatu? quae prima exordia sumat?

M. Tullius in Hortensio (28): 'perge, quaeso; nec enim imperite exorsus es'. — Lucilius lib. XXIX (81):

vérum tristis cóntorto aliquo ex Pácuviano exórdio.

Cicero Timaeo (2): 'difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium'. — Varro *Ὄνος λύρας* (354):

qui fábularum cónlocant exórdia.

INOPS dicitur sine ope et auxilio. Vergilius lib. VIII (100):

res inopis Euandrus habebat.

et Georgicorum || lib. I (186):

atque inopi metuens formica senectae.

---

22—23 Ex.—detex.; 32 Inops—aux.

---

**19** cultricesque *L* || lumine *L* || **21—22** (in a. d.) *cf. 100. 22* || **23** intexuitur *ut vid.* $C^A$ (intexuitur *Bamb.*, investuitur *Lugd.*, intexetur *Paris. 7666* || **23—25** (adf.) *cf. 242. 15* || **27** imperate *L* || **28** virum: *corr. Me.*: utrum *Iun.* || **29** diff. $F^3$ $H^3$: dit ficillimum $L^1$: dicit facillimum $B^A$ || **32—2** lib. VIII et georg. lib. I a. i. m. f. senectutem lib. VIII r. i. e. h. $L^1$ || *fort. 1—2 secludend.*

Terentius Adelphis (155):

ferte mísero atque innocénti auxilium;
súbvenite inopi.

M. Tullius de Officiis lib. II (69): 'nimirum enim inops ille, [et]si bonus est vir, etiamsi referre gratiam non potest, habere certe potest'.

DEFRVDARE significat fructum minuere vel per fraudem aliquid exquirere. Terentius in Phormione (44):

suúm defraudans génium conpersít miser.

Plautus in Asinaria (94):

ten égo defraudem, cuí ipsi nil est ín manu,
nisi quíd tu porro uxórem defraudáveris?

SVDVM dictum est quasi semiudum, ut est aer post pluvias serenus et liquidus. Vergilius lib. VIII (528):

arma inter nubes caeli regione serena
per sudum rutilare vident.

Plautus Milite (2):

quam solis radii olim, cum sudumst, solent.

Lucilius lib. XXIX (102):

nec ventorum flamina flando suda secundent.

INRITARE dictum est proprie provocare: tractum a canibus, qui cum provocantur inriunt. Lucilius Satyrarum lib. I (32):

inritata canes quam homo quam planiu' dicit.

---

9—10 Defr.—exq.; 15—16 Sud.—liq.; 23—24 Irr.—inriunt.

---

5 subveniente *L* || 6 III: (*corr.* $H^3$ *mg.*?) || 7 et *om. Cic.* || 9—14 *post v. 22 collocand. videntur* || 10—11 *cf.* *117. 24*; *525. 5* || 11 conpersit *codd. 525*: confersit *L*: conspersit $B^A$ (*cum codd. 117*): consparsit $H^3$ || 12—13 in As. ten ego *om. L* || 13 defraude || 14 tum (*pro* tú) || 15 sine udo *Guietus* || 20 quam *Pl.*: cum radit *L* || r. esse o. *Pl.* || sol et || 22 *vel anapaest.* || 23 Irr. *edd.* (*cum* $B^A$) || provocate $L^1$ || 24 irr. *edd.* (*cum* $B^A$): inruunt $D^A$ || 25 canes *Charis. 100; 118*: cane.

Terentius Phormione (932):

. . . . inríto.

Vergilius lib. X (644):

irritatque virum telis et voce lacessit.

Sallustius Historiae lib. I (67): 'tunc vero Etrusci cum ceteris eiusdem causae, ducem se nactos rati, maximo gaudio bellum inritare'. Lucilius lib. XXVIII (19):

Lucíli, si in amóre inritarít suo.

Plautus Amphitryone (707):

irritabis crabrones.

Varro Sesqueulixe (460):

omnes irritans ventos omnesque procellas.

ABLEGARE est proprie alio mittere: dictum || a legatis, qui cum legationibus mittuntur. Terentius Hecyra (414):

aliquó mihi
est áblegandus, dúm parit Philúmena.

ARCANVM dicitur secretum vel absconditum, quod quae in arcis sunt celata sunt et abscondita. Vergilius Aeneidos lib. IV (421):

solam nam perfidus ille
te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

et Aeneidos lib. I (262):

longius et volvens fatorum arcana movebo.

TORMINES, genus morbi, dicti quod dolore torqueat. Cicero Tusculanarum lib. II (45): 'quamvis idem forti-

---

1—2 Ablegare—mittuntur; 5—6 Arcanum—abscondita; 11 Torm.—torq.

---

27 -tor *Ter.* || **30** Etrusci *Me.*: et posci || **31** ceteri: (*corr.* $P^1$) || nactus: *corr. Me.* || **32** lib. *om. L* || **33** inritaris tuo *Mu.* || **4** est | hinc abl. *codd. Ter.* || **6** caelato $L^1$ || sint et *Quich.* || **6—8** (col.) *cf. 250. 26* || **8** te collet ego lere arc. $L^1$ || **9** Aen. *secl. Mu.* || **11** Tormina *Quich.* || torqueant $B^A$.

culum se in torminibus et in stranguria sua praebeat'. — et IV (27): 'itaque dicimus gravidinosos quosdam, torminosos'.

MONVMENTI proprietatem a monendo M. Tullius exprimendam putavit ad Caesarem Epistula II (7): 'sed ego, quae monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor. ad memoriam magis spectare debet posteritatis quam ad praesentis temporis gratiam'. Vergilius lib. V (571):

quem candida Dido
esse sui dederat monumentum et pignus amoris.

RIVALES dicti sunt quasi in unum amorem derivantes. Terentius in Eunucho (353):

milés Thraso,
Phaédriae rivális.

GESTIRE significat laetum esse: dictum a gesticulis facilioribus. Terentius Eunucho (558):

Chaérea, quid est quód sic gestis? aút quid hic sibi vestítus quaerit?

Vergilius Georgicorum lib. I (387):

et studio incassum videas gestire lavandi.

INVOLARE est inruere, insilire: aut a volatu aut a vola, id est media manu, dictum. Terentius Eunucho (648):

ut ego únguibus facile ílli in oculos ínvolem . . . ||

Lucilius lib. XXX (101):

inde canino ricto oculisque
involem.

---

15 Mon.—mon.; 22 Riv.—diriv.; 26—27 Gest.—facil.; 31—32 Inv.—dic.

---

**13—14** *cf. 115. 16* || **14** quosdam, quosdam *edd.* || terminosos $L^1$ || **16** Epistularum *Mu.* || **21** esse viderat *L* || **27** agilioribus (?) *Mu.* || **28** quidve (quid *vel* aut quid) sibi hic *codd. Ter.* || **29—30** *cf. 317. 9* || **2** rito: ritu *ed. princ.*

33 M.

PROPINARE a graeco tractum est: post potum tradere. Terentius Eunucho (1087):

hunc vobis comedendum [et bibendum] et deridendum propino.

Ennius Satyrarum lib. III (7):

Enní poeta, sálve, qui mortálibus
versús propinas flámmeos medúllitus.

PEDETEMTIM dicitur caute. Cicero in Verrinis actione I (18): 'quae tamen a me pedetemtim cauteque dicentur'.

INSVLSVM, proprie fatuum, quasi sine sale. M. Tullius ad Caesarem iuniorem Epistola II (fr. 17): 'sed ita locutus insulse est, ut mirum senatus convicium exceperit'. — et de Oratore lib. II (217): 'ut nihil aliud eorum quam ipsa insulsitas rideatur'.

IGNAVVM est SEGNE, torpidum, feriatum et sine igni. Vergilius Georgicorum lib. IV (168):

ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

et Georgicorum lib. III (42):

en age, segnis
rumpe moras.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem II lib. (fr. 18): 'in quo tua me provocavit oratio, mea consecuta est segnis'. — et de Senectute (36): 'quae vitia sunt non senectutis, sed incertae, ignavae, somniculosae senectutis'.

---

4 Prop.—trad.; 12 Ins.—sale; 16 Ignavum—igni.

---

**4** (Propinare de graeco tractum potandum dare *index marg. in* $B^A$) || **6** hú. c. et dér. vób. prop. (*om.* et bib.) *codd. Ter. praeter Bemb. qui habet* h. c. v. p. et diridendum: hú. c. et débibendum vób. prop. *Nettl.* || **7—9** *cf. 139. 15* (*s. v.* medullitus) || **8** ennio eta selve *codd. h. l.* || **10—11** *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 13*) || **10** *null. lemm.* $L^1$ || II || **13** Epistolarum *Quich.* || **15** aliud deorum *L* || **16** Ign. et Seg. *Iun.* || **18** *cf. 460. 6* || **19—21** *cf. 386. 38* || **19** IIII *codd. h. l.* || Georg. *secl. Mu.* || **23** provocabit || **25** sed inertis, ign. *codd. Cic.*

CALAMITOSVM dicitur malis et calamitatibus praegravatum. M. Tullius in Verrinarum Divinatione (70): 'et honoris amplissimi puto esse et accusare inprobos et miseros calamitososque defendere'.

SERIVM, triste et quasi sine risu. [M.] Afranius Privigno (253):

non égo te novi trístem, saevum, sérium?

Plautus Amphitryone (855):

núnc quidem praetér nos || nemo est: díc mihi verum sério.

INTERPOLARE est inmittere et interponere et novam formam e vetere fingere. M. Tullius in Verrem actione II (I, 158): 'aliquid demendo, mutando, interpolando'. — et est tractum ab arte fullonia, qui poliendo diligenter vetera quaeque quasi in novam speciem mutant. Plautus Amphitryone (317):

íllic homo me intérpolabit meúmque os finget dénuo.

EVERRICVLVM genus est retis piscatorii: a verrendo dictum, vel quod trahatur vel quod, siquid fuerit piscium nactum, everrat. ad hoc M. Tullius Verrinarum lib. V, de Signis (IV, 53): 'quod umquam, iudices, huiuscemodi everriculum ulla in provincia fuit?'

DIVARICARI dictum est distendi: dictum ab his qui vitio naturae ita sunt pedibus discretis, ut eos in diversum habeant separatos. M. Tullius de Signis (Verr. II,

---

26 Cal.—praegr.; 29 Ser.—risu; 1—2 Interp.—fing.; 8—10 Everr.—ad hoc; 12—13 Div.—separatos.

---

**26** calamitalibus *L* || **29** M. (*praec.* risu) *del. Quich.* || **30** saevum *Stevech.*: servum || **1** est intermittere $B^A$ || **2** evertere $B^A$ || **4** fullonum *Quich.* || **7** illic *Pl.*: illuc || **8** piscatorium: *corr. Ald.* || **9** vel siquod f. (*om.* quod) $C^A D^A$ || **10** nactum *edd.*: natum || ab *Mu.* || **11** iudices *Cic.*: iudex || **12** dict. *alt. secl. Mu.* || ab his] *fort.* a varis || vitium $L\, C^A D^A$: vitio $B^A$.

iv, 86): 'Sopatrum, hominem summum, domi nobilem, summo magistratu praeditum, divaricari ac deligari iubet'.

VACCILLARE est trepidare vel cum lassitudine niti: a senibus, qui sint aevo defessi atque ad sustinendam lassitudinem baculo tarditatem levent. M. Tullius Philippicarum lib. III (31): 'in Galliam mutilatum ducit exercitum, cum una legione et ea vaccillante'.

PRAESTRINGERE dictum est non valde stringere et perlaudare. Plautus in Milite Glorioso (4):

praestríngat oculorum áciem in acie hóstibus.

Lucilius lib. XXX (102):

praestringat oculorum aciem splendore micanti.

M. Tullius de Senectute (42): 'voluptas rationi || inimica est, mentis, ut ita dicam, praestringit oculos nec habet ullum cum virtute conmercium'. — Varro Andabatis (30): 'non mirum si caecutis; aurum enim non minus praestringit oculos quam ὁ πολὺς ἄκρατος'. — Cicero [de Fato et] de Finibus Bonorum et Malorum lib. IV (37): 'aciem animorum nostrorum virtutis splendore praestringitis'.

ANGINA, genus morbi, eo quod angat; et graece *συνάγχη* appellatur. Lucilius lib. XXX (38):

insperato abiit; quem una angina sustulit hora.

---

16—18 Vac.—levent; 20—21 Praestringere—et plaudere; 7—8 Ang.—app.

---

**14—15** hom. summum d. n. mag. *ut vid. F*[3]: hom. summum mag. *L* (*om.* d. n. summo): hom. cum domi nob. tum summo mag. *codd. Cic.* || summum *secl. Mu.* || delicari *L* || **17** ad *om.* (*add. F*[2] *Paris. 7666*) || **20—21** et laudere *L*[1]: et plaudere *C*[A] *D*[A]: et claudere *B*[A]: et plaudare (*cum L mg.*) *an* et perlaudare (et laudare *F*[1]) *incert. F*[3]: eludere *Mu.* || **21—22** *cf. 373. 36* || **22** ac. in aciem *L* || **24** ac. in acie hostibus spl.: *corr. Dousa pater*: oc.—host. *secl. Mu.* || in spl. *L* (*pro* ispl.) || **1** prestringat *L* || **4** ὁ *om. L* || *ανκρατος*: *corr. Turneb.* || **5** de Fato et (*pro* de Fi. Bo. et) *seclusi*: de Fato * * * et *edd.* || **6** II || **7** synancea (-tea, sin-) (*seq.* a).

ARQVATVS morbus dictus, qui regius dicitur, quod arcus sit concolor, de virore vel quod ita stringat corpora ut in arcum ducat. quod *nos* * * * *Lucilius lib. XXX* (39):

nos esse arquatos. surgamus, eamus, agamus!

Varro Eumenidibus (148): 'nam ut arquatis et lutea quae non sunt et quae sunt lutea videntur; sic insanis sani et furiosi videntur esse insani'.

PRIVVM est proprium uniuscuiusque; unde et res privata. Lucilius lib. XXX (41):

culcitulae accedunt privae centonibu' binis.

idem (I, 34):

abdomina tunni
. . . . priva dabo.

NVGATOR, nugis turbator. Lucilius lib. XXX (103):

quam me hoc tempore, nugator, cognoscere non vis.

FORAMINA quasi dimminutive a foribus dicta. Cicero Tusculanarum lib. I (47): 'nam nunc quidem, quamquam foramina illa, quae patent ad animos a corpore, callidissimo artificio natura fabricatur'.

DISCERNICVLVM, acus quae capillos mulierum ante frontem dividit: dicta a discernendo. Lucilius lib. XXX (58):

euplocamo digitis discerniculumque capillo.

FRATRVM proprietatem Nigidius acutissime || dixit (50): 'frater est', inquit, 'dictus quasi fere alter'.

---

10—13 Arq.—agamus; 17—18 Priv.—priv.; 23 Nug.—turb.; 25 For.—dic.; 29—30 Disc.—disc.; 32—2 Fratr.—subpo.

---

**12** quod nos *On.*: quod *del. Iun.* || Lucil. lib. XXX *add. Kettner. observ. crit. p. 16* || **14—16** *cf. 549. 22* (*s. v.* luteus) || nám ut a. ét q. n. s. lú. et q. sú. v. etc. *Housman* (*Class. Rev. XVI, 255*) || **14—15** et lutea quae *codd. 549*: et uterque *codd. h. l.*: l. quae (*om.* et) *Bue.* || **15** et quae $F^3 B^A$: quae *L* || **19** culcituae *L* || accendunt: (*corr. G*) || **20—22** *cf. 159. 29* || **22** advenientibus p. d. *codd. 159* || **23** Nug. nugitur luc. $L^1$ || **25—28** *fort. post 66. 14 collocand.* (*vid.* '*Non. Marc.*' *p. 13*) || **27** animum *Cic.* || **28** (fabricata est $L^3$ *cum codd. Cic.*) || **30** dictum *ed. a. 1476.*

36 M.

SVBPLANTARE dictum est pedem subponere. Lucilius lib. XXIX (50):

subplantare aiunt Graeci.

M. Tullius de Officiis lib. III (42): ‘contendere debet, quam maxume possit, ut vincat; subplantare eum quicum certet aut manu pellere nullo modo debet’.

CONIVGARE, copulare: dictum est a iugo. Lucilius lib. XXIX (25):

. quám mihi quantum est ínter humanúm genus
rerúmque inter se cóniugat, commúnicat!

FENESTRAE a graeco vocabulo conversum est in latinum, *ἀπὸ τοῦ φαίνειν*. Cicero Tusculanarum lib. I (46): ‘non eas partis, quae quasi fenestrae sunt animi’.

EMVNGI ex manifesta significatione manat. Lucilius lib. XXIX (82):

ín me illis spem esse ómnem, quovis pósse me emungí bolo.

Terentius (Phorm. 682):

émunxi argentó senem.

ADGLOMERARE, inplicare, coniungere: dictum a glomere. Vergilius Aeneidos lib. II (341):

et lateri adglomerant nostro.

COLLARE est vinculi genus, quo collum adstringitur.

---

32—2 Fratr.—subpo.; 8 Coni.—iugo; 11 Fen.—latinum; 14 Em.—man.; 18 Adgl.—glom.; 21 Coll.—adstr.

---

2 (supra ponere $H^2$ *ut vid.*) || 8 Coniungare *ut vid.* $D^A$ (Coniugare *Montepess.*, Coniungere *Paris. 7665*): Coniungere $L\ B^A\ C^A$ || 9 mihi] mi ille *Mu.* || *fort.* aqua omnis (*acc. plur.*) || **10** ferumque *Me.* || coniungat: *corr. Bentin.* || **11—13** *fort. post 66. 14 collocand.* (*vid.* ‘*Non. Marc.*’ *p. 13*) || **12** *ἀπὸ τοῦ φαίνειν edd.*: a potu feninio || **13** non aes *L* || sint *codd. Cic.* || **15** in me illis *Iun. in Erratis*: in mellis || possem emungi volo: *corr. Carrio* || **16. 17** teremunxi || **17** *cf. 103. 17* || **21** quod $C^A\ D^A$.

Lucilius lib. XXIX (100):

cum manicis, catulo collareique, ut fugitivum,
deportem.

DEPILATI dictum rarefacti. Lucilius lib. XXIX (40):

"Gnathó, quid actum est?" — "dépilati omnés sumus".

EXCVRIARI, curia excludi. Varro Hippocyne (221): 'Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat'.

PENSVM significat exaequatum, quod sine inclinatione sunt quae penduntur. Lucilius lib. XXVIII (25):

nihil párvi ac pensi, uti lítteras doceás lutum. ||

AQVA INTERCVS, hydropum morbus; quasi aqua inter cutem. Lucilius lib. XXVIII (27):

aquam te in ánimo habere intércutem.

M. Tullius de Officiis lib. III (92): 'siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem'.

MALTAS veteres molles appellari voluerunt, a graeco, quasi *μαλακούς*. Lucilius lib. XXVII (38):

ínsanum vocánt quem maltam ac féminam dicí videt.

MONOGRAMMI dicti sunt homines macie pertenues ac decolores: tractum a pictura, quae priusquam coloribus corporatur, umbra fingitur. Lucilius lib. II (20):

vix vivo homini ac monogrammo.

et XXVII (39):

quaé pietas? monográmmi quinque addúcti pietatém vocant!

PORTORIVM dicitur merces quae portitoribus datur.

---

25 Dep.—raref.; 27 Exc.—excl.; 29—30 Pensum—pend.; 6—7 Multas—malacus; 9—11 Mon.—fingitur; 15 Port.—datur.

---

22 XXVIII $F^3$ || 23 collareque || 26 nato: *corr. Me.* || 28 qua $L^1$ || 29 *null. lemm. L* || 31 ac] hoc *On.* (*cf. 37. 25*) || littera: *corr. Gerlach.* || 1 aquam || 4—5 *cf. 345. 10* || 6 Multas $C^A$ $D^A$ || 7 malacus: *μαλθακούς ed. a. 1476* || 8 vident *Turneb.*: *fort.* lubet.

37. 38 M.

Lucilius lib. XXVII (20):

fácit idem quod illí qui inscriptum e pórtu exportant clánculum,
né portoriúm dent.

INPERTIRE est participare et partem dare. Lucilius lib. XXVII (2):

quíbu' potest, inpértit.

Novius Decuma (11):

si ignótis inpertíbis, fient fácilius.

M. Tullius de Republica lib. V (10): 'quod molestiis senectutis suae vestras familias inpertire posset'. — et ad Hirtium lib. V (2): 'et quoniam, ut hoc tempus est, nihil habeo, patriae quod inpertiam'.

SEDVLVM significat sine dolo. Lucilius lib. XXVII (1):

salútem fictis vérsibus Lucílius,
quíbu' potest, inpértit totumque hóc studiose et sédulo.

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum (III, 16): 'sedulo, inquam, faciam; sed «fortuna fortis»: quare conare, quaeso'.

SCRIPTVRARIOS veteres, quos nunc tabularios || dicimus, dici volunt, quod scripturis et commentariis omnia vel urbium vel provinciarum conplecterentur. Lucilius lib. XXVI (16):

públicanus véro ut Asiae fíam [ut] scripturárius.

VERSIPELLES dicti sunt quolibet genere se conmutantes.

---

19 Inp.— dare; 26 Sed.— dolo; 32—2 Scripturarios — conpl.; 5 Vers.— comm.

---

**17** illi] i (?) *Mu.* || **18** portitorium *L* || **19** pariem *L*[1] || **19—20** *cf. v. 26*; *308. 27* || **22** inpertibus (imp.): *corr. Me.* flent: *corr. Ribb.* || **24** vestris: *corr. Quich.* || **25** hoc *edd.*: ac || **26** Sedulo *edd.* || **26—28** *cf. v. 19*; *308. 27* (*s. v.* fingere, componere) || **27** factis *L* || **30** fortuna fortis *Cic.*: fortunatortis *F*[3]: fortunatoriis *L BA* || **1** voluerunt *Quich.* || **3—4** *cf. 351. 6* || **4** publicanum *codd. h. l.* || ut *om. codd. 351*: aut *On.*

Lucilius lib. XXVI (64):

át libertinús Tricorius, Sýrus ipse ac mastígias,
quícum versipéllis fio et quícum conmuto ómnia.

Plautus Amphitryone (123):

. vérsipellem sé facit, quandó lubet.

conbibones, conpotores, a bibendo dicti. Lucilius lib. XXVI (66):

quándoquidem repérti magnis cónbibonum ex cópiis.

capital dictum est capitis periculum. Plautus Menaechmis (92):

numquam hércle effugiet, támetsi capital fécerit.

Lucilius lib. XXVI (67):

fácile deridémur: scimus cápital esse iráscier.

clandestino est abscondite. Lucilius lib. XXVI (68):

át enim dicis, clándestino tíbi quod conmissúm foret,
neú muteires quídquam neu mystéria ecferrés foras.

idiotas a graeco tractum, inutilis; quasi sibi tantum, non plurimis utiles. Lucilius lib. XXVI (32):

quídni et tu idem inlítteratum me átque idiotam díceres?

expirare dictum est vel ab spiritu effuso vel ab spiraminibus. Lucilius lib. III (66):

exspirans animam pulmonibus aeger agebat.

---

11 Con.—dic.; 13 Cap.—per.; 17 Clamd.—absc.; 20—21 Id.—utiles; 23—24 Exp.—spiram.

---

**7** ac *Scal.*: ad || **9—10** *cf. 41. 23* || **11** Conviviones (-vivones *L ex corr.; tuetur Fisch*) || **12** reperti *Mu.*[1]: repperi: res periit *Mu.*[2] || convivorum || **17—19** *cf. 249. 14* (*s. v.* conmittere) || **19** ne muttiris (-res) *codd. 249*: neu mittere *codd. h. l.* || ecferret *L* || **20** -ta *Mu.* || **21** non t. non *L*[1] || **24—25** *cf. 279. 25. fort. secludend.* (*cf.* 'Non. Marc.' *p. 14*) || **25** exalans *codd. 279.*

idem XXVI (59):

. . . . út, si eluviem fácere per ventrém velis,
cúra ne omnibús distento córpore expirét viis.

ELIMINARE, extra limen eicere. Pacuvius Duloreste (134):

úbi illic est? me míseram! quonam clánculum se elíminat?

Pomponius Concha (33):

vós || istic manéte: eliminábo extra aedis cóniugem.

Ennius Medea Exule (214):

antíqua erilis fída custos córporis,
quid síc te extra aedis éxanimata elíminas?

Accius Meleagro (448):

timide elíminor,
clámore simul átque nota vóx ad aures áccidit.

INCOXARE, in coxam sidere. Pomponius Pannuceatis (97):

néque interim cacándi causa úmquam incoxaví nate.

CONDEPSERE, conmiscere, a graeco tractum. Homerus Odyssia (XII, 48):

*κηρὸν δεψήσας μελιηδέα.*

Pomponius Nuptiis (86):

. pártem insipui, cónclusi, condépsui.

---

29 Elim.—eicere; 8 Inc.—sid.; 10 Cond.—trac.

---

**26—27** *cf. 103. 27* (*s. v.* eluviem) || **28** cura ne *On.*: curare || vis || **29—30** *cf. 292. 30* || **30** ille *codd. 292* || clanculum se el. *Both.*: clam clam el.: clamor el. *codd. 292* || **31—1** *cf. 292. 32* || **1** vus (*praec.* conca) *L* || isti (-tic) *codd. 292* || maneteliminabo *codd. utrobique* || **3—5** *cf. 292. 20* || **3** corporis $B^A$: poris $L^1$ || **4** sit extra aed. examinata *codd. utrobique* || elimina *codd. h. l.*: -nat *codd. 292* || **5—7** *cf. 292. 25* || **6** timide liminor $L^1$ (*cum codd. 292*, -de *vel* -dae): tum ut eliminor $B^A$: timida el. *Ribb.* || **7** ac nota *codd. h. l.*: agnota *codd. 292* || **8** sedere $D^A$ (Incoxare in coxam sedere *index marg. in* $B^A$) || **9** cacandi *L*: candida $B^A$ || *fort.* numquam || incoxamvi (-avi *L ex corr.*) || **10—11** *cf. 99. 12* || **11** *δεψ. κηρ. codd. 99* || **13** patem $L^1$ || insipavi *Iun.* || contusi *Hildebrand in Arnob. V, 29.*

VITVPERARE dictum est vitio dare, tamquam culpae vel displicentiae. Terentius in Andria (8):

nunc quám rem vitio dént, quaeso, animo adténdite.

et in sequentibus (15):

id istí vituperant fáctum.

lectum est autem et vitium dare (? Gell. XI, XIII, 10), hoc est unicuique rei culpam adplicare; sed hoc in incertae auctoritatis scriptoribus invenitur.

ORDIRE est ponere, incipere. Accius Amphitryone (95):

". nón parvam rem ordíbor." — "ne retice, óbsecro."

Afranius Suspecta (319):

tamen ánimo ordire opórtet misericórde, paula paúlulum.

PILARE dictum est, ut plumare, pilis vestiri. Afranius Conpitalibus (32):

praetérea nunc corpús meum piláre primum coépit.

Novius Exodio (19):

patí dum poterunt: ántequam pugaé pilant.

POPVLARE significat populi amorem conciliare: unde populares dicti de uno populo amici. Pacuvius Chryse (79):

átque, ut promeruít, pater mihi pátriam populavít meam.

Terentius Phormione (35):

amícus summus méus et popularís Geta. ||

---

14—15 Vit.—displ.; 22 Ord.—inc.; 26 Pilare—vestiri; 31—32 Pop.—amici.

---

20 anplicare *L*: amplificare *B*$^A$ || 22 promere *Mu.*: exponere *Quich.* || 23 parvolam *Both.*: parvam iam *Mu.* || 25 a minimo *Bue.* (tamen a m. *Mu.*) || ordiri *L* || mis. *scripsi*: me (*pro* m̄e, *i. e.* misericorde?): minime *Ribb.* || pausa paululum *Both.* || *fort.* 'támen a minimo ordíre oportet'. — 'mínime; pausa paúlulum' || 33 mi *edd.*

RABERE dictum est a rabie. Varro, Idem Atti Quod Tetti (217):

quid ést? quid latras? quíd rabis? quid vís tibi?

Caecilius Hypobolimaeo Rastraria (89):

rabere se ait.

SVPERSEDERE, manere, perseverare, quasi in voluntate et consilio sedere. Turpilius Paedio (163):

ut ille hác sese abstinéret, ego supérsederem núptiis.

Plautus Epidico (39):

"supérsede istis rébu' iam." — "tu ipse, úbi lubet, finém face."

Sisenna Hist. lib. IV (108): 'de virtute eorum accusanda proloqui supersederunt'.

TINTINNIRE dicitur sonare: unde et tintinnacula sunt appellata. Afranius Vopisco (392):

tíntinnire iánitoris ínpedimenta aúdio.

Nigidius lib. XVIII (9): 'itaque aere in Saliaribus adtanus «tintinat», id est: «sonat»'.

VERMINARI positum torqueri: a vermibus, quod facile se torqueant. Pomponius Hirnea Pappi (56):

"décimus mensis ést cum factum est." — "íta fit, ita sempér solet:
décumo mense démum turgens vérminatur, párturit."

CANATIM, SVATIM, BOVATIM, canum et suum et boum genere. Nigidius Conmentariis Grammaticis (12): 'sunt

---

1 Rab.—rab.; 5—6 Sup.—sederetur; 12—13 Tint.—app.; 17—18 Verm.—torqueant; 21—22 Can.—gen.

---

5 Sup., mittere, aspernari *Mu.* || **6** sedere $F^3 D^A$: sidere $L B^A C^A$ || **11** proliqui *L* || **12** Cintinnire $L D^A$ || tinam (-ani) tinacula $L^1$ || **15** aere in S. *Scal. MS., post Ald.*: ex re in ins.: aereum *On.* || **16** id est s. *Nonio dant alii* || **20** demun || **21** Bomatim $L^1 C^A D^A$ || **22** conmen $L^1$: commento $B^A$ || grammo || Conmentariis Grammaticis *edd.*

etiam adsimulanter dicta haec: canatim, suatim, bovatim; quae ab animalibus sumuntur'.

COSSIM dictum quasi coxim. Pomponius Porcaria (129):

. hóc sciunt omnes, quántum est qui cossím cacant.

INFABRE, foede; ut est adfabre, pulchre. Pacuvius Niptra (270):

barbáricam pestem súbinis nostris óptulit,
nová figura fáctam, conmissam ínfabre. ||

SAEPIVNT significat tenent, inpediunt: dictum a saepibus, quae obiectae iter cludunt; unde et circumseptum dicitur. Afranius Materteris (214):

perii! lácrimae linguam saépiunt.

STIGMATIAS veteres punctos in notis dici voluerunt. M. Tullius de Officiis lib. II (25): 'o miserum, qui fideliorem et barbarum et stigmatiam putaret [quam coniugem]!'

RESERARE, aperire: a sera dictum, qua remota valvae patefiunt. M. Tullius de Officiis lib. II (55): 'nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus'. Vergilius lib. VIII (243):

non secus ac siqua penitus vi terra dehiscens
infernas reserat sedes.

ABVNDARE, supra modum aliquid esse. Vergilius Georgicorum lib. IV (139):

---

24 Coss.—cox.; 26 Infabre—pulchre; 1—3 Saep.—dic.; 5 Stigm.—vol.; 8—9 Res.—pat.; 14 Ab.—esse.

---

23 adsimutanter *L* || 24 coxum *L* || 26—28 *cf. 248. 21* (*s. v.* conmittere, effigiare) || 26 niptris *Ald.* || 27 subinis *Ribb.*: navibus *codd. h. l.*: sabinus *codd. 248* || optum *L* || 2 cludent *L* || unde eccet $L^1$: unde haec (hec) et $C^A D^A$ || *vel* Circ.: Circus Saeptum *Mu.* || 5 in *del. Me.* || 7 putare: (*corr. F*) || quam coniugem *om.* $L B^A$: (*add. F, non improbante* $F^3$) || 11 reserenda: (*corr.* $L^2 P E$) || 13 fides $L^1$ || 14 ali, adcrescere *Mu.*

ergo apibus fetis idem atque examine multo
primus abundare.

tractum ex amnibus qui, quotiens augentur imbribus maioribus, et crebris undis eriguntur. Vergilius I lib. Georgicorum (115):

praesertim incertis si mensibus amnis abundans
exit.

TERGIVERSARI, fallere et dicta mutare. et est quasi tergum vertere; ut ait Plautus Amphitryone (123):

. vérsipellem sé facit, quandó lubet.

M. Tullius de Officiis lib. III (118): 'tribus generibus, quo modo possunt, non incallide tergiversantur'. — *idem Tusculanarum lib.* V (81): 'itaque illam tergiversari non sinent secumque rapient'.

PRVDENTIAM a providendo dictam dilucide ostendit M. Tullius in Hortensio (33): 'id enim est sapientis, providere; ex quo sapientia est appellata prudentia'. — et de Senectute (78): 'quid multa? sic mihi persuasi, ‖ sic sentio, cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria praeteritorum futurorumque prudentia'. — et de Republica lib. VI (1): 'totam igitur expectas prudentiam huius rectoris, quae ipsum nomen hoc nacta est ex providendo'.

ADPENDIX dicitur quod alii est adiunctum, quasi ex alio pendeat. M. Tullius in Hortensio (96): 'vidit enim quod videndum fuit, adpendicem animi esse corpus nihilque esse in eo magnum'.

---

22—23 Terg.—vert.; 28 Prud.—dic.; 5—6 Adp.—pend.

---

**16** tetis $L^1$ ‖ **18** examinibus *L* ‖ **18—19** aug. ex cr. im., mai. und. er. *Mu.* ‖ **20** (amn.) —**21** *cf. 412. 11* ‖ **23—24** *cf. 38. 9* ‖ **25** quoquo *Cic.* ‖ **26** id. Tusc. lib. *add. Me.* ‖ illa $F^3 B^A$: *om. L*: eam *codd. Cic.* ‖ **27** rapienti ‖ **28** prividendo *L* ‖ **30** prodere *L* ‖ **30—31** prudentia et $H^3$: prudentiam et $F^3$: prudentiae $L^1$: prudentiae et $B^A$ ‖ perversi $L^1$ ‖ **2** futurorum *om.* $L^1$ ‖ prudentiae et *L* ‖ **4** prividendo $L^1$ ‖ **5** ali est $L^1$ ‖ **6** pendat *L*: pendens *Mu.*

CONVIVII proprietatem M. Tullius de Senectute demonstrat (45): ‘bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quae vitae coniunctionem haberet, convivium nominaverunt’.

OCCATIONEM ab obcaecatis seminibus, qua id efficitur, dici M. Tullius voluit de Senectute (51): ‘sparsum semen excepit, primum id obcaecatum cohibet: ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata est’.

COAGMENTA dicta sunt coniunctiones artae et conpares: a coagendo, id est stringendo; unde et c o a g u l u m dicitur. M. Tullius de Senectute (72): ‘vivundi est finis optumus, cum, integra mente certisque sensibus, opus ipsa suum eadem, quae coagmentavit, natura dissolvit’.

VERNILITER pro adulatorie: a vernis, quibus haec vivendi ars est. Caecilius Venatore (131):

“credó.” — “nimi’ tandem hoc fít vernilitér.”

PECVNIOSORVM et LOCVPLETIVM proprietatem aperuit M. Tullius de Republica lib. II, a pecore p e c u n i o s o s et a possessionibus locorum l o c u p l e t e s appellatos adserens (16): ‘multaeque dictione ovium et boum, quod tunc erat res in pecore et || locorum possessionibus; ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur’.

VIRITIM dictum est separatim et per singulos viros. M. Tullius de Republica lib. II (26): ‘ac primus agros, quos bello Romulus ceperat, divisit viritim civibus’. —

---

8—11 Conv.—eff.; 14—15 Coag.—dic.; 19—20 Vern.—est; 22 Pec.—aper.; 3 Vir.—viros.

---

8—9 (hab.) *cf. 193. 28* || 9 quia *BA* (*cum codd. Cic.*): quasi *codd. 193* || qua id ef. *secl. Mu.* || **12—13** (exc.) *cf. 401. 13* || sem. excepit *codd. 401* (*cum Cic.*): sem. cohibet (*cf. v. 13*) *codd. h. l.* || 18 agmentavit $L^1$: augmentavit *BA*: (coaugmentavit $L^2$ $H^3$ *ut vid.*) || 19—43.9 *fort. post. 41. 4 collocand.* (*cf.* ‘*Non. Marc.*’ *p. 14*) || 20 Venatore $F^3$ $L^1$: -ri *BA*: Feneratore *Spengel.* || 21 *vel troch.* || hoc hercle f. *Ribb.* || 25 multeque *L*: multaque *BA* || ditione *L*: dicione *BA*: (*corr.* *P* $G^1$) || tum *cod. Cic.* || 4 primum *cod. Cic.*

43 M.

Plautus [in] Aulularia aliter, sub hac tamen significantia (108):

divídere argenti díxit nummos ín viros.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'et extra urbem in regiones XXVI agros viritim liberis adtribuit'.

VERNAS veteres appellabant qui vere sacro fuerant nati; et habebatur nomen hoc pro vitabili maledicto.

Plautus Amphitryone (179):

hic, qui verna natus est, quaeritur.

Lucilius (inc. 80):

. . . . . . vernam ac cercupithecon.

Plautus, qui supra (Amph. 1033):

cúm cruciatu tuo ístaec hodie, vérna, verba fúnditas.

CONCINNARE est facere; ut Plautus Amphitryone (529):

lácrimantem ex abitú concinnas tú tuam uxorém . .

sed proprietas verbi haec est, quod apud veteres cinnus potionis genus ex multis liquoribus confectum dici solet. recte autem concinnare et consentire intellegi potest, quasi concennare, ut multis diverse canentibus unus efficitur modus. Plautus Asinaria (216):

aúceps quando cóncinnavit áream, obfundít cibum.

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. IV (60): 'cum îs, cum quibus re concinebat, verbis dis-

---

10—11 Vern.—maled.; 17 Conc. est fac.

---

6 in $B^A$: *om.* $L$ || 10—11 fuerat niti $L^1$ || 12 hic qui $B^A$ (*cum codd. Pl.*): hic $L$ || queritur *edd.* || 14 verna || 16 cruciatur || 18 lacrimante || concennas $L^1$ || 22 quasi (quas $L^1$) concennare $F^3$ $L^1$: quasi concinere $B^A$: *fort.* q. concentare || 23 efficiatur *Quich.* || 23—24 *post v. 18 transp. Quich.*: *secl. On. sed cf.* '*Non. Marc.*' *p. 98* || 26 concinebatur his $L$: concinebatur verbis $B^A$.

crepare'. — idem in Academicis, lib. I (fr. 2): 'qui, cum similitudine verbi concinere maxime sibi videretur'.

PAVPERTAS dicta est a pecunia parva. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'pecuniaque erat parva: ab eo paupertas dicta. cuius paupertatis magnum || testimonium est'.

PANDERE Varro existimat ea causa dici, quod qui ope indigerent et ad asylum Cereris confugissent panis daretur: pandere ergo quasi panem dare: et quod numquam fanum talibus clauderetur: de Vita Populi Romani lib. I: 'hanc deam Aelius putat esse Cererem; sed quod in asylum qui confugisset panis daretur, esse nomen fictum a pane dando, pandere, quod est aperire'.

BLATIS et BLATERAS, confingis aut incondite et inaniter loqueris, ut a balatu. Plautus in Amphitryone (626):

quí, malum, intellégere quisquam pótis est? ita nugás blatis.

idem in Aulularia (268):

úbi tu es, quae déblaterasti iám vicinis ómnibus?

PERCONTARI, diligenter inquirere. Plautus Amphitryone (710):

quí istuc in mente ést tibi, ex me, mí vir, percontárier?

et est proprietas verbi ab eo tracta quod vada in fluminibus contis exquirunt.

---

29 Paup.—parva; 1—9 Pand.—bal.; 13 Perc.—inq.

---

**27** I $B^A$: II *L* || **27—28** quae cum: (*corr. G*): queicum *Mu.* || **28** *fort.* veri || maxime $F^3 B^A$: *om. L* || **29—44. 7** *fort. post 67. 27 collocand.* (*vid. 'Non. Marc.' p. 94*) || **30** pecunia quia (?) *Mu.* || **31** paupertatis *secl. Mu.* || **2. 6** panis is d. *Mu.* || **4** tabulis *L* || **5** Aelius *Carrio ex cod. Elnonensi*: melius (*praec.* m) || **6** confugissent *ed. princ., sed cf. Class. Rev. XVI, 50* || **7** factum *Popma.* || hoc est *L* || **9** (*post* loqueris *dimidius versus vacat in G., non in $B^A$ ut vid.*): *lacunam sign. edd.*: aut a Graeco *βλάξ add. On.* || ut $L^1 C^A D^A$: aut $B^A$ || a bal.] ablatur *L* || **10** nugas $F^3 B^A$: nagis *L* || **11** idem $F^3$: *om.* $L B^A$ || **12** deblattavisti *codd. Pl.* || **14** mentemst *docti ap. Plaut.*

PRODIGIA dicta sunt porro adigenda. Plautus Amphitryone (739):

séd, mulier, postquam éxperrecta es, té prodigialí Iovi
aút mola salsa hódie aut ture cónprecatam opórtuit.

CERRITI et LARVATI, male sani et aut Cereris ira aut larvarum incursatione animo vexati. Plautus Amphitryone (fr. VII):

"láruatu's." "édepol hominem míserum! medicum quaéritat."

idem qui supra in Amphitryone (fr. XII):

"quaeso, ádvenienti mórbo medicarí iube." —
"tu certe aut laruatus es aut cerritus."

CALCITRONES, qui infestent calcibus. Plautus in Asinaria (391):

clamát, procul siquém videt || ire ád se calcitrónem.

Varro Sesqueulixe (479):

ítaque tunc ecúm mordacem, cálcitronem, hórridum
míles acer nón vitabat.

VOTITVM veteres religione aliqua prohibitum vel interdictum dici voluerunt. Plautus in Asinaria (789):

nolo íllam habere caúsam et votitam dícere.

VERBERARE non solum a verberibus dictum est, sed et a verbis. Plautus in Aulularia (42):

nam cúr me miseram vérberas?

---

17 Prod.—adig.; 20—21 Cerr.—vex.; 26 Calc.—calcibus: 4—5 Vot.—vol.; 7 Verb.—verb.

---

18 te *om. codd. Pl.* || **20—21** ut larbiarum $L^1$: et laruarum $C^A D^A$: aut lar. $B^A$ || **21** cursatione $C^A D^A$ || **22** quaerita *Acidal.* || **23—24** *cf. 247. 7* (*s. v.* advenire, incipere) || **24** quasi *codd. h. l.* || medicati iuvenem (iuvem *G*) *codd. h. l.*: iube (-re) (*om.* med.) *codd. 247* || **25** es aut cerr. (ceteris $L^1$): aut cerr. es *Acidal.* || **26** infestant $B^A$ || **2** tunc *Roeper.*: tum || c. atque h. *Mu.* || **3** acer *Mu.*: ac vir.

CASSVM veteres inane posuerunt. et arbitrandum est eius verbi proprietatem magis ab aranearum cassibus dictam, quod sint leves ac nullius ponderis, non, ut quibusdam videtur, quasi quassum. Plautus in Aulularia (191):

vírginem habeo grándem, dote cássam atque inlocábilem.

Propriam corvorum vocem GROCCHITVM veteres esse voluerunt. Plautus in Aulularia (625):

símul radebat pédibus terram et vóce groccibát sua.

SVBLEVIT significat inlusit et pro ridiculo habuit: tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur.

Plautus in Aulularia (667):

Fideí censebam máximam multó fidem
esse; éa sublevit ós mihi peníssume.

INVESTES dicuntur inpuberes, quibus propter teneram aetatem nulla pars corporis pilat. hoc et Aeneidos VIII videtur sensisse Vergilius (659):

aurea caesaries ollis atque aurea vestis.

sed melius intellegi potest i n v e s t e s appellatos quasi in Vesta, id est in pudicitia et [in] castitate.

INFERVM ab imo dictum; unde i n f e r i quibus inferius nihil; idem quod infertur recte potest dici, || quidquid desuper mittitur. Varro Marcipore (270):

nubés aquali, frígido veló leves
caelí cavernas aúreas obdúxerant,
aquám vomentes ínferam mortálibus.

---

10—13 Cass.—quass.; 15—16 Propr.—voluerunt; 18—19 Subl.—ping.; 23—24 Inv.—pilat; 29—2 Inf.—mitt.

---

**11—12** dictum: (*corr.* $F^2$ *ut vid.*): ductam *Mu.* || **12** sint levis *L* $B^A$: levis sint $C^A$ $D^A$ || **13—14** *cf. 340. 26* || **18** Subl. Os (*seq.* s) *Quich.* || **22** ea *codd. Pl.*: a (*praec.* e) || **24** V (quinto) (*seq.* vi-) || **28** in (*alt.*) $B^A$: *om. L* || **29** ab infimo *Quich.* || **1** idem q. i. *scripsi*: unde quod infertur *L* $C^A$ $D^A$: unde infertur $B^A$: vel quod infertur, unde inferum *Mu.* || **3** aquales *Scal.* || **4** aurea subduxerant: *corr. Bue.*: aureas subduxerant *Iun.* || **5** inferant: *corr. edd.*

46 M.

SYRVS a graeco magis tractum est, *ἀπὸ τοῦ σύρειν*. has nos scopas, rustici eo nomine syrus vocant. Varro Marcipore (271):

ventíque frigidó se ab axe erúperant,
phrenétici septéntrionum fílii,
secúm ferentes tégulas, ramós, syrus.

EVIRARE dicitur virilitatem amittere et effeminare. Varro Marcipore (275):

spatula évirávit ómnés Venerí vága puerós.

LVDIBRIA proprietatem trahunt a levi ac sine pondere et contemnendo aut, quod magis verum est, ludicro. Vergilius lib. VI (74):

foliis tantum ne carmina manda,
ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

FEBRIS proprietatem a fervitate morbi vel mali, ut a calendo calorem vel caldorem Varro Andabatis aperiendam putat (33): 'idque alterum appellamus a calendo calorem, alterum a fervore febrim'.

VVLPINARI dictum est fraudibus et mendaciis vera pervertere vel effugere: dictum ab incerto et intorto vulpium cursu. Varro Mysteriis (327):

vulpinare modo et concursa qualubet; erras.

---

6—7 Syr.—voc.; 12 Evir.—effem.; 15—16 Lud.—ludicro; 19—20 Febr.—caldorem; 22—24 Vulp.—cursu.

---

6 Syrus * * * a gr. *Mu.* || 7 syrus *secl. Mu.* || 9 frigido sabaxe (-os ab a.) $F^{3}B^{A}$: fricidos sabaxe $L^{1}$: *corr. Iun.* || erumpebant (*pro* erumperant): *corr. Iun.* || 11 ramo *L* || 12 Evirari *Quich.* || viritatem *L* || a$^{d}$mmitter (*sic*) $L^{1}$ || et effeminari: *corr. On.*: ecfeminari *Mu.* || 14 spatule: *corr. Mu.*: spatale *Iun.* || p. venerivaga *Vahlen. sed vid. Bue.* (*Rhein. Mus. XX, 427*) || 19 feruitate *F corr.*: feritate $L B^{A} C^{A} D^{A}$: ferviditate *Havet.* (*Arch. Lat. Lexik. I, p. 318*) || 20 vel candorem *L* || 21—22 ídeoque (*Roth.*) alt. ápp. a cale. cáldorem | álterum etc. *Mu.* || 24 ab inrecto sed int.: *corr. Mu.*: a non recto sed int. *On.* || 25 errans *Popma.*: erro! *Mu.*

SVFFLATVM dicitur proprie tumidum, erectum et quasi vento quodam elatius factum. Varro Agathone (6):

neque aúro aut genere aut múltiplici sciéntia
sufflátus quaerit Sócratis vestígia.

VESPERTILIO, animal volucre, biforme, || dictum quod vespero se ad volatum proferat noctis. Varro Agathone (13): 'quid multa? factus sum vespertilio; neque in muribus plane neque in volucribus sum'.

EXPORRECTVM, extentum: porrectum est enim tentum, id est, porro iactum. Varro Endymionibus (107): 'quare si in somnum reccideris et οὐδέποτε eris iterum exporrectus'.

IVGATVM, coniunctum: a iugo dictum. Cicero Tusculanarum lib. III (17): 'hoc quidem est conmune virtutum; omnes enim inter sè iugatae sunt'.

PRODIVS dictum interius, longius: a prodeundo, quasi porro eundo. Varro Vergula Divina (574): 'primum venit in urbem atque intra muros; deinde accedit prodius atque introit domum, id est intra privatos muros'.

GRANARIA, loca in horreis, servandis seminum granis.

Varro Gerontodidascalo (184):

vél decem messís ubi una saépiant granária.

---

26—27 Suffl.—fac.; 30—1 Vesp.—noc.; 4—5 Exp.—iac.; 7 Iug.—dic.; 10—11 Prod.—eundo; 14 Gran.—gran.

---

**26** Sufflatim *$C^A$ $D^A$* || erectum *Me.*: et rectum || **30** bitorme *$L^1$* || **1** properat *L* || **5** actum *On.* || **6** quare si in *Iun.*: quae res in || somnium: *corr. ed. princ.* || αουρεποτε *L*: δδουρεποτε *$B^A$*: *corr. Ald.*: ἐν ᾅδου (*Turneb.*) δήποτε *Mu.*: ἀωρί ποτε *Bue.* || experrectus *ed. a. 1476* || **8—9** i. s. nexae et iu. s. *Cic.* || **10. 12** Propius *Bue.* (*Rhein. Mus. XIII, 537*); *Ritsch. Opusc. IV, 763* || ulterius *Pohl. apud Ritsch.* || **12** mur. publicos, d. *Roeper.* || **13** id—muros *del. Popma*: *Nonio dant alii* || intra *secl. Mu.* || **16** mensis: *corr. Bue.*

TORCVLVM (quod usu torcular dico), quod intortum laticem vitis vel oleae exprimat. Varro Gerontodidascalo (185):

víneis ubi ámpla cella, tórculum respóndeat.

CINGILLVM, a cingendo: quod incingulum plerumque dicitur. Varro Gerontodidascalo (187): 'novos maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingillum'.

TVTILINA dea est, a tuendo dicta. Varro Hercules Tuam Fidem (216): 'non Tutilinam, quam ego ipse invoco, quod meae aures abs te obsidentur?'

TVTANVS deus, a tutando. Varro Hercules Tuam Fidem (213):

noctu Hánnibalis cúm fugavi exércitum, ‖
Tutanus hoc Tutanûm Romae núncupor:
hacprópter omnes, quí laborant, ínvocant.

SILICERNIVM pessime intellegentes ita posuisse Terentium (Ad. 587) putant, quod incurvitate silices cernat senex. silicernium est proprie convivium funebre, quod senibus exhibetur. Varro Meleagris (303): 'funus exequiatis laute ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus, id est *περίδειπνον*. quo pransi discedentes dicimus alius alii: vale'.

SVFFVNDATVM dictum est subiectum: dictum a fundamentis. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (524): 'antiqui nostri in

---

17—18 Torc.—expr.; 20—21 Cing.—dic.; 23 Tutil.—dic.; 26 Tuta.—tut.; 3—6 Sil.—exhib.; 9 Suff.—fund.

---

17 dicunt *Mu.*: dici *On.* ‖ 18 exprimant ‖ 20 Cingulum $C^A$ $D^A$ ‖ 22 taciturus: *corr. Me.* ‖ uxosis $L^1$ ‖ cingulum *ut vid.* $B^A$ ‖ 24—25 ⏑ ⏊ ⏊ ⏑ nón Tú. etc. *Mu.* ‖ 24 tutilam *L* ‖ 1 tutatus (*Iun. mg.*) haec (*Mu.*, *melius* hoc) Tutanus (*Scal.*): T. ob tutandum *Ries.*: T. ob tutamen *On.* ‖ 5 convium *L* ‖ 6 Varro *om.* $L^1$ ‖ exiquiatis: exequiati *Bentin.* ‖ 7 laude: *corr. Lips.* ‖ 8 id—*περ.* *secl. Bue.* ‖ quod pr. *On.*: a quo pr. *Bue.*: quo pasti *Mu.* ‖ 9 menippus antiqui nostri in $F^3$: menippu tantiqui nostrun (-um $B^A$) $L^1$ $B^A$: *Μενίππου*, ut antiqui n. in *Iun.*

domibus latericiis paululum modo lapidibus suffundatis, ut umorem ecfugerent, habitabant'.

EDONES et PHAGONES ab edacitate: unum latinum, aliud graecum. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (529): 'εἰ *ἀπάγοιντο ἴσως* edones Romam, ut turba intendant annonam; sed propter phagones ficetulam pinguem aut turdum nisi volantem non video'.

ELIXVM, quidquid ex aqua mollitur vel decoquitur; nam lixam aquam veteres esse dixerunt. unde et lixæ dicti qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (531): 'in pavimento non audes facere laconam; at in humu calces facis elixos'.

PAROCHOS a graeco tractum est nomen, quod vehicula praeeat: *ὀχήματα* enim graece, latine vehicula appellantur. et est officii genus quod administrantibus paret. Varro Sesqueulixe (475): 'hic enim omnia erat: idem sacerdos, praetor, parocos, denique idem senatus, idem populus' [kaput]. ||

TROSSVLI dicti sunt torosuli. Varro Sesqueulixe (480):

núnc emunt
tróssuli nardó nitidi vulgo Áttico talénto ecum.

---

12—13 Ed.—graec.; 16—19 El.—ferre; 21—23 Par.—par.; 1 Tross.—torosuli.

---

**10** lapiditus: *corr. Ald.* || **13** menippos (min. $B^A$) *Fιαπαααντοισοσ* (*-τοτσοσ* $B^A$): *correxi*: sunt *ἀπέραντοι Mu.*: *ψαμμακοσίους On. post Me.* || **14** incendant *Me.* || **14—15** annona: *corr. Iun.* || **15** sed] et *Bue.* (*fort. Nonio dand.*) || **17** esse *om. Quich.*, *Mu.* || **18—20** *cf. 488. 8* (*s. v.* humu pro humo) || **20** *fort.* iacere lagoenam—iacis || caleos $L^1$: calceos $B^A$ (*cum codd. 488*): *corr. Bue.* || **21** Paracos || **22** praebeat *Iun.*, *sed vid. On.* || *ὀχήματα Gul. Canterus*: hoc schemate (sce., seche.) || -lentur $C^A$ $D^A$ || **24—26** hic enim ómnia: | idém s. p. p. d., | idém sen., ídem erat populí kaput *Mu.* || **25** paracos $F^3$ *ut vid.* $B^A$: paratos *L* || **26** kaput (*post intervall. in L*) *seclusi* (*Philologus LV, 167*) || **1** (Trossuli equites romani dicti $F^3$ *mg.*).

49 M.

PROBOSCIS graecum nomen est, dictum quod ante depascat. et est porrecta corporis pars inhaerens naribus, quae, excepto homine, in aliis animalibus invenitur. Varro Sexagesi (490): ‘invenisse se, cum dormire coepisset tam glaber quam Socratis calvum, esse factum ericium e pilis albis cum proboscide’.

CETARI genus est piscatorum quod maiores pisces capit: dictum ab eo quod cete in mari maiora sunt piscium genera. quod Vergilius (Aen. V, 822):

inmania cete.

Varro *Γνῶϑι Σεαυτόν* (209): ‘non animadvertis cetarios, cum videre volunt in mari thunnos, escendere in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces?’

TONIMVS positum sonamus cum modo, a tono. Varro Eumenidibus (132):

tibi týmpanón inánís sonitús Mátri’ deûm
tonimus.

[TIBINOS, a tibiis modos. Varro Eumenidibus (132):

sonitus Matri’ deûm
tonimus] tibi nos, tibi nunc semiviri.

DIERECTI dicti crucifixi, quasi ad diem erecti. Varro Eumenidibus (133):

apage ín dierectum á domo nostra ístam insanitátem!

---

4—6 Prob.—inv.; 10—12 Cet.—gen.; 17 Tonimus—tono; 24 Dier.—erecti.

---

4 dicta *Quich.* || 6 alis: aliquis *Mu.* || 6—9 *cf. 106. 15 (s. v.* ericium) || 8 galbam *codd. 106*: calva *Mu.*, *On.* || 12 a quo Verg. (*praec.* a) *Mu.* || 15 thunnas (tun.) sescedere *L* || 16 prospiciant (?) *Mu.* || 19—20 *cf. v. 21* || 19 tympana non inanis sonitum (-tus *codd. v. 21*): *corr. On.* || typana *Herm. Elem. Metr. p. 506* || non inani sonitu *Bentin.* (*vel Ald.*) || 21—23 ton. *secl. Σ* || 23 t. modos ti. *Lachm. Opusc. 57*: t. tubam ti. *On.*: *fort.* t. tibi ti. || (t. n. s.) *cf. 328. 15* || 25—26 *cf. 122. 26* (*s. v.* insanitas) || 26 directum *L* || adsanitatem *L*: absanitatem *Nettl.*

PRAESEPIA non tantum quibus aut cantheri aut iumenta cetera aut veterina animalia pabulantur; sed et omnia loca clausa et tuta dicta praesepia. Vergilius Aeneidos lib. I (434):

aut agmine facto
ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

Varro Ὄνος λύρας (349):

siquís melodinist † ὄνος λύρας,
praesépibus ‖ se rétineat forénsibus.

SVBRIGERE significat susum erigere; quo verbo rustici utuntur, cum tritas fruges ad ventilandum in areis erigunt. Vergilius Aeneidos lib. IV (183):

tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit auris.

LINGVLACAE, locutuleiae, a procacitate linguae et loquendi proprietatem trahunt. Plautus in Casina (497):

. língulaca est . .; nam numquám tacet.

FVRES significationem habere a furvo, quod Romani veteres atrum appellaverint et quod per obscuras atque atras noctes oportuna sit eius mali effectio, eo dictos fures Varro Rerum Divinarum lib. XIV (100): 'furem ex eo dictum quod furvum atrum appellaverint et fures per obscuras noctes atque atras facilius furentur'. — Homerus (Il. III, 11):

κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνον.

---

27—29 Praes.— praes.; 2—3 Subr.— erig.; 6—7 Ling.— trah.; 9—12 Fur.— fures.

---

**27** cantheria (*seq.* a) ‖ **28** veterina $F^3 C^A D^A$: vetera $L B^A$ ‖ **29** tuta dicta $B^A$: tuta vita dicta *rell.* ‖ (georgicorum libro IIII $H^3$ *mg.*) ‖ **33** μελῳδεῖν scit nec est *Mu.*: μ. δεινός ἐστ' *Bue.* ‖ *fort.* melodi nomine (nē) est *vel* μελῳδεῖν insciust ‖ **3** tritae $B^A$ ‖ **3—4** erigunt $F^3 C^A D^A$: eriguntur (*seq.* Verg.) $L B^A$ ‖ **6** a *om.* $L^1$ ‖ **9** a furu $L C^A$ ‖ **10** vet. furvum atr. *vir doct. ap. Quich.* ‖ **11** eo $F^3$ *ut vid.*: *om.* $L^1$: eos $B^A C^A D^A$ ‖ dictus $L$ ‖ **12** Varro putat Rer. *Mu.* ‖ **13** quod furum ‖ **14—15** *cf. 19. 10.*

VENTORVM proprietates et vocabulorum significationes, in tractatibus nobilium philosophorum quaesitas, has apertissimas potuimus invenire. Eurum dictum ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέοντα, quod flatus eius ab oriente sit hiemali. Austrum, qui graece Νότος dicitur, ab umore et nebula, quod νότος graece umor latina interpretatione dicatur ac sit is ventus sudoris effector, ut est Homeri (Il. XI, 811):

*κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς.*

Circium, a turbine ac vertigine. Boream, hoc est Aquilonem, ἀπὸ τῆς βοῆς, quod sonorus sit et procellosus.

Homerus (Od. V, 296):

*καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης, μέγα κῦμα κυλίνδων.*

et in alio loco (Il. XIV, 394): ||

*οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ ποτὶ χερσὸν,*
*ποντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω ἀλεγεινῇ.*

PENI vel PENORIS (sic enim a plurimis declinatum est) proprietatem docti veteres hanc esse voluerunt, quod, quae in ea sunt, quasi penitus et in penetralibus recondantur. hoc et in antiquis libris et philosophorum tractatibus invenitur.

LAEVVM significari veteres putant quasi a levando. Vergilium quoque sub hac ostentatione posuisse voluerunt Georgicorum lib. IV (6):

siquem
numina laeva sinunt auditque vocatus Apollo.

Ennius Annali lib. III (154):

olim de caelo laevum dedit inclytu' signum.

---

16—24 Vent.—Homerus; 4—7 Pietatem docti—levando.

---

20 dictus (*corr.* $H^3 F$) || notis (*i. e.* *νοτίς*) *codd. Gell. II, XXII, 14* || 21 graece *del. Mu.* || sit] ut $L^1$ || 3 *post* PENI (*sic*), *quod cum Graecis versibus conflatum est* (*corr.* $H^3$), *lacunam sign.* $B^A$: Peni, Penus vel Penoris *Me.* || 4 proprietatem *Me.*: Pietatem (*init. lemmatis*) || dicti *L* || 5 recordatur $L\,C^A\,D^A$ || 8—10 *cf. 331. 20* || 8 haec $L^1$ || 12 inclytus $F^3 B^A$: inlitlytus *L.*

RVDENTES ea causa sapientissimi dictos volunt, quod funes, cum vento verberentur, rudere existimentur; atque hunc sonum proprium funium, non asinorum putant.

INFESTI proprietatem hanc esse Nigidius (47) voluit, quasi nimium festinantis ad scelus vel ad fraudem.

MATVRARE non, uti consuetudo est, properare dicendum est, sed cum modo studium adhibere festinum: a maturitate dictum, quae ratione naturae modificatione quadam nec praecipitatur, ne praecox quid fiat, neque differtur, ne senio dissolvatur. Vergilius Georgicorum lib. I (259):

frigidus agricolam siquando continet imber,
multa, forent quae mox caelo properanda sereno,
maturare datur.

LICTORIS proprietatem a ligando dictam vetustas putat: ita enim carnificis officium antiquitus fungebatur. M. Tullius pro Rabirio (13): 'lictor', inquit, 'conliga manus'. ||

SORORIS appellationem veteres eliganti interpretatione posuerunt; itaque maxime iuris scriptores exprimendam putaverunt. Antistius Labeo (ad edict. pr. urb. 2): 'soror', inquit, 'appellata est quod quasi seorsum nascitur separaturque ab ea domo in qua nata est'.

LVES a rebus solvendis proposita. Licinius Macer Annalibus lib. II (21): 'nequaquam sui lavandi reluant arma lue'.

HVMANITATEM non solum, uti nunc consuetudine persuasum est, de benivolentia, dexteritate quoque *et* comitate

---

13—22 Rud.—dissolvatur; 26—27 Lictoris—fung.; 1—5 Sor.—proposita; 7—11 Hum.—sit.

---

14 rudere $F^3$: budere $L^1$: ludere *B^A C^A D^A* || 19 commode *D^A* || 20 mature *L* || 23 agricola *L* || 24 mala $L^1$ || 26 ductam *Mu.* || 27 is enim *Mu.* || 5 Lues tebus $L^1$ || luendis id est solvendis *Mu.* || posita *Mu.*: *fort.* proprie pos. || 6 lavadi *L*: levandi *Mu.* || 8 dexteritatem || communitatem: et comitate *Bentin.*

veteres dicendam putaverunt, quam Graeci *φιλανθρωπίαν* vocant; sed honestorum studiorum et artium adpetitum, quod nulli animantium generi absque hominibus concessa sit. Varro Rerum Humanarum [lib.] I: 'Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paululum modo humaniori . .'

ADOR, frumenti genus, quod epulis et inmolationibus sacris pium putatur; unde et a d o r a r e, propitiare religiones, potest dictum videri. Varro de Re Rustica lib. I (9. 4): 'in loco umidiore far adoreum potius serunt quam triticum'. — Vergilius lib. VII (109):

> et adorea liba per herbam
> subiciunt epulis.

FACIEM, totius corporis formam, *πρόσωπον*, id est os, posuit antiquitas prudens. ut ab aspectu s p e c i e s et a fingendo f i g u r a, ita a factura corporis f a c i e s. Plautus Poenulo (1111):

> "sed eárum nutrix quá sit facie mi éxpedi."
> "statura non magna, corpore aquilino." — "ipsa est."

Pacuvius Niptra (253):

> aetate íntegra,
> feróci ingenio, fácie procerá . . ||

Sallustius Historiarum lib. II (2): 'Sardinia in Africo mari, facie vestigii humani, in occidentem quam in orientem latior'.

---

7—11 Hum.—sit; 14—16 Ador—vid.; 20—22 Fac.—facies.

---

9 et artiorum $C^A D^A$ || **10** concessus *edd.* || **11** primo $L^1$: lib. I $B^A$ || **12** paulum *codd. Gell. XIII,* XVII, *3* || **13** humanior: humaniori ignotus *Gell.* || **14—19** *fort. post 61. 9 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 94*) || **15** pium] *fort.* proprium || propitiari $F^3$: propitiore $L^1$: pro piare *On.* || **17** umidiore *cod. Varr.*: umido sed || **20** *προσοπον vel προσονον*: *fort.* non (n̄) *πρόσωπον* || **24** non (*om.* $L^1$) *etiam codd. Gell. XIII,* XXX, *6* || aquilost (-o est) *codd. Gell.* || est *etiam codd. Gell.* || **27** pr. virum *Gell.* || **2—3** in orientem quam in occidentem *Gell.*

VESTIBVLA quidam putant sub ea proprietate distincta, quod in primis ingressibus et in spatiis domorum Vestae, hoc est arae ac foci, soleant haberi. sed sive sic intellegi debent *siue* non, abhorret a vocabuli proprio. invenitur etiam aput veteres doctos vestibula ob eam significantiam dicta, quod in his locis, ad salutandos dominos domorum quicumque venissent, stare solerent, dum introeundi daretur copia; atque ob hanc consistionem et quasi stabulationem primos ingressus domorum vestibula nominatos. Cicero in Oratore (50): 'vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciet'.

BIDENTES qui aestimant ob eam causam oves a Vergilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac vitiose intellegunt. nam nec duos dentes habent, et hoc quidem et genus monstri est. et melius intellegi potest, si biennis dixerit. auctoritatem Pomponius in Atellana (51):

Mars, tíbi voveo factúrum, si umquam rédierit,
bidénti verre.

Laberius in Paupertate (69):

vísus hac noctú bidenti
proptér viam facere.

et Nigidius Figulus (81) dicit bidental vocari, quod bimae pecudes inmolentur.

---

3—12 Vest.—nom.; 13—17 Bid.—auct.

---

5 hoc est *secl. Mu.* || *fort.* sed si vere sic || 6 sive *alt. addidi* || vocabulo $D^A$ || 7 etiam] *fort.* enim || dictos $L^1$ || 9 venisset: (*corr.* $H^3 F^2$) || solerent *Quich.*: soleant || 10 dum *Me.*: cum || copia quae $L^1$ || consitionem (-sict- $L^1$): consistionem *edd.* (*ex Gell. XVI, v, 10*) || 12 faciem (-em *pro* ē, *i. e.* et) || 13 quia $L^1$ (*seq.* a) || 16—17 si biennis dixerit auctoritate antiquitatis. Pomp. *On.*: si bidennis quasi biennis dixeris auctoritate. Pomp. *Mu.* || 17 auctoritate $B^A$ || Pomponii *ed. a. 1476* || 21 ac nocte: *corr. Quich.* || bidentis: *corr. Ribb.*

IVGERI proprietatem Varro designat, de Re Rustica I (10. 1): 'in agro Romano ac Latino iugeris. iugum vocant quod iuncti boves uno die exarare possint'.

FAENVS ab eo dictum est quod pecuniam pariat || increscentem tempore, quasi fetus aut fetura; nam et graece τόκος dicitur ἀπὸ τοῦ τίκτειν, quod est parere. Varro lib. III de Latino Sermone (62): 'fenus autem dictum a fetu et quasi fetura quadam pecuniae'. — nam et Catonem et ceteros antiquiores sine a littera faenus pronuntiasse contendit, ut fetus et fecunditas.

RECEPTICIVM servum quidam ab ea proprietate dictum volunt, ut, si nequam et nihili sit qui venundatus ob aliquod vitium aut malefactum a distractore recipiatur. sed vera haec est eius nominis interpretatio: quem in data dote aut donatione quis exceperit, quod est proprie receperit. Plautus Trinummo (194):

postículum hoc recépit, cum aedis véndidit.

Cato (Orat. 32, 1): 'mulier et magnam dotem dat et magnam pecuniam retinet. ex ea igitur re familiari, ex qua sibi dote data retinuit, pecuniam a viro forte irata repetere instituit. adponit ei flagitatorem recepticium'. hoc est proprium, suum, quem cum reliqua pecunia receperat nec dederat doti, set exceperat. —

---

25—2 Iug.—parere; 6—10 Rec.—receperit.

---

**25—27** *fort. post 61. 9 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 94*) || **26** iugerum *edd. sed vide Heldrich.* || **1** increscenti: *corr. Quich.* || **4** fetura quadam $F^3$: -ram quamdam (quand.) $LB^A$ || **5** a *om.* $L$ || paenus $L$ || pronuntias $L^1$ || **6** Receptivum $C^A D^A$ || proprieta $L^1$ || **7** et *om.* $L^1$ || nihil || v. est ob *Mu.* || **8** aut] ut $L^1$ || districtore $L$ || **10—11** *cf. 384. 12* || **11** recipit *codd. h. l.*: (*corr.* $F^1$) || **13** pecuniam recipit, hoc est et magnam dotem dat et magnam pecuniam retinet *codd. aliquot Gell. XVII, VI, 8* || **14** ex qua] quam (ex *del.*) *Mu.* || retinuit, pecuniam viro mutuam dat, eam pecuniam *Gell.* || **15** flagitorem $L$ || fl. servum rec. *Gell.* || **16** cum $F^3$: *om.* $LB^A$.

Cicero de Oratore in lib. II (226): 'sed dicis te cum aedis venderes ne in rutis quidem et caessis solum tibi paternum recepisse'.

SITICINES. ut liticines a lituo, ut tubicines a tuba, ita siticines, qui aput funeratos vel vita functos et sepultos, hoc est iam sitos, canere soliti erant honoris causa cantus lamentabilis. hoc in libris Coniectaneis Atei Capitonis invenitur et Cato (Orat. 69) id vocabulum indubitanter adposuit.

IVMENTVM a iungendo veteres dictum putant, g littera in eo nomine adtrita. nam et vectabulum || dicunt, quod nunc vehiculum dicitur.

ARCERA plaustrum est rusticum tectum undique, quasi arca. hoc vocabulum et aput Varronem et aput M. Tullium invenitur. hoc autem vehiculi genere senes et aegroti vectari solent. Varro Gerontodidascalo (188): 'vehebatur cum uxore vehiculo semel aut bis anno, cum arceram, si non vellet, non sterneret'.

TROPEI significantiam propriam Varro Bimarco ostendit (61): 'ideo fuga hostium graece vocatur τροπή. hinc spolia capta, fixa in stipitibus, appellantur tropea'.

LVXVM, id est vulsum et loco motum, quod nunc luxari ignari latine dicimus. inde luxuria, quia a recta vivendi via sit exclusa et eiecta.

COLINAM veteres coquinam dixerunt, non ut nunc vulgus putat. Varro Modio (315): 'et hoc interest inter Epi-

---

20—25 Siticines—putant; 3—6 Arcera—solent; 8—14 Trop.—putat.

---

**17—19** *cf. 164. 6; 384. 15* || **17** in *om. edd.* || **18** solum $H^3$ (*cum codd. 164, 384*): obum (*praec.* s) *rell.*: solium *codd. Cic.* || **20—24** *post 55. 7 collocand. videntur* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 15*) || **20** litu $L^1$ || **21** ista $L^1$ || **23** Coniectaneorum *Quich.* || **1** dictum *Mu.* || **6** solebant *Quich.* (*ex Gell.*) || **7** in anno *ed. a. 1476* || **7—8** cum arcera $B^A$: cum macera *L* || **12** luxatum *Quich.* || a *om.* $L^1 C^A D^A$ || **14** Colinam $L B^A$: Culinam $F^3 C^A D^A$ || v. d., n. coq. *Lips.*

curum et ganeones nostros, quibus modulus est vitae culina'. — Plautus Mostellaria (1):

exi é culina, sís, foras, mastígia,
qui mi ínter patinas éxhibes argútias.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'qua fini sit antica et postica. in postica parte erat culina, dicta ab eo quod ibi colebant ignem. locupletiorum domus quam fuerint angustiis paupertinis coactae, ipsa nomina declarant'.

MODESTVM, a modico, hoc est a moderato, positum. Varro Modio (321): 'non eos optume vixisse qui diutissime vixent, sed qui modestissime'. id est modice.

INFANS a non fando dictus est. Cicero in Oratore (56): || 'nam et infantes actionis saepe fructum tulerunt'. — et est quod aut dici non debeat aut fari non possit; nam et infantes usque eo appellandi sunt, donec coeperint fari. Lucilius lib. XIX (5):

ut pueri infantes faciunt mulierculam honestam.

et XV (7):

ut pueri infantes credunt signa omnia aena
vivere et esse homines.

Vergilius Aeneidos lib. II (3):

infandum, regina, iubes renovare dolorem.

Varro Ὄνος λύρας (367): 'voces Amphionem tragoedum, iubeas Amphionis agere partis; infantior est quam meus est mulio'.

---

23 Mod.—pos.; 26 Inf.—est.

---

**15—16** *cf. 119. 7* (*s. v.* ganeones) || **16—18** *cf. 239. 16* || **20** erant *BA* || culina *L*: colina *BA* || **21** vel l. (?) *Mu.* || **24** vixisse *edd.*: dixisse || **25** id est mod. *secl. Mu.* || **4** Lucilius *Iun.*: Curius || **7** ut *Lactantius Inst. I, XXII, 13*: et || **11—12** trogoedum *L*: *secl. On.* || **12** infantior est *On.*: infantiorem (-em *pro* ē, *i. e.* est) || vocés trag., iúbeas ag. Amphíonis | partís, infantiórem quam meus múliost *Mu.* (meust mulio *Roeper.*).

Accius Athamante (189):

priu' quam ínfans facinus óculi vescuntúr tui.

Varro Eumenidibus (122):

postrémo nemo aegrótus quicquam sómniat
tam infándum, quod non áliquis dicat phílosophus.

Cicero de Oratore lib. III (142): 'modo hoc constet, neque infantiam eius qui rem noverit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscitiam illius cui res non subpetat, verba non desint, esse laudandam'.

SARCINATRICIS, non, ut quidam volunt, sarcitricis, quasi a sarciendo, sed magis a sarcinis, quod plurimum vestium sumant. Varro Ὄνος λύρας (363): 'homines rusticos in vindemia incondita cantare, sarcinatricis in machinis'.

PETAVRISTAE a veteribus dicebantur qui saltibus vel schemis levioribus moverentur: et haec proprietas a graeca nominatione descendit, ἀπὸ τοῦ πετᾶσθαι. Varro Epistula ad Caesarem: 'convocat Ptolomaeum cinaedologon, Nicona petauristen, Diona aulopoion'. — idem de Vita Populi Romani lib. II: 'nec minus alio in genere sunt ludi vellites Galli, Germani petauristae'. ||

CVRIAM a cura dictam Varro designat de Vita Populi Romani lib. II: 'itaque propter curam locus quoque, quo suam quisque domo senator confert, curia appellatur'.

---

22—24 Sarc.—sumant; 26—28 Pet.—*πετ.*; 1—18 Cur.—collig.

---

**13—14** *cf. 416. 13* (*s. v.* vesci) || **14** infantis $B^A$: infortis *L*: infans *codd. 416* || vesciuntur $F^3 B^A$: vesciumtur *L*: vescuntur *codd. 416* || **16** quicquam somniat an quicquam somniat: *corr. ed. princ.* (*fueratne in archetypo* quisquam *corr. in mg.* quicquam?) || **20** scitiam || **21** suppeditat $F^3$: subpedit at $L^1$: subpediat (supp.) at $B^A$ || **24** vestitum *Mu.* || suant *Gulielm.* || **27** schenis $B^A$ || **29** cinedo loco (*seq.* n): *corr. Iun.* || **32** vellitis $F^3 B^A$: vellidis *L* || **3** domum: *corr. Me.* || curiam appellat: *corr. Popma* || *fort.* locum . . . curiam appellat (*vel* -ant).

57 M.

LEGIONVM proprietatem a dilectu militum Varro de Vita Populi Romani lib. III dictam interpretatur: 'tum appellatus est dilectus, et ab electione legio. ab hac supervacaneorum consuetudine adscribuntur'.

ASSAS nutrices difficilis multi existimant intellectus. at vero acri intentione potuimus indagare ob eam proprietatem officii eo nomine nuncupari, quod assint his quos nutriant nec vel exiguo divellantur: unde asseculas, ab eo quod assint et omnibus iussis dominorum praesto sint, esse vocitatos.

ENIXAE dicuntur feminae nitendi, hoc est conandi et dolendi, labore perfunctae: a Nixis, quae religionum genera parientibus praesunt. sed elegantior intellectus, ut ex hoc dictae esse credantur, quod vinculis quibusdam periculi, quibus inplicarentur, fuerint exsolutae: nexum enim dicimus aptum et conligatum. Plautus in Amphitryone id probat dicens (488):

uno ut labore exsolveret aerumnas duas.

REMVLCARE dictum quasi molli et leni tractu ad progressum mulcere. Sisenna Histor. lib. I (9): 'siqua celeriter solvi poterat, in altum remulco retrahit'.

CONGENVCLARE est genu replicato cadere. Sisenna Historiarum lib. III (33): 'multi, plagis adversis icti

---

1—18 Cur.—colligatum; 20—21 Remulcare—mulcere; 23 Cong.—cad.

---

4 mitum $L^1$ || 5 dictas $L^1$ || 6 ab el. et *Mu.* || 7 supervacuaneorum || adscribtivi *Me. in Corrigendis* || 8 dificili $L^1$ || 9 indicare $L^1$ || ob eam *om.* $L^1$ || 11 u. et ass. *Mu.* || 14 perfructae *L* || a Nixis quae *Lips.*: mixisque: vel a N. quae *Quich.* || 15 parietibus $L\,C^A D^A$ || 17 exsolae $L^1$ || enixum (*praec.* e) $C^A D^A$ (*cum* $H^2$) || 18 actum: *corr. Mu.* || 19 uno ulabore $L^1$: uno labore $B^A$: (*corr.* $L^2$) || exsolvere terumnas $L^1$ || *fort.* uno lab. exsolvere aer.: uno ut labore absolvat aer. *codd. Pl.* (uno lab. absolvet aer. *Goetz. et Schoell.*) || 20 Remulco Trahere *Quich.*: Remulco *On.* || 21 I $F^3 B^A$ *ut vid.* (*HE; om. P*): II *L* (*cum G*): *fort.* III (*Rhein. Mus. LVII, 203*) || siqua $F^3$: siquae $L\,B^A$ || 22 remulco retrahit $L^1$: remulcare trahit $B^A$ || 23 Congenulare.

et congenuclati, Romanis praecipitatis ipsi supra voluti in caput'. ||

AGILEM, celerem, ab agendo. Sisenna Historiarum lib. III (14): 'agilem dari facilemque victoriam neque fossas aut vallum remoratum'.

EXPEDITI et INPEDITI ex una proprietate habent vocabuli causam, aut exolutis pedibus aut inligatis. Sisenna Histor. lib. IV (73): 'inermos armati, inpeditos expediti sine ullo suorum vulnere cunctos interficiunt'.

TESTVDINES sunt loca in aedificiis camerata, ad similitudinem aquatilium testudinum, quae duris tergoribus sunt et incurvis. Vergilius Aeneidos lib. I (505):

in foribus divae, media testudine templi.

Sisenna Historiarum lib. IV (52): 'Gaius Titinius quidam, cui minus proprietas mentis ab natura tradita videretur, primo ante testudinem constitit; deinde aput consulem causam atque excusationem praeferre coepit'.

INSINVARE est inmitti, quasi sinu accipi. Sisenna Historiarum lib. IV (68): 'agmen perturbatum pedites insinuant ac loco conmovent'.

ADOLERE verbum est proprie sacra reddentium, quod significat votis vel supplicationibus numen auctius facere; ut est in isdem: m a c t e e s t o. et intellegi debet ab eo quod est adolevit, id est crevit, et a d u l t u m, quod est

---

1 Ag.—ag.; 4—5 Exp.—inlig.; 8—10 Test.—incurvis; 16 Ins.—accipi; 18—23 Adol.—propr.

---

**25** congenulati || ipsis (*seq.* s): (*corr. F*) || volvit: *corr. Bentin.*: volvi *Passerat.* || **1** Ailem melerem $L^{1}$ || **3** remoraturum *Me., sed vid. On.* || **6** armat (*seq.* i): *corr. Iun.* || **8** a $L^{1}$ || **11** in] tum *Verg.* || **13** sobrietas *Mu.* || mentis *Iun.*: menis || **15** proferre *Roth.* || **16** Insinuare $D^{A}$: -ri $L\ B^{A}\ C^{A}$ (Insinuari quasi in sinum accipi *index marg. in* $B^{A}$ *et gl.*) || **17** loco movent *Mu.* || **18** est *om.* $L^{1}$ || **19** facere] fieri *codd. Placid. ad Stat. Theb. I,514.*

auctum et aucta aetate aut aliqua causa maius solito factum, ducere proprietatem. Vergilius Aeneidos lib. I (704):

cura penum struere et flammis adolere penates.

idem in VII (71):

adolet cum altaria taedis;

et in Bucolicis (VIII, 65):

verbenasque adole pinguis et mascula tura;

quod est: adde, cumula; et Georgicorum lib. IV (379):

Panchaeis adolescunt ignibus arae.

ACCENSI genus militiae est administrantibus || proximum. Varro Rerum Humanarum lib. XX: ‘ut consules ac praetores qui secuntur in castra accensi dicti, quod ad necessarias res saepius acciantur, velut accensiti’. — quos nunc dicimus, deputati.

NEFARII proprietatem in lib. I de Vita Populi Romani Varro patefecit: ‘a farre; quod adoreum est, id quo scelerati uti non debeant, non triticum, sed far’. — hoc quoque idem adsignificat, quod qui indigni sunt qui vivant nefarii vocantur.

ADOREVM quoque ab eo dictum putat quod cibi ora, id est principium, sit far.

---

18—23 Adol.—propr.; 1—2 Acc.—prox.; 5—17 Nef.—sua.

---

22 et aut aet. *Lips.* || **23—24** *cf. 247. 36* || **25—26** *cf. 247. 39; 440. 8* || **26** adoletque alt. $B^A$ || **27—28** *cf. 247. 33* || **29** *fort.* adcumula (*vide Placid. ad Stat. Theb. I, 514* ergo adolere accumulare) || **2** Rer. Hum. *Scal.*: Rhetoricorum (reth.) || **4** *fort.* adiciantur (*vide Paul. 18* [= *13. 33 Th.*] accensi . . dicti ita, quia ad censum adiciebantur) || accensiti *L*: accersiti $B^A$ || **6** patefecit $F^3$ $C^A$ $D^A$: patefacit *L* $B^A$ || a farre *Nonio dat Mu.* || adhorreum $L^1$: ad reum $C^A$ || id quo *On.*: quo $F^3$ *ex* in quo *ut vid.*: quo $D^A$: in quo $L^1$ $B^A$ $C^A$ (*erat in archetypo* iquo) || **8** vocentur *Mu.* || **9** Adhorreum $L^1$.

PROPITIVM dicitur prorsus pium aut proprie pium; ut apud Terentium in Adelphis (31):

. . . quam ea quaé parentis própitii;

aut certe porro pium, quod est vehementer et valde; ut aput eundem Terentium in prologo Andriae (22):

dehinc út quiescant, pórro moneo, et désinant
maledícere, malefácta ne noscánt sua.

INPANCRARE est invadere: verbum a graeco tractum, quasi πᾶν κρέας consumere. Varro (587): 'ecclesia in regiam arcam inpancrarunt'.

MANSVETVM dictum est quasi manu adsuetum, quod omnia, quae sunt natura fera, manuum permulsione mitescant. unde Vergilius Georgicorum lib. III (186):

et plausae sonitum cervicis amare.

et Aen. lib. VII (490):

ille manu patiens;

quoniam supra dixerat (489):

pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.

CINNVS est conmixtio plurimorum; unde et concinnare dicitur. Cicero in Oratore (21): 'est autem quidam interiectus inter hos medius et quasi temperatus, nec acumine posteriorum nec flumine || utens superiorum, ut cinnus amborum, neutro excellens, utriusque particeps vel utriusque, si verum quaerimus, potius expers'.

---

5—17 Nef.—sua; 18—19 Inp.—cons.; 21—23 Mans.—mitesc.; 29—30 Cinn.—dic.

---

**12—13** *cf. 463. 10* || **13** quam ut ea *codd. 463*: quam illa *codd. Ter.* || **13—14** propiti aut $F^3 C^A D^A$: propiciat ut $L^1$: propitiat aut $B^A$ || **14** porro] pro $L^1$ || ut *om.* *L* || **15** Ter. *secl. Mu.* || **19** ecclesiam: *correxi*: hercules iam *Bue.*, *Vahlen.*: eccos iam *vel* ecce iam *Mu.* || **22** permultione || **22—23** mitescunt $C^A D^A$ || **26** manum *codd. Verg.* || **27—28** *cf. 307. 23* || **32—1** ut c.] vicinus $L^1$ (*cum codd. Cic.*) || **1** in n. *codd. Cic.* || **2** potius *om.* *L*.

ENVCLEATE dicitur purgate, exquisite et sine asperitate aut duritia: ab eo quod nucibus separatis, id est testis, nuculeorum utilis usus habeatur. Cicero in Oratore (28): 'modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum attice dicere'. — idem Tusculanarum lib. IV (33): 'habes ea quae de perturbationibus enucleate disputant'.

RVTVNDVM a rota dictum est vel rota a rutundo. et est rutundum collectum et per omnem circuitum sine offensione asperi aut anguli leve. quam significantiam Cicero in Oratore etiam ad humani ingenii transtulit formam (40): 'Theodectes autem praefractior nec satis, ut ita dicam, rutundus: primus instituit dilatare verbis'.

RABVLA a rabie dictus est: quem nunc advocatum vel causarum patronum dicimus. Cicero in Oratore (47): 'non enim declamatorem aliquem de ludo aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus'. — inde et Sallustius (Hist. IV, 54): 'canina, ut ait Appius, facundia exercebatur'.

MERIDIES manifeste medius dies. Cicero in Oratore (157): 'iam videtur n e s c i r e dulcius. ipsum m e r i d i e m cur non m e d i d i e m?'

INEPTI proprietatem Cicero de Oratore lib. II patefecit (17): 'quem enim nos i n e p t u m vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere dictum quod non sit aptus'.

DEVORSORIA dicta sunt hospitia, a devorsando. Cicero de Oratore lib. II (234): 'quiescam in Caesaris || sermone quasi in aliquo opportuno devorsorio'.

---

3—5 Enucl.—hab.; 8—10 Rut.—leve; 13—14 Rab.—dic.; 18—23 Mer.—devorando.

---

3 sine ase experitate $L^1$ || 4 testis $F^3$ (*etiam* $H^3$): testi *rell.* || 6—7 attici diceret $L$ || 10 ut $C^A$ $D^A$ || angulis $L$ $C^A$ $D^A$ || 11 ingenti $L$ || 12 Thucydides *codd. Cic.*: Theodorus *Ernestius* || 13 anstituit $L$ || 15 de udo $L$ || 16 pertectissimum $L$ || 22 ductum *codd. Cic.* || 23 Devarsoria $L^1$ || devorando $C^A$ $D^A$: devarando $L^1$: devortendo $B^A$: *correxi* (Deversoria a devertendo dicta *index marg. in* $B^A$) || 2 peropportuno *codd. Cic.*

SANNIONES dicuntur a s a n n i s qui sunt in dictis fatui et in motibus et in schemis; quos moros vocant Graeci. Terentius in Eunucho (780):

solus Sánnio servát domi.

Cicero de Oratore lib. II (251): 'quid enim potest tam ridiculum quam sannio est? qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso'.

HEREDIOLI proprietatem indicat Varro de Re Rustica lib. I (10, 2): 'bina iugera, quod a Romulo primum divisa viritim, quae heredem sequerentur'.

LEGVMINA Varro de Re Rustica lib. I dicta existimat quod non secentur, sed [quod] legantur (23, 2): 'cetera quae velluntur *e terra, non subsecantur; quae quod ita leguntur,* legumina dicta'.

PORCAE agri, quam dicimus, significantiam Varro designat de Re Rustica lib. I (29, 3): 'qua aratrum vomere lacunam, striam facit, sulcus vocatur. quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur p o r c a, quod ea seges frumentum porricit'. — Accius Parergorum lib. I (1):

bene proscissas cossigerare † ordine porcas bidenti ferro
rectas dereuere †.

porcae sunt signa sulcorum, quae ultra se iaci semina prohibeant; p o r c e r e enim prohibere saepius legimus.

---

3—4 Sa.—graeci; 10 Her.—indicat; 13—19 Leg.—porr.

---

3 sanniis || 4 montibus *L* || schenis (sce.): (*corr. Montepess.*) || 8 qui ore *Cic.*: quiare *L*: quare *B*ᴬ || 9 motibus *edd.* || ip. corp. rid. *codd. Cic.* || **10** Haeredii *Ald.* || **12** sequentur: sequerentur heredium appellarunt *cod. Varr.* || **14** non quod sec. sed quod leg.: *corr. Quich., Mu.* (Legumina dicta quod legantur non secentur *index marg. in B*ᴬ *et* (secuntur) *gl.*) || **15** e terra — leguntur *om.* (*propter homoeotel.*) || **17** qua *Varr.*: quae || **18** istriam || fecit *codd. Varr.* || **18—19** secus f. porrigit: secus f. porrigitur *On.* || **20** venae *Mu.* || **21** r. deruere *Ald.*: r. cernere *Mu.*: r. dirimere *Havet.* (*Rev. Philol. 1891, p. 130*) || *fort.* . béne proscissas (*sc.* liras) quó signaret órdine, | porcás bidenti férro rectas éruens || **22—23** *secl. Mu.*

OCCATIONIS proprietas his indiciis aperitur. Varro de Re Rustica lib. I (31, 1): 'et postea occare, id est comminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dictum'. — Serenus (2):

occátio occaecátio est.

POMORVM a Varrone proprietas explanata est de Re Rustica lib. I (31, 6): 'aquam addi cotidie vesperi; ‖ a quo, quod indigent potui, poma dicta esse possunt'.

FRACCESCERE, tamquam friari et putrefieri vetustate. Varro de Re Rustica lib. I (55, 5): 'haec, de qua fit oleum, congeri solet acervatim dies singulos in tabulata, ut ibi mediocriter fraccescat'.

LIXARVM proprietas haec est, quod officium sustineant militibus aquae vehendae; lixam namque aquam veteres vocaverunt; unde elixum dicimus aqua coctum. lixa etiam cinis dicitur vel umor cineri mixtus; nam etiamnunc id genus lexivum vocatur. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'proinde ut elixum panem ex farre et aqua frigida fingebant'.

CALONVM quoque proprietas haec habetur, quod ligna militibus subministrent: κᾶλα enim Graeci ligna dicunt. ut Homerus (cf. Il. VIII, 547):

ἐπὶ δὲ ξύλα κᾶλ' ὑπέθεντο.

CONFLVGES, loca in quae rivi diversi confluant. Livius Andromeda (18):

cónfluges ubí conventu cámpum totum inúmigant.

---

24—5 Occ.—fracc.; 6—10 Lix.—voc.; 12—15 Cal.—confl.

---

1 (a quo)—2 *cf. 502. 21* (*s. v.* dat. pro abl.) ‖ 2 potu $C^A$ $D^A$ (*cum cod. Varr.*) ‖ 3 fricari $B^A$ ‖ 8—9 lix etiam (*pro* lixaetiam): *corr. Mu.* (*cf. Class. Rev. V, 10*) ‖ 11 ferre $L^1$ ‖ 12 haec *om.* $L^1$ ‖ 13 subministret (summ.) ‖ graeci (gre.) (*cum* $H^3$) ligna dicunt *L* (*cum PE*): graece l. dicuntur $C^A$ $D^A$ (*cum* $H^2$? *G*) ‖ homerum $C^A$ $D^A$ *ut vid.* ‖ 14 πιαεξυλαλυπεθεντο (*turbavit* $C^A$: *om.* $D^A$): ἐπὶ δὲ ξύλα πόλλ' ἐλέγοντο *codd. Hom.* ‖ 17 confluges $F^3$: confluge *L* $B^A$ ‖ conventum: *corr. Iun.*

CONSEDO, a consedendo, ut adsedo vel adsessor. Cassius Hemina Annalium lib. IV (33): 'nemo vicinus consedo'.

CONTICINIVM, noctis primum tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt. auctores multi sunt mihi, sed auctoritate deficiunt.

DELIBRATVM, decorticatum; ut deartuatum, per artus discissum. Vergilius Georgicorum lib. II (77):

udoque docent inolescere libro.

EXTEREBRARE est vi aliquid extorquere et scrutari aut curiosius quaerere. Plautus in || Astraba, cum in curiosum iocaretur (14):

térebra tu quidém pertundis.

GRVMAE sunt loca media, in quae directae quattuor congregantur et conveniunt viae. est autem gruma mensura quaedam, qua fixa viae ad lineam deriguntur, ut est agrimensorum et talium. — Ennius lib. XVIII gruma derigere dixit (494):

degrumare forum.

Lucilius lib. III (4):

viamque
degrumabis, uti castris mensor facit olim.

LVCVLENTVM, pulchrum et bonum et perspicuum: dictum a luce. Licinius Macer Annali lib. I (6): 'auspicia

---

18 Cons.— adsess.; 20—24 Cont.— disc.; 26—1 Ext.— quaer.; 3—6 Gru.— agrim.; 11—12 Luc.— luce.

---

**20** Concinium $L^1$ || **21** conciscunt $L^1$ || mihi *Iun.*: miri || **23** artum $L\,C^A$: artus $B^A\,D^A$ || **24—25** *cf. 451. 19* || **26—27** ext. aut cur. quaer. et scr. *Mu.* || **1** incuriosum $F^3$: incuriosus $L\,B^A$ || locaretur || **2** terebratum qu.: *corr. Turneb.* (-tum *pro* tú) || **4** gruma $L\,C^A\,D^A$ *ut vid.*: grumma $B^A$ (*cum Montepess., Oxon.*) || **5** fixae: *corr.* $B^A$ || **6** gr. der. *secl. Vahlen., etiam* dix. *Mu.* || *fort.* degrumare *addend.* || **7** degrumare forum *Vahlen.*: degrumari ferrum || **10** degrumatus *On.* || ut: *corr. Mu., On.*

pulchra et luculenta conmemorat'. — Plautus Cornicula (65):

púlchrum et luculéntum hoc nobis hódie evenit proélium.

LOGI, a graeco sermone, dicta ridicula et contemnenda. Cicero pro Gallio (5): 'ego te certo scio omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertisse'. Turpilius Canephoro (11):

'testamentum érgo celabís?' — 'logi.'

FVLGORATORES. ut extispices et aruspices, ita hi fulgurum inspectores. Cato de Moribus Claudi Neronis (20, 2): 'haruspicem, fulguratorem siquis adducat'.

MOLETRINA, a molendo, quod pistrinum dicimus; ut furatrina aut fetutina. Cato in Thermum (12, 2): 'nervo, carcere, moletrina'.

PANIS proprietatem a pascendo putant veteres aestimandam. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'pastillos et panes; haec vocabula pastus, quod esse pascere dicebant'.

MVSTVLENTVM, ut vinulentum et faeculentum. Plautus Cistellaria (382):

nam ita mústulentus || aéstus nares ádtigit;

ut sit odor musti aut musto oblitus ac madens.

---

15 Log.—cont.; 19 Fulg.—arusp.; 22—6 Mol.—fidem.

---

**15** sermone dicta $F^3$: sermone vel dicta *rell.*: sermones (*ed. a. 1476*), dicta vel *Me.* || **16** certo $L\ B^A$: certe $H^3$ || **19** ut extorum extisp. *Mu.* || (Fulguratores a fulmine extispices ab extis aruspices ab aris *index marg. in* $B^A$) || **23** feratrina: *corr. Havet.* (*Rev. Phil. XX, 22*): ferratrina *Me.* || aut *L*: ut (*praec.* a) *rell.* || **24** a *om.* $L^1$ || **24—25** aestimandum || **26** hae *L* || a pastu *vel* a pastu sunt *Mu.* || esset: *corr. Mu.* || **27** et vin.: (*corr.* $H^2$ (?) *mg.*) || ut f. $B^A$ || must. et (ut $C^A\ D^A$) vin. ut faculentum (*sic*) *repet. post* cavilletur (*v. 4*) $L^1\ C^A\ D^A$ || **27—1** *cf. 415. 15* (*s. v.* ventus) || **1** itta $L^1$ || aestus *codd. h. l.* (estur $L^1$): ventus *codd. 415* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 106*).

CONVICIVM dictum est quasi e vicis logi, in quîs secundum ignobilitatem loci maledictis et dictis turpibus cavilletur.

PROLVBIVM est * * * (trag. inc. 226):

*prolubium est* pétere amicitiam ét fidem.

Accius Andromeda (106):

múliebre ingeniúm, prolubium, occásio.

Naevius Colace (30):

ét volo et vereór et facere in prólubio est . . . .

Laberius Conpitalibus (33):

quó quidem
me á matronalí pudore prólubium meretrície
prógredi coégit!

Varro de Lingua Latina lib. IV (fr. 7): 'prolubium et [pro] lubidinem dici ab eo quod lubeat: unde etiam lucus Veneris Lubentinae dicatur'.

PEDATO positum pro repetitu vel accessu, quasi per pedem, sicuti nunc vulgo dicitur, tertio pedato. Cato Originum lib. I (28): 'igitur tertio pedato bellum nobis facere'. — idem in Dissuassione de Feneratione (6, 2): 'tertio autem pedato item ex fenore discordia excrescebat'.

PRAECLAVIVM, pars vestis quae ante clavum texitur. Afranius Omine (229):

tértium diém praeclavium únum texere . . .

---

22—6 Mol.—fidem; 18—19 Ped.—pedato; 23 Praecl.—tex.

---

3 vitiis: (*corr. H*[2]) || logi in quis *On.*: locum qui: iocum q. *Me.* || 4 cavillentur *Lips. ant. lect. I, 2* || 5—15 Proluvium || 5—6 *restit. Lips. ant. lect. IV, 17, On.* || 6 patere: *corr. Lips.* || 13 meretricis: *correxi*: meretricium *Ribb.* || 15 IIII *F*[3]*B*[A]: V *L* || proluviem (-vium *E*[1]) || 16 proluvidine *L*[1]: porro lubidinem (?) *Mu.* || 17 lubentina (lib. *L*[1]) || 18 accensu *L* || 19 tert. ped. *secl. Mu. fort. recte* || 21 fecere *Acidal.* || 25t ert.] totum *Bue.*

idem Fratriis (179):

mea nútrix, surge, sí vis; profer púrpuram.
praeclávium contéxtumst.

PROPAGES est series et adfixio continuo vel longe ducta. pages enim conpactio; unde conpages et propagare genus, iuge, longe mittere. Pacuvius Antiopa (20):

salvéte, gemini, méa propages sánguinis.

Ennius (Ann. 587):

nobis unde forent fructus vitaeque propagmen.

PRAEGRADAT, antevenit, dictum a gradu. ‖ Pacuvius Atalanta (48):

éxtremum intra cámterem ipsum praégradat
Párthenopaeum.

PROMICARE, extendere et porro iacere; unde emicare. Naevius Agrypnuntibus (15):

si quidem loquí vis,
non pérdocere múlta longe prómicando, oratiost.

PRAEVIVS dictus est antecedens. Cicero Alcyonibus:

hunc genuit claris delapsus ab astris
praevius Aurorae, solis noctisque satelles.

---

29—31 Prop.—mittere; 1 Praegr.—gradu; 8 Praev.—antec.

---

26 item $F^3$ ‖ 28 contextum $F^3$: contextus *rell.* ‖ 29 afflictio $B^A$ ‖ iuge d. *Quich.* ‖ 30 compatio $C^A D^A$ ‖ 31 iuge emittere (*del.* longe) *Mu.* ‖ 31—32 *cf. 221. 9* ‖ 33—34 *cf. 221. 11* ‖ 34 novis *codd. h. l.*: bonis (bonis sec.) *codd. 221*: *corr. Iun.* ‖ florent *codd. h. l.* ‖ propaginem *codd. h. l.*: propagimen (-gmen) *codd. 221* ‖ 1 Praegreditur: *corr. Mu.*: Praegradat, praegreditur *Iun.* ‖ Atalanta *Iun.*: tantalo ‖ 2—3 Parth. praegr. *Quich.* ‖ parthenoreum: *corr. Scal.* ‖ 4 a micando, unde *Mu.* ‖ 7 promicanda *edd.* (*interrogative,* m. l. p. oratiost?) ‖ 8 alcion: *corr. Quich.* ‖ 8—9 Cic., Alcyon hunc g. *Nobb.*: Cic. Alc., Lucifer hunc g. *On.* ‖ 9 claris *ed. princ.*: cladis *L*: claudis $B^A$.

DIGLADIARI dictum est dissentire et dissidere: dictum a gladiis. Cicero Academicorum lib. I (fr. 1): 'quid autem stomachatur Mnesarchus? quid Antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus?' — idem III (fr. 12): 'digladiari autem semper, depugnare in facinorosis et audacibus, quis non cum miserrimum, tum etiam stultissimum dixerit?'

AEQVOR, ab aequo et plano Cicero Academicorum lib. II vocabulum accepisse confirmat (fr. 3): 'quid tam planum videtur quam mare? e quo etiam aequor illud poetae vocant'.

MAENIANA ab inventore eorum Maenio dicta sunt; unde et columna Maenia. Cicero Academicorum lib. IV (21) (II, 70): 'interim ille, cum aestuaret, veterum, ut Maenianorum, sic Academicorum umbram secutus est'.

NATRICES dicuntur angues natantes. Cicero Academicorum lib. IV (27) (II, 120): '(sic enim vultis) tantam vim natricum viperarumque fecerit?' — Lucilius Satyrarum lib. II (21):

si natibus natricem inpressit crassam et capitatam.

EXVLTARE dictum est exilire. Cicero Academicorum lib. III (fr. 13): 'et ut nos nunc sedemus ad Lucrinum || pisciculosque exultantes videmus'. — Vergilius Aeneidos lib. III (557):

exultantque vada atque aestu miscentur harenae.

EXCORDES, CONCORDES, VECORDES ex corde significantiam ducunt. Cicero Tusculanarum lib. I (18): 'aut

---

11—12 Digl.—glad.; 17—20 Aeq.—sunt; 24 Natr.—nat.; 28 Ex.—ex.; 4—12 Exc.—prob.

---

**13—14** (digladiatur $F^1$, *cum codd. Cic.*) || **19** e quo etiam *om.* $C^A D^A$ || **20** moenia *L*: menia $C^A D^A$: monia $B^A$: (moenio $G^2$) || **23** umbram *Cic.*: viam || **1** pisculos: (*corr.* $F^2$) || videmus *Cic.*: videamus || **3** extumescentur $L^1$ || **4** Exc. concordesve (vae) ex: *corr. On.* (*cf. Amer. Iourn. Phil. XXII, 37*).

unde, magna dissensio est. aliis cor ipsum animus videtur: e quo excordes, vecordes, concordes dicuntur'.

MANVM dicitur clarum: unde etiam m a n e post tenebras noctis diei pars prima; inde M a t u t a, quae graece *Λευκοθέα*. nam inde volunt etiam deos M a n e s manes appellari, id est bonos ac prosperos, quod melior mors sapientioribus quam vita probetur. Cicero Tusculanarum lib. I (28): 'quid? Ino, Cadmi filia, nonne *Λευκοθέα* nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris?' — inde i n m a n e s, non boni, ut saepe.

FODICARE est fodere: a fodiendo dictum. Cicero Tusculanarum lib. III (35): 'non est enim in nostra potestate, fodicantibus eis rebus quas malas opinamur, dissimulatio vel oblivio'.

POLITIONES, agrorum cultus diligentes: ut p o l i t a omnia dicimus exculta et ad nitorem deducta. Ennius Satyrarum lib. III (16):

testes sunt
lati campi, quos gerit Africa terra politos.

idem Annali lib. IX (332):

rastros dentefabres capsit causa poliendi
agri.

Varro (Men. 589): 'quid mirum? ex agri depolitionibus eiciuntur; hic in cenaculo polito recipiuntur'.

PRAEFICAE dicebantur aput veteres quae adhiberi solent funeri, mercede conductae, ut et flerent et fortia facta laudarent. Plautus in Frivolaria (84): ||

superáboque omnis árgutando praéficas.

---

4—12 Exc.—prob.; 15 Fod.—dic.; 18—19 Pol.—deducta; 27—29 Praef.—laud.

---

6 dissensionestatilis $L^1 C^A D^A$ || animis $C^A D^A$ || 7 concordesque $B^A$ (*cum codd. Cic.*) || 9 mutata $C^A D^A$ || 10—11 d. manes app. $C^A D^A$ || 11 quod mel. mors *om.* $L^1$ || 12 sapientoribus $L$ || 13 qui $L^1$ || 14 mutata $L^1$ || 15 est fod. *edd.*: et fod.: *del. Quich.*: ecfodere *On.* || 23 ratros $L$ || dentiferos *Hugius*: dentifabros *On.* || 26 inpolito *On.* (*Class. Rev. III, 247*) || 27 solerent *Quich.*

idem Truculento (496):

praéfica,
quae álios conlaudáre, eapse *sése* vero nón potest.

Lucilius lib. XXII (XXVII, 18):

. mercede quaé conductae flént alieno in fúnere,
praéficae multo ét capillos scíndunt et clamánt magis.

Varro de Vita Populi Romani lib. IV: ‘dein neniam cantari solitam ad tibias et fides † eorumque ludistricas cursicassent. † haec mulier vocitata olim praefica usque ad Poenicum bellum’.

PAREVTACTOI, qui de pueritia veniunt ad pubertatem: a graeco vocabulum sumptum. Lucilius lib. IX (71):

unde pareutactoe, chlamydes ac barbula prima.

idem XX (XXVIII, 28):

tuum ephébum quendam, quém pareutactón vocant.

Varro de Compositione Saturarum:

pareútactae adsunt, múlier quae muliér, Venus. [caput]

PROLETARI dicti sunt plebei, qui nihil rei publicae exhibeant, sed tantum prolem sufficiant. Cato de Tribunis Militum (30, 1): ‘expedito pauperem, plebeium atque proletarium’. — Cassius Hemina Annali lib. II (21):

---

11—12 Par.—sump.; 18—19 Prol.—suff.

---

3 praefica *Pl.*: praeficas || 4 conlaudare a se vero: conlaudate apsa (abse) se vero *codd. Pl.*: conlaudat eapse sese *Both.* || 5 XXVII *Mu.* || 8—9 (fid.) *cf. 145. 26* (*s. v.* nenia) || 8 IIII *L B^A* (*cum codd. 145*): III *F^3* || 9 cantari s. *codd. 145*: cantoris s. *F^3 B^A*: cantaoris s. *L* || solitam *F^3* (*cum codd. 145*): solatam *L B^A* || eorum qui ludis Troicis *Scal.* || 10 cursitassent *ed. princ.* || 11 Parectato hi qui: *corr. Bue.* (*Rhein. Mus. 1894*) || 13 inde *B^A* || parectato e || calamides || 14—15 XXVIII eph. *Mu.* || 15 voc. praeutacton *L^1*: voc. parectaton *B^A*: *transp. On.* || 17 pareutactae *F^3*: praeutactae *L*: parectate *B^A* || mul. quae mul. *tuetur Friedlaender. ad Petron. 42* || caput *seclusi* (*Philolog. LV, 167*) || 20—21 atque prol. *F^3 B^A*: *om. L.*

'tunc Marcius pro consule primum proletarios armavit'. — Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'quibus erant pecuniae satis, locupletis, adsiduos; contrarios proletarios. adsiduo neminem vindicem voluerunt [locupleti]'.

PROSAPIA est generis longitudo: dicta a prosupando aut proserendo. Cato Originum lib. I (29): 'veteres prosapia'. — et multa alia aput multos.

OPTIONES in cohortibus qui sint honesti gradus, ut optatos, quod est electos, et adoptatos, || quod adscitos, Varro de Vita Populi Romani lib. III existimat appellatos: 'referentibus centurionibus et decurionibus adoptati in cohortes subibant, ut semper plenae essent legiones. a quo optiones in turmis decurionum et in cohortibus centurionum appellati'.

---

25—26 Pros.—proser.; 28—2 Opt.—adsc.

---

21 Marcius (*Lips.*) pro consule *Peter*: marcus praeco: M. praetor *Lips.* || primus *Freinshemius ad Flor. III, 1, 13* || prolaterios $L^1$ || 22 erat *Mu.* || 23 locupleti *secl. Quich.*: vol. nisi adsiduum id est locupletem *Turneb.* || 25 Prosapia est *On.*: Prosapie (*pro* -a ē, *i. e.* -a est) $L^1$ $C^A$ $D^A$: Prosapies $B^A$ || 26—27 veteris prosapiae *Iordan.*: veteris prosapie *Mu.*: veteres prosapiae *On.* || 27 talia *Mu.* || 28 (sunt *P*) || 1—2 quodquod (quotquot) adsc. (asc.): *corr. edd.* || 3 referentibus *quidam ap. Bentinum*: referentur || et dec. $F^3$: *om.* $L$ $B^A$ || 4 in coh. et in turmas sub. *Mu.* || esset $L^1$ || 5 dinturmis *L.*

# II.

## INCIPIT
## DE HONESTIS ET NOVE VETERVM DICTIS
### PER LITTERAS.

## ID EST PER A LITTERAM.

APVD, iuxta. Sisenna Historiographus lib. IV (116): 'dum pristinum vinum apud ignem per sudorem corpore exhauserunt'. — M. Tullius de Officiis (de Republica III, 40): 'cuius focum mirari solitus Cato; apud quem ille sedens Samnitum, quondam hostium, iam clientium suorum, munera repudiaverat'. — et de Oratore lib. II (12): 'cum etiam tum in lecto Crassus esset et apud eum Sulpicius sederet'.

APISCI, invenire. Sisenna Historiographus lib. IV (94): 'itaque postero die legatos Iguvium redeuntis apiscitur'.

---

7—13 INC.—exh.; 18 Ap. inv.

---

8 HONEST. (*sic*) $F^3$ (foll. 42 v.—43 r., *i. e.* p. 101 M.): HONESTIS $B^A$ *ut vid.* $F^3$ (*h. l.*): INHONESTIS $L$ $C^A$ $D^A$ || HONESTE SET NOVE *Mu. fort. recte*: HONESTE SEV NOVE *On.* || **10** ID EST (id est I $C^A$: *om.* $D^A$) PER (populi romani $L$) A LITTERAM $F^3$ $L$ $C^A$ $D^A$: PER A LITTERAM INCIPIT $B^A$: INCIPIT PER A LITTERAM *Mu.* || **11—69. 4** *fort. post 71. 2 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *pp. 37, 91*) || **11. 18** Historiarum *ed. a. 1476* || **13** de Off. * * * idem de Rep. lib. III *edd.* || **12—14** *cf. 522. 26, ubi locus prorsus aliter scriptus est* || **14** cuius *om.* $L$ || capto: (*corr.* $H^2$) || **16** suore $L$ || **17** intellecto || **18** Aspici $L$ || **19** post. deligato siguvium: *corr. Iun.*, *Turneb.*, *Havet.* (*Mel. Graux, p. 811*) || aspicitur $L$.

ABSTEMIVS. *Varro*: '*abstemius* est, immo scit quo rete leporem teneat lupum non teneri'. Apuleius in libro Ludicrorum (1):

séd fuisti quóndam Athenis párcus atque abstémius.

Lucilius Satyrarum lib. VI (20):

† thaunomeno, inquit balba, sororem
lanificam dici, siccam atque abstemiam ubi audit.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'quantopere abstemias mulieres voluerint esse, vel ex uno exemplo ‖ pote videri'.

ADIPATVM veteres honeste pro pingui et suculento et opimo posuerunt. Cicero in Oratore (25): 'adsciverunt suis *aptum* auribus opimum quoddam et tamquam adipatae dictionis genus'.

ADAMARE. Cicero Academicorum lib. II (fr. 4): 'qui enim serius honores adamaverunt, vix admittuntur ad eos, nec satis commendati multitudini possunt esse'.

ADSTIPVLARI positum est adsentiri. Cicero in Academicis libro IV (20) (II, 67): 'falsum esse Stoici dicunt et eorum adstipulator Antiochus'.

ADDICTVM est quasi devotum vel obnoxium. Cicero Tusculanarum lib. II (5): 'qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt'.

---

20—22 Abst.—abst. in lib. lud.; 2—3 Adip.—pos.; 5—11 Adam.—obnoxium.

---

20 *rest. Roth.* ‖ (Abstemius, sobrius *index marg. in* $B^A$: Abstenens subrius *gl.*) ‖ 21 aplileius $L^1$: apelius $C^A$ (*non Turic.*) $D^A$ ‖ in lib. Lud. *post* abst. *v. 22*: *transp. edd. Haec verba* lib. Lud. *cum excessissent versus modum in spatio vacuo ad sequentis versus finem scripta sunt*, *deinde verbo* in *aucta* (*cf. ad v. 22*) ‖ 22 sed. *Quich.*: in se (*cf. ad v. 21*): sei *Mu.* ‖ parcus *ed. princ.*: paucius ‖ 24 thaunomeno *an* thaunameno *incert.* $F^3$: thaunumeno *L*: thaunomeno $B^A$: θαῦμα μεγ' *Mu.*: θαῦμα μὲν *Lachm. Opusc. p. 73* ‖ balba *Dousa pater*: valva ‖ 1 pote $L^1$: potest $B^A$ ‖ 4 aptum suis auribus *codd. Cic.*: suis artibus (*pro* suis aptibus?) ‖ 8—9 Academicorum *Mu.*

AQVILEX. Varro Quinquatribus (444): 'an hoc praestat Herophilus Diogenem, quod ille e ventre aquam mittit? at hoc te iactas? at hoc pacto utilior te Tuscus aquilex'.

EQVIMENTVM positum est non aequamentum, quasi parem vicem, sed merces pro eo quod dicitur admissum. Varro Sexagesi (502): 'an, si equam emisses quadripedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum poposcissem, dedisses equimenti?'

AERIFICVM dictum quod fit ex aere. Varro *Γνῶθι σεαυτόν* (201):
nihil súnt Musae, Polyclés, vestrae,
quas aérifice duxtí.

APLVDAS frumenti furfures dicunt rustici veteres. hoc in antiquis invenitur, quorum in dubio est auctoritas; quamquam et Plautus in Astraba || fabula (16) ita dixerit. cuius incertum est an sit ea comoedia; atque ideo versus eosdem ponere supersedimus.

ADVLTERIONEM pro adultero Laberius Cophino (fr. II). quem si quis legere voluerit, ibi inveniet et fidem nostram sua diligentia adiuvabit.

ANTICIPARE posuerunt veteres praevenire, hoc est antecapere. Varro Bimarco (48):

---

14—18 Aq.—admiss.; 21 Aer.—aere; 24—25 Apl.—auct.; 3—7 Adult.—est antec.

---

**14—15** (Diog.) *cf. 371. 21* (*s. v.* praestare, antecellere) || **15** herofilius *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || diogenis *codd. h. l.*: diogene *codd. 371*: *correxi* (*Class. Rev. XVI, 50*) || **16** at *pri. del. Ries.* || **17** Eq. *L* $C^A$ *ut vid.*: Aeq. $B^A$ $D^A$ || **18** (admissus *Paris. 7666 P*): -ura *Oehler.* || **19** seiquam *Mu.* || **20** dedisse: *corr. Ald.* || equamenti (aeq.) || **21** Aerificium (Er.) *L* $B^A$ || **21—23** *cf. 283. 33* (*s. v.* ducere, fabricare) || **22** policis *codd. utrobique*: Polyclis *Lips.* || **23** quasi *codd. h. l.* || duxi $B^A$: dixi *L*: duxti *codd. 283* || **24** flumenti $L^1$ || dixerunt *Quich.* || **1** quam et *L* || **2** ea *Quich.*: eius || **3** coprino $C^A$ $D^A$ (*cum H corr.*): quo prino *L* $B^A$: cophino *codd. Gell. XVI, 7.*

ipse † fistis dicíte labdae et vivós contemnite vívi,
antícipate atque addíte calcar, stultós contemnite dócti.

AVRIGATVR honeste positum pro moderatur ac regit. Varro Modio (316): 'asse vinum, asse pulmentarium, secundas, quo natura aurigatur, non necessitudo'.

ARCHITECTARI. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (52): 'an quod ita callidast, ut optime possit architectari voluptates?'

AIAT, quod est dicat. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum (II, 70): 'quasi ego id curem, quod ille aiat aut neget'.

ANELLVS. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (3): 'nec tamen Epicuri licet oblivisci, si cupiam; cuius imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis et in anellis habent'.

AMATIO. Plautus Rudente (1204):

nimi' paéne inepta atque ódiosa eius amátio est.

ADESVM, consumptum. Sisenna Historiarum lib. III (16): 'isdem temporibus Aesernini, duplici fossa valloque || circumdati, frumento adeso quod ex areis in oppidum portatum est'.

ADTENDERE pro intendere, cogitare. Cicero de Oratore (I, 161): ''nihilne vobis in mentem venit quod praeterea

---

10 Aur.—reg.; 13 Arch.—malorum; 22—24 Am.—cons.; 3 Adt.—cog.

---

8 psephistis *vel* his psephistis *Bue.*: *fort.* ipsi physicis || labdeae: *corr. Scal.* || ipseí scitis δὸς καὶ λάβ', id est: sivís contendite sívi *Mu.* || **11—12** *cf. 354. 2* (*s. v.* necessitudo) || **11** ad se unum esse *codd. h. l.* || **12** quoi *Mu.* || **13—14** et malorum et marcus lib. II (*etiam v. 17*): *corr. ed. a. 1476* || **14** callida est *codd. Cic.*: classidas || **16** quod *secl. Mu.* || **17** lib. II qua. *Mu.* || quid il. *codd. Cic.* || **19** Epicuri *Cic.*: epicureum (*pro* -rum?): *fort.* -rum || **21** habebant (ab.) || **25** Aesernini *Ald.*: eserenni || **1** ariis $L^1$: arvis *Mu.* || **3** cogere *L* || **4** nihil in oratore in m. *L* || nobis $F^3$ || quod *Cic.*: quid.

a Crasso requiratis?" — "id me Hercules ipsum, inquit, adtendo".

ADCOMMODAT, adiungit, adplicat. Cicero de Oratore lib. II (250): 'Africano illi superiori, coronam sibi in convivio ad caput adcommodanti'. — Vergilius Aen. lib. II (393):

laterique Argivum adconmodat ensem.

AVTVMNITAS pro autumno. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (458): 'retinet viatorem meridie praetereuntem fontem, quod autumnitas in anni tetrachordo μέσην praeterierat'. — idem Quinquatrubus (443):

cape hánc caducam Líberi mollém dapem
de frónde Bromia autúmnitatis úvidam.

neutro Varro Ephemeride Navali: 'etesiae diutius et uberius flabant et autumnum ventosum fuerat'.

ARITVDINEM pro ariditate. Varro Prometheo Libero (428):

humánae quandam géntem stirpis cóncoquit,
frigús calore atque úmore aritúdinem
miscét.

ABORIATVR pro abortet. Varro Gallo vel Fundanio, de admirandis rebus (7): 'vinum, quod ibi natum sit in quodam loco, si praegnans biberit, fieri ut aboriatur'.

---

6 Adc.—appl.; 10—17 Aut.—ariditate; 21—1 Abor.—serv.

---

5 idem herculis: id mehercule *codd. Cic.*: *corr. Me.* || 7 in *om. L* || 8 adcommodant (acc.): -anti *Cic.* || 8—9 *cf. 244. 17* || 10—12 *cf. 193. 20* || 12 fons *Guietus* || tetraordo *codd. h. l.* || μέσην *On.*: mensem *codd. h. l.*: mensum *codd. 193* || 12—13 *cf. 254. 13 (s. v.* capere) || 13 care hanc *codd. h. l.* || caducum *codd. h. l.* (*corr.* $G^1$) || dapem *codd. 254*: depen (*seq.* de) *codd. h. l.* || 14 frondem: *corr. Scal.* || bromi (*seq.* a): *corr. On.*: Bromiae *Scal.* || autumnitatis $F^3$: autumnitalis $L\ B^A$: autumnitas $C^A\ D^A$ || ubidam: uvida *Mu.* || 15—16 *secl. Quich.* || 15 etesiae *Ald.*: ellesiae || 16 flavant: flarant *Roth.* || 17 *fort.* -tem || 18 humanae *Scal.*: humanarum || conquit: *corr. Iun.* || 21 pro abortu: *corr. index marg. in* $B^A$: pro abortum faciat *Mu.* || V. pro callio $L\ B^A$: V. pro gallio $C^A\ D^A\ H^3$ || 22 rebus *del. Quich.* || ubi $C^A\ D^A$.

ADVLESCENTIARIS. Varro Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐκαιρίας (550): ‘tu quidem ut facias censeo, quoniam tu quoque adhuc adulescentiaris’.

ANCILLANTVR pro serviunt. Titinius ‖ Prilia (70):
verum énim dotibu’ delíniti ultro etiam úxoribus ancíllantur.

Accius Meleagro (442):
quam invíta ancillans dícto oboedierís viri.

ABSONVM, sine sono. Cicero de Oratore (I, 115): ‘sed sunt quidam aut ita lingua haesitantes aut ita voce absoni’.

ALGV pro algore. Accius Andromeda (111):
mísera obvalla sáxo, senio, paédore alguque ét fame.

Varro Ἔχω σε, [aut] περὶ τύχης (171):
† leges ruina ne iacentem subdealbet algu danti frigore. †

Lucilius (inc. 81):
† nantam algu atque nigrore maius. †

Lucretius lib. III (732):
morbis alguque fameque.

---

21—1 Abor.—serv.; 5 Abs. sine sono.

---

24 Adul., luxuriaris *ind. marg. in* $B^A$ ‖ 25 EYTEPIA AC tu quidem ut faciat: εὐκαιρίας (*Bue.*), actum quidem ut faciat *Ald.* ‖ facias *vel* taceas *Erycius Puteanus* (?) *in exemplari ab Hertzio* (*Münch. Gel. Anz. XX*, *507*) *memorato* ‖ geneseo $L^1$ ‖ 1—2 *cf. 278. 14* (*s. v.* delenitus) ‖ 1 proelia ‖ 2 delinito *L* ‖ 4 oboediens (obe.): *corr. Mu.* ‖ 8 misere *Both.* ‖ obvallata *Delrius* ‖ 9 ethos aut: ἔχω σὲ ἢ *Iun.*: aut *del. Mu.* ‖ 10 leges $F^3 B^A$: leges *an* ieges *incert. L*: teges *Scal. Catal. p. 232* ‖ pruina *Passerat.* ‖ subdealbet $F^3$: subdeabbet $L B^A$ ‖ sub dio (deo) dealb. *Scal.* ‖ *fort.* ruina ne iacentes subdealbet, | algu deleantur (*vel* laedatur), frigore ‖ 12 nautam *Iun. mg.*: manca *Mu.* ‖ rigore *Gerlach.* ‖ manus *Iun.* ‖ *fort.* narcam al. ac frigore m. ‖ 13 IIII *L*.

AETATEM positum pro saepe aut diu. Plautus Asinaria (284):

adeo ut aetatem ambo ambobus sint obnoxii.

idem eadem (274):

aétatem velím servire, Líbanum ut cónveniam modo.

ALTILE, non solum pingue, ab alendo, verum etiam opulentum. Plautus Cistellaria (305):

prohibét divitiis máximis, dote áltili atque opíma.

ASSVLATIM, ut minutatim. Plautus Captivis (832):

príu' quam pulsando ássulatim fóribus exitiúm dabo.

Sueius Pullis (fr. III):

† escam hic iure inops pullo da asscit illae simul assu-
latim vis aias sumit cibum. †

Plautus Menaechmis (859):

. . . nisi dédolabo ássulatim víscera.

ANXITVDO. Attius Eurysace (349):

persuásit maeror, ánxitudo, errór, dolor.

idem Armorum Iudicio (154):

úbi cura est, ibi ánxitudo acérba, ibi cuncta cónsiliorum,
rátio et fortuna haésit.

---

15 Aet.—diu; 19—20 Alt.—op.; 22 Ass. ut min.; 29—33 Anx.—haesit.

---

**15** Aetate || ac diu aut diu $C^A$ $D^A$ || **16** abeo || ut ad aet. || amb. amb. nobis s. *Pl.* || **17—18** *cf. 271. 1* || **18** ut *codd. 271* (*cum codd. Pl.*): qui *codd. h. l.* || **21** diuitis || **23** ex. adfero *codd. Pl.* || **24** Sueius *Mu.*: uaeius || **25** inobs $B^A$ || asscit illae $F^3$: adscintille $L$ $B^A$ || in os pulló dato | fítillas *Mu.* || *fort.* escam hic iúre in os pulló datas | scítule, simul ássulatim in víscera assumít (*vel* vis alam? sumit) cibum || **28** nisi] osse fini *codd. Pl.* || iscera *L* || **30—32** anx.—ibi *om.* $C^A$ $D^A$ (*propter homoeotel.*) || **32** acerua (-ba) tibi: *corr. Ald.*: acerbast ibi *Bue.* || **33** fortunae (-ne) sit (sic $B^A$): *correxi* || cunctátio | cónsiliorum errátio et fortúnaest *Bue.*

M. Tullius de Republica lib. II (68): ‘quartaque anxitudo, prona ad luctum et maerens semperque ipsa se sollicitans’. — Pacuvius Hermiona (164):

tristítia atque animi intóleranda || anxitúdine.

ALBITVDINEM pro albore. Plautus Trinummo (873):

úbi habitet, item álterum ad istam cápitis albitúdinem.

ADHAESVM ab adhaerendo dixit Lucretius lib. III (381):

nam neque pulveris interdum sentimus adhaesum.

idem lib. IV (1242):

tenve locis quia non potis est adfigere adhaesum.

AMOLIMINI est recedite vel tollite. Terentius in Andria (707):

proinde hínc vos amolímini; nam mi ínpedimento éstis.

Pacuvius Hermiona (184):

non tú te e conspectu hínc amolire? . . .

idem Antiopa (16):

nonne hínc vos propere stábulis amolímini?

Sisenna Histor. lib. IV (74): ‘inpedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur’.

ACRIMONIA est animi vivacitas. Naevius Lycurgo (35):

ne ílle mei feri íngeni atque ánimi acrem acrimóniam.

Accius Neoptolemo (468):

vím, ferociam, ánimum, atrocitátem, iram, acrimóniam.

ABIVGAT, separat, alienat. Pacuvius Medo (222):

“quae rés te ab stabulis ábiugat?” — “certúm est loqui.”

---

2 Alb. pro alb.; 4—5 Adh.—adhaesum; 8 Amol.—toll.; 16—17 Acr.—acr.; 20 Abi. sep. al.

---

**2** *fort.* -rem || **3** et item *codd. Pl.* || istane (*pro* istanc) *codd. Pl.* || **4** IIII $C^{A}$ $D^{A}$ || **7** iocis: (*corr. Bamb.*) || affligere $B^{A}$ || **13** prospere *L* || e stab. *Scal.* || **17** feret *Mu.* || agrem $L^{1}$: aerem $C^{A}$ $D^{A}$.

ANGVSTITATEM. Accius Oenomao (504):

sáxum id facit angústitatem et súb eo saxo exúberans
scátebra fluviae rádit rupem.

Angustitatem dictum pro angustia. Accius Alphesiboea (81):

sed angústitatem inclúsam ac saxis squálidam.

ADSESTRIX femininum est ab eo quod est assessor. Afranius Fratriis (181):

dimíttit adsestrícem, me ad sesé vocat.

ATRI dies dicuntur quos nunc nefastos vel posteros vocant. Afranius Fratriis (163):

Septémbris heri caléndae; hodie atér dies: ||

ADIVTAMINI pro adiutate. Pacuvius Chryse (98):

adiutámini et deféndite.

AERA, numeri nota. Lucilius lib. XXIX (80):

hóc est ratio pérversa, aera súmmae subducta ínprobe.

APPETONES ab adpetendo dicti. Laberius in Virgine (96):

álienûm appetónibus
viae † perditae, deverticula sunt . .

ADVOCASSE pro vocasse. Lucilius lib. XXIX (28):

amícos hodie cum ínprobo illo audívimus
Lucílio advocásse.

---

22—25 Ang.— angustia; 30—31 Atri — voc.; 1 Adi. pro adi.; 3 Aera n. nota; 5—8 Apeditones — vocasse.

---

25 Ang. d. p. ang. *secl. Mu.* || Acc.] idem (?) *Mu.* || 26 angustitate *Voss.* || 30 vel improsperos *Bongars* (*sed vid. Me., On.*) || 32 aliter $L^1$ || 3 notam $L\ C^A D^A$ || 4 haec *ed. princ.* || summa et subd.: *corr. Scal.* || 5 Apeditones $C^A D^A H^3$ || 7 expeditae *Bue.*: paratae *Mu.* || dev. sunt *Quich.*: deverticulas (s *pro* s̄, *i. e.* sunt).

74 M.

ARMILLVM. Lucilius lib. XXVIII (29):

hinc, ad me, hínc! licet
anu' rússum ad armillum . . . . . .

ADVLESCENTVRIRE. Laberius (137):

íncipio adulescénturire et néscioquid nugárum facere.

AVXILIATVM, ut subpetiatum. Lucretius lib. V (1039):

alituum porro genus omne videmus
fidere et a pinnis tremulum petere auxiliatum.

ARDVM pro aridum. Lucilius lib. XXVII (40):

árdum, miserinum átque infelix lígnum sabucúm vocat.

AVERRVNCARE, avertere. Lucilius lib. XXVI (35):

dí monerint melióra! amentiam áverruncassínt tuam!

Pacuvius Medo (236):

possum égo istam capite cládem averruncássere.

M. Tullius de Fin. Bon. et Mal. (Pacuvius 112; cf. Cic. Att. IX, 2ª, 1):

di mónerint meliora átque amentiam áverruncassínt meam!

APISCI, adipisci. Lucilius lib. XXVI (9):

út ego effugiam, quód te in primis cúpere apisci intéllego.

ACCEPSO, accipio. Pacuvius Teucro (325):

haúd sinam quidquám profari, priu' quam accepso quód peto. ||

---

11—16 Arm.—subp.; 19 Ard. pro ar.; 21 Aberr. evertere; 27 Ap. ad.; 29 Acc. acc.

---

12 a me *Fr. Dousa* || m. ilicet *Mu.* || 17 alituum *Lucr.*: tum || g. alis o. *Lucr.* || 20 miserinum $F^3$ (*cf. Class. Rev. X, 17*): miserrimum *L* $B^A$ || signum: *corr. Iun.* || vocant *Iun.* || 21 evertere: (*corr. Turic.*) || 22 diminuerint (di monuerint $H^2$) || 24 possim *Σ* || istanc aps te *Mu. post Lips.* || 26 di—mel. *cf. 507. 26* (*s. v.* moneris pro monueris) || maluerunt *codd. h. l.* || a meliora *L* || tuam *Paul. 373* || 28 effuciam $L^1$: efficiam *Lips.* || 29 Acc. accepero *Quich.*

ADAVCTAVIT, auxit. Accius Aeneadis (14):

quíbu' rem summam et pátriam nostram quóndam adauctavít pater.

ADAXINT, adigant. Plautus Aulularia (50):

utinám me divi adáxint ad suspéndium!

ADFECTARE, afficere. Plautus Bacchidibus (376):

túa flagitia aut dámna aut dispoliábula,
quíbu' patrem et me téque amicosque ómnis affectás tuos.

ADIVGARE, adiungere. Pacuvius Chryse (93):

máter est terra. éa parit corpús. animam aether ádiugat.

idem Iliona (195):

blándam hortatricem ádiugat
voluptátem.

AEDITVOR, id est aedem tueor. Pomponius Aedituo (2):

quí postquam tibi adpáreo atque aedítuor in templó *tuo*,
néc mortalis néc mortalium úllum in terra míseriust.

AETERNARE. Varro Rerum Humanarum lib. II: 'litterisque ac laudibus aeternare'.

ALBICATVR, candidatur, exalbescit. Varro Cave Canem (75):

ubi rivus praécipitatu in némore deorsum
rápitur atque offénsus aliquo a scópulo lapidoso álbicatur.

---

1 Ad. au.; 3 Ad. ad.; 5 Aff. aff.; 8 Adi. adi.; 13 Aed.—tueor; 16—18 Aet.—ex.

---

1 ausit: (*corr.* $L^2$ *Bamb. E*) || 3 Adanxint || 4 adaxint $L^1$: adanxint $B^A$ || 8 Pacuvius *Ald.*: plautus || 9 anima mater (animam aer $H^3$): animam aeter *cod. Varr. Ling. Lat. V, 60* || 12 volumtatem (-nta-): *corr. Me.* || 14 tibi *codd. Gell. XII, 10. 7*: ubi || tuo *codd. Gell.*: *om.* || 15 mortalis $B^A$: mortalibus *L*: immortalis *Both.* || 19 uti *Roeper.* || praecipitatur (-pitatatur $L^1$): *corr. Bue.*: -tus *Quich.*

APSCONDIT, pro abscondidit. Caecilius Exule (40):
nám hic in tenebris íntus sese abscóndit.

Pomponius Maccis Geminis (67):
périi! non puéllula est nunc. quíd abscondisti intér nates?

ATTIGAT, contingat. Turpilius Leucadia (106):
"ne me áttigat!
átque aufer manum!" — "héia, quam ferócula est!"

Accius Epigonis (304):
age age, ámolire, amítte, cave vestem áttigas!

Plautus Bacchidibus (445):
ne áttigas puerum ísta causa, quándo fecit strénue. ‖

AVGIFICAT, auget. Ennius Andromacha (68):
quíd fit? seditió tabetne? an números augificát suos?

ATROX, crudum. Naevius Belli Poenici lib. III (41):
simul atrocia porricerent exta
ministratores.

ADQVO, pro in quantum. Afranius Promo (278):
ut scíre possis ádquo te expediát loqui.

idem Privigno (248):
ni tántum amarem tálem tam meritó patrem,
irátus essem, adquó liceret.

---

21 Absc. p. ab.; 25 Att. cont.; 1 Aug. aug.; 3—13 Atr.—esse.

---

21 (Abscondidit pro abscondit $F^1$) ‖ 22 abscondit $B^A$: abscondidit $L$ ‖ 24 numquid *edd.* ‖ abscondidisti: (*corr.* $P$) ‖ 25 continget $L B^A$: contingetur (-tig-) $C^A D^A$ (*seq.* Tur-) ‖ 26 attiga (ati.): (*corr.* $L^2$) ‖ 27 erigonis: *corr. Me.* ‖ 2 tabesne: *corr. Lips.* numerus: *corr. ed. princ.* ‖ 3 IIII $C^A D^A$ (*cf. Class. Rev. XVI, 47*) 4 proicerent: *corr. Iun.* ‖ exta $F^3$: exstra $L$: extra $B^A C^A D^A$ 6 Aquo $L$ ‖ propinquantum $L$: pro quantum *rell.* ‖ 7 aquo $L$ expeditio qui $L^1$ ‖ 10 miratus $L B^A$ (*praec.* m) ‖ aquo $L B^A$ (*cum Turic., Lugd.*) ‖ licere $L B^A$ (*cum Turic.*).

ALTERNATIM, per vices. Quadrigarius Annalibus lib. IV (50): 'item gaudium atqué aegritudinem alternatim sequi'.

APRICARI, in aprico esse. Varro Mysteriis (328): 'licet videre multos cotidie hieme in sole apricari'.

APSENTE NOBIS et PRAESENTE NOBIS, pro praesentibus et absentibus nobis. Plautus Amphitryone (400):

nec nobis praesente aliquis quisquamst servus.

Afranius Auctione (6):

adest. si hác absente nóbis venierít puer.

ANTIQVARI, obsolefieri, et memoria tolli. M. Tullius de Officiis lib. II (73): 'perniciose enim Philippus in tribunatu, cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est *et* in eo vehementer se moderatum praebuit'.

ADLECTAT, inlicit, delectat. M. Tullius de Senectute (57): 'ad quem fruendum non modo retardat, verum etiam invitat atque adlectat senectus'.

ABVSA, utendo vel in usum consumta. Plautus Asinaria (196):

"úbi illa quae dedi ánte?"—"abusa. nám si ea durarént mihi,
múlier mitterétur ad te néc te quicquam póscerem."

ASSA voce, sola vice linguae tantummodo || aut vocis humanae non admixtis aliis musicis esse voluerunt. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'in conviviis pueri modesti

---

3—13 Atr.—esse; 15—16 Abs.—et abs. no.; 20 Ant.—tol.; 24 Adl.—del.; 27 Ab.—cons.; 1—2 As.—vol.

---

11 uiges $L^1$ || 14 ultos *L* || 15—16 (pro praes. nobis et abs. nobis *P*): pro abs. nobis et praes. nobis *Mu.* || 17 al.] alius *codd. Pl.* || quisquamst *scripsi*: quisquam nisi: quisquam est *codd. Pl.* || 19 ades *Iun.* || hic *Me.* || v. puerit *L*: (invenierit puer *G*) || 20 ec *Mu.* || 23 et *om.* (*praec.* est) || 24—26 *cf.* *321. 5* || 25 non modo non *codd. Cic.* || 28 illaec *codd. Pl.* || nam si *Pl.*: nimis || 29 pascerem || 1 Assas $L^1$ $C^A$ $D^A$ || s. voce $B^A$ $C^A$ $D^A$ || 3 conviis *L*.

ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, et assa voce et cum tibicine'. — idem Cato vel de liberis educandis (26): 'melos alterum in cantibus est bipertitum: unum quod est in assa voce, alterum quod vocant organicon'. — a s s u m autem aestimandum est, ut in obsoniis, sine pigmento saporis alieni; quemadmodum m e r u m dicitur solum.

ARCI. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'eoque pecuniam magnam consumsisset, quod arci, quos summo opere fecerat, fessi pondere, diffracti celeriter corruissent'.

ADMINICVLAVI positum pro adiuvi. Varro Cato vel de liberis educandis (1): 'quod petisti, ut eius educationis fierem tibi socius, quoad potui, adminiculavi tuam voluntatem scribendo'.

## INCIPIT PER B LITTERAM.

BAETERE, id est ire. Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας* (553): 'annos multos quod parere ea non poterat, mulierem foras baetere iussit'. — Pacuvius Niptra (255):

vos hínc defensum pátriam in pugnam bítite.

idem Medo (227):

si resto, pergitur † eam; si ire conor, prohibet baetere.

---

10—19 Arc.—iussit.

---

5 tubicine: *corr. Ald.* || 6 alterum *secl. Quich.*: *fort.* autem (at) || 7 in *secl. Mu.* || 8—9 assum—solum *secl. Mu.* || 11 -sisse (?) *Mu.* || 11—12 suo aere *Mu.* || 12 flexi *Mu.* (*propius esset* fissi) || diu facti: *corr. Quich.*: et infracti *On.* || 14 ducationis $C^A$ $D^A$ || 15 vol. *om.* $C^A$ (*non Turic.*) $D^A$ || 16 INC. *om.* $D^A$ || 17 Baetere $F^3$ $C^A$ $D^A$: Betere *L* $B^A$ || 18 annos *Turneb.*: sanos (*praec.* ας) (sannos *Paris. 7666*) || 19 baetere $F^3$ $C^A$ $D^A$: baeterat $L^1$: betere $B^A$ || 20 bos || 20—21 bitite. idem *Iun.*: idem bibite || 22 percit (?) *Mu.* || ut eam *Me.*: viam *On.* (*del.* ire?) || (bet. *G E*).

BELLIORES est meliores. Varro Testamento, περὶ διαθηκῶν (541): ‘venio nunc ad alterum genus testamenti quod dicitur φυσικόν; in quo Graeci belliores quam Romani nostri’.

BRVTVM dicitur hebes et obtusum. Lucretius lib. III (545):

an contracta suis e partibus obbrutiscat.

Pacuvius Hermiona (176):

et obnóxium esse || aut brútum aut elinguém putes.

BVLGA est folliculus omnis, quam et cruminam veteres appellarunt. et est sacculus ad bracchium pendens. Lucilius Satyrarum lib. VI (22):

cui neque iumentum est nec servus nec comes ullus,
bulgam et quidquid habet nummorum secum habet ipse;
cum bulga cenat, dormit, lavit: omnia in una
sunt homini bulga; bulga haec devincta lacerto est.

Varro Octogesi, περὶ νομισμάτων (343): ‘in quo nobilius est philippeum quod accipimus quam quod bibimus, cum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam’. — Lucilius lib. XXVI (13):

íta uti quisque nóstrum e bulga est mátris in lucem éditus.

BACILLVM. M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 142): ‘denique proximus lictor Sextius, de quo saepe iam dixi, converso bacillo oculos misero tundere vehementissime coepit’. — Afranius Omine (224):

bacíllum delicátum
cornéolum poscit.

---

23—26 Bell.—obt.; 2—3 Bul.—pend.; 13—17 Bac.—posc.

---

24 ad adulterum (-ut- $L^1$): (*corr. Turic.*) || 27 obbrutis ob *L* || 7—8 lavit *L*: lavat $F^3 B^A$ || in una seti hominibus b. h.: *corr. Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*) || lacerto *Lachm.*: certo (*praec.* ta) || 10 est est || 11 abdamus *Gulielm.* || 12 ut || 13—18 bacc. *plerique codd.* || 14 lictorisextius || 15 tondere *L* || 16 deligatum $L B^A$.

Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (33): 'ut bacillum aliut est inflexum et incurvatum, aliud ita natum'.

BACCHARI veteres non solum Bacchi numine furere dici voluerunt; verum et loca, in quibus sit debacchatum, bacchata dixerunt. Vergilius in Georgicorum lib. II (486):

o ubi campi
Sperchiusque et virginibus bacchata Lacaenis
Taygeta?

nam et quidquid vehementius conmovetur, bacchari voluerunt. Santra Nuntiis Bacchiis (1):

ita obpletúm sono
furénter ab omni párte bacchatúr nemus.

BLATERARE, confingere per mendacia. Afranius Augure (13):

quid pródest istuc té blaterare atque óbloqui?

idem Incendio (194):

illúd memento || nequid in primis bláteres.

Caecilius Hymnide (66):

sine † blanditiae nihil agit
in amore inermus.

BOVNT dictum a boum mugitibus. Pacuvius Medo (223):

clamóre et sonitu cólles resonantés bount.

---

20—22 Bac.—dix.; 30 Blat.—mend.; 5—6 Bo.—bo.

---

18 et ba. *L* || 20 nomine: *corr. Ald.* || 23—24 campis percis et $L^1$ || 27 baccis (-cch-): *corr. Gulielm.*: Bacchi *Ribb.* || 28 obsoletum: *corr. Gulielm.* (obspl. *Mu.*) || 29 furenter $F^3 B^A$: ferenter *L*: furente *Bue.* || nemus $F^3$: nemes $L B^A$ || 31 quid prodest $F^3$: quid est $L B^A$ || obloqui $F^3 B^A$: obliqui *L* || 1 inp. ne qu. *Hermann.* || 2 Blandities *add. On.* (*sed cf.* '*Non. Marc.*' *p. 96*) || imnide sine $L^1$: imnis desine $B^A$ || sine blaterare *Victor.*: desine blanditias blaterare *Osann.*: s. blandirier *Stowasser*: *fort.* sine blande blaterem (blē) || agis *Mu.* || 4 inermu's *Mu.*

Vergilius Georgicorum lib. III (223):

reboant silvaeque et magnus Olympus.

Varro Parmenone (386):

exeunt citi, strepunt, † exeunt, bount.

BAIVLARE, ferre. Plautus Asinaria (660):

ego báiulabo; tu, út decet dominum, ánte me ito inánis.

BIPENNIS manifestum est id dici quod ex utraque parte sit acutum; nam nonnulli gubernaculorum partes tenuiores ad hanc similitudinem pinnaria vocant eleganter. [et] Varro Marcipore (274):

dehínc bipinnis út levis passérculus.

idem eodem (272):

at nós caduci, naúfragi, ut cicóneae,
quarúm bipinnis fúlminis plumás vapor
perússit, alte maésti in terram cécidimus.

idem Parmenone (389):

feréns
férream úmeró bipínném secúrém . .

BIVIRAS, quas usus viduas appellat. Varro Lege Maenia (239): 'ad biviram venio. cum vellem ostendere quid vellem, Metamelos, Inconstantiae filius, me reprehendit'.

---

11—15 Bai.—voc.; 24 Biv.—app.

---

10 citis trepunim *L* || exeunt (*alt.*) *del. Ald.*: *fort.* euant || éxeúntí strepúnt, éxeúntí boúnt *Bue.* || 12 dicet *D*^A^ || dom. *Pl.*: dolonum (-nem *H*² *cum Bamb.*) || 13 est *om.* *L*¹ (*cum Turic.*) || 14 sit *om.* *C*^A^ *D*^A^ || 15 pinnari: (*corr.* *F*¹) || et *om. ed. princ.* || 16 dehinc *Quich.*: delunae: telum *Mu.* || 18 at nos *Iun.*: annos || naufragii || ut *F*³: it (*praec.* i) *L B*^A^ || cicero nec: *corr. Iun.* || 19 fulminis *F*³ *B*^A^: *om.* *L* || 20 perursit: *corr. Iun.* || 23 numero *L*¹ || 24 binubas *Havet* (*Rev. Phil. XV, 61*).

BOVINATORES, quos nunc malitiosos et tergiversatores dicimus. Lucilius lib. XI (27):

[hic] si tricosu' bovinatorque ore inprobu' duro.

BVBVLCITARE. Varro Manio (257): 'Autumedo meus quod aput Plotium rhetorem bubulcitarat, erili dolori non defuit'. — Plautus Mostellaria (53):

decét me amare et té bubulcitárier.

BASIS. Varro Ὄνος λύρας (362): 'primum eam esse φυσικήν, quod siet ἔμφυτος, ut ipsa vox, basis eius'. ||

BADIVS. Varro Ὄνος λύρας (358):

equí colore díspares itém nati:
hic bádius, iste gílvus, ille múrinus.

BINVM MILIVM NVMERO, pro binis milibus. Sisenna Historiarum lib. III (36): 'ad binûm milium numero sauciis utrimque factis'.

BALBE, obscure. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'praeterquam duobus in primis est scriptum: spectare velit potius quam voluntatem balbe mandatam dicere magistratus'.

BAIOLVM. Cicero de Oratore lib. II (40): '«rémigem aliquem aut báiolum» nobis oratorem descripseras'.

BALBVTTIRE est cum quadam linguae haesitatione et confusione trepidare. Cicero Academicorum lib. IV (137): 'plane, ut supra dixi, Stoicus perpauca balbutiens'. — et Tusculanarum lib. V (75): 'me quidem auctore etiam

---

27—28 Bov.—dic.; 30—32 Bub.—def.; 4 Bin.—milibus; 9—12 Bai.—trep.

---

27 Boviatores || 29 hic *om. codd. Gell. XI, 7. 7* (*ubi* est autem in Lucili XI versus hic: si, *etc.*) || boviator || 31 bubulcitare: *corr. Roth.*: -ret *Turneb.* || alterili d.: *corr. Roth.*: laterali' dolor *Mu.* (*ex Enn. Ann. 509*) || 33 bubulcitare || 34 Bases || 35 siit || 5 non uero saucius $L^1$ || 7 praeterq. quod d. (?) *Mu.* || 8 vol. debeam non datum di. magistratum: *correxi*: *lacunam post* scriptum *sign. edd.* || 10 discripseris (descr.) || 13 dic $L^1$ (*seq.* st.): dictus $B^A$.

Peripatetici veteresque Academici balbuttire aliquando desinant'.

BVRA dicitur pars aratri posterior decurvata. Vergilius Georgicorum lib. I (169):

continuo in silvis magna vi flexa domatur
in burim.

Varro de Re Rustica lib. I (19, 2): 'et saepe fracta bura relincunt vomerem in arvo'. — hanc Vergilius [in] burim vocavit.

BLITEA, inutilis, a blito, herba nullius usus. Plautus Truculento (854):

blítea et lutea est méretrix.

Laberius in Tusca (92):

bípedem bliteam béluam.

BVCERIAS boum greges Lucretius lib. II (661):

lanigerae pecudes et equorum duellica proles
buceriaeque greges.

BAVBARI, latrare, a canum voce. Lucretius lib. V (1071):

et cum deserti baubantur in aedibus.

BELLOSVM, bellicosum. Caecilius (292):

tántum bellum súscitare cónari adversários
cóntra bellosúm genus! ||

BVAS potionem positum parvulorum. Varro Cato vel de liberis educandis (14): 'cum cibum ac potionem

---

16 Bu.—dec.; 23 Bl.—usus; 27 Buc. b. gr.; 30 Bau.—vo.; 32—6 Bell.—comedit.

---

21 in *del. ed. princ.* || 21—22 hanc—voc. *secl.* (?) *Mu.* || 24 bliteae clautea est || 27 Buc. [b. g.] *Mu.*: *fort.* Buc. g., b. g. || 27—29 *cf. 208. 23* || 28 lanigene (-nae) *codd. h. l.* || 29 luceriaeque *L* || 30 Baubare || 32 cecilius $B^A$: caelius $L$ $C^A$ $D^A$ *Caelio Antipatro ascr. edd.* || 1 pos. *secl. Mu.* || 2 cium $L^1$.

81 M.

buas ac pappas vocent et matrem mammam, patrem tatam'. — Lucilius lib. VIII (fr. VII) cum vinulentas diceret, vinibuas designavit.

## INCIPIT PER C LITTERAM.

COMEST pro comedit. Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς (289):

natura humanis omnia sunt paria:
qui pote plus, urget, piscis ut saepe minutos
magnu' comest, ut avis enicat accipiter.

Titinius Gemina (37):

libram aíebant satis ésse ambobus fárris:
intrítae plus comes sóla, uxor.

idem Fullonibus (15):

ego mé mandatam meó viro male árbitror,
qui rém disperdit ét meam dotém comest.

Afranius Aequalibus (4):

. . iste, ut tú rem narras, bóna comest hic quotídie.

Plautus Mostellaria (12):

sine módo venire sálvum, quem absentém comes.

idem Trinummo (250):

quod ebibit, quod comest, quod facit sumti.

Pomponius Pistore (122):

décipit vicínos; quod moléndum conduxít, comest.

---

32—6 Bell.— comedit.

---

3 pappo *L* || docent: *corr. Palmerius*: dicunt *Popma* || mampnam (*ex* mammam?) *L* || 4 disceret: *corr. ed. princ.* || 5 INC. *om.* $D^A$ || 7 humana $L^1$ || 8 surget $L^1$ || 11 aiebant *Ald.*: agebant || 11—12 farris intritae (-te) $F^3 B^A$: fratris intinritae *L* || comest *ed. princ.* || usor || 15 rem $F^3$: ren $L B^A$ || 17 dona: *corr. Passerat.*: domini bona *On.* || comes: (*corr.* $P^1$) || hic com. *Ribb.* || hic *del. On.* || quot dies *Goetz. Act. soc. Lips. VI, p. XI* || 19 sine *Pl.*: ne || 20—21 *cf. 484. 24* || 21 et bibit *codd. h. l.*

Novius Fullonibus Feriatis (30):

vortít se in omnis béstias; comest quídquid tetigit tántum.

idem Agricola (1):

edepól, paternam quí comest pecúniam.

Lucilius Satyrarum lib. IV (42):

conmanducatur totum conplexa comestque.

et XXX (50):

conficit ipse comestque.

M. Tullius in Hortensio (30): ‘se ad extremum pollicetur prolaturum, quae se ipsa comest, quod efficit dialecticorum ratio’.

CVIA pro cuius. Lucilius lib. XXX (104):

cuia opera Troginu’ calix per castra cluebat.

CONTOLLERE, contra tollere. Plautus Aulularia (814): ||

contollám gradum.

CLARITVDO pro claritas. Sallustius [in] Iugurta (2, 4): ‘cum praesertim tam multae variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur’. — Sisenna Histor. lib. III (49): ‘quod fortassean ex voluntate sua summa cum claritudine celeriter confecisset’.

CONLVVIO, labes ex inmunditia. M. Tullius de Senectute (84): ‘cumque ex hac turba et conluvione discedam’.

CONMALAXARE est exercere ac maturefacere. Varro Flaxtabulis, *περὶ ἐπαρχιῶν* (177): ‘nec dolere *ἀδιάφορον*

---

36—2 Cont.—claritas; 6 Conl.—inm.; 8 Conm.—maturef.

---

28—29 (conp.) *cf. 478. 30* (*s. v.* conmanducatur); *477. 10* || 29 conplexum (comp.) *codd. 478*: conplexu’ *Mu.* || comisque: *corr. Σ* || 30—31 *cf. 269. 20* (*s. v.* conficere) || 31 comestque $F^3$ ($F^2$?): comesque $L\,B^A$ || 33 pro prolaturum *L vide Plasberg. p. 37* || 34—35 *cf. 87. 28* (*s. v.* cluet) || 35 Troianus *On.* || 2 in *om. L* || 4 paretur *L* || 5—6 celeriter communditia m. tullius (*cett. om.*) $L^1$ || 6—7 *cf. 524. 31* || 7 turba et *L*: turbae $B^A$ || 8 mature (*om.* facere) $L^1$ || 9 dolore: -ere *Me.*: -orem *Iun.* || adiafurones se || et dolere et gaudere ad. *Mu.*

esse, quod philosophia conmalaxarem ea πάϑη, neque irato mihi habenas dedi umquam neque cupiditati non inposui frenos'.

CETRAM. Varro Devictis, περὶ φιλονικίας (88):

quís rutundam fácere cetram néqueat?

CORACEM nove positum pro corvo. Cicero de Oratore III (81): 'quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere'.

CANITVDINEM pro canitie Varro Aboriginibus, περὶ ἀνϑρώπων φύσεως (5): 'sed neque vetulus canterius quam novellus melior nec canitudini comes virtus'.

CONDOCEFACERE. Cicero Tusculanarum lib. V (87): 'nemo est enim quin eorum bonorum animum putet esse iudicem eumque condocefaciat ut ea, quae bona malave videantur, possit contemnere'.

CONSCRIBILLAVI, pro conscripsi. Varro Columna Herculis, περὶ δόξης (76): 'itaque eas inceravi *et conscribillavi* Herculis athlis'. — idem Marcipore (280): 'astrologi || non sunt, qui conscribillarunt pingentes caelum?'

CONMICTILIS. Pomponius Praecone Posteriore (138):

sí sciam quid velís, quasi servi cómici, conmíctilis.

CONTENTE, parce et continenter. Plautus Asinaria (78):

quamquam íllum mater árte contentéque habet.

---

12—14 Cet.— curvo; 17 Can. p. can.; 20—23 Cond.— conscripsi; 2—4 Conm.— contin.

---

**10** ea patrem: *corr. On.*: eam partem *Iun. marg.* || **11** cupiditas: *corr. Popma*: -tatibus *On.* || inposuit (imp.): (*corr.* $H^1$) || **14** curvo $L$ $C^A$ $D^A$ || **17** *fort.* -tiem || **21** qui in eorum b. $L^1$ $C^A$ $D^A$: qui eorum b. $B^A$ (*cum codd. Cic.*): eorum quin *Ernesti* || esse *om.* $L^1$ || **22** tute atque bona mala vid. $L^1$ $C^A$ $D^A$ || **23** Conscribilla $L^1$ || Varro $F^3$: *om. rell.* || Columnis *Mommsen. hist. Rom.*[3] *III, 588* || **24** et conscr. *add. Roeper.* || **25** adlis: *corr. Me.* || **1** ping.] peringeniose *Mu.*: figmentis *Oehler.* || **2** Conmicilis $L^1$ $C^A$ $D^A$ || **3** si sc.] sciscam *Quich.* || vis *Both.* || **4** Contentes *L.*

CARIES est vetustas. Varro Cosmotoryne, *περὶ φϑορᾶς κόσμου* (227): 'singulos lectos stratos ubi habuimus, amisimus propter cariem et tineam'. — Lucilius lib. XXX (105):

claυda una est pedibus cariosis mensula vino.

CHORTES sunt villarum intra maceriam spatia. Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (383):

dúm vixi, promísca res meis in cortibús pavi.

idem de Re Rustica lib. I (13, 3): 'nec minus, et a pabulo cum redierunt anseres, sues, porci, in chorte exteriore'. — idem de Vita Populi Romani lib. I: 'ad focum hieme ac frigoribus cenitabant; aestivo tempore in loco propatulo; rure in chorte; in urbe in tabulino, quod maenianum possumus intellegere tabulis fabricatum'.

CVPAS. Varro Est Modus Matulae, *περὶ μέϑης* (116): 'cupas vinarias sirpare noli. adde cyathum vini in uxorculae pocillum'. — idem Sesqueulixe (484): 'alteram viam deformasse Carneadem virtutis
«e cupis acris aceti»'.

COMEDIM pro comedam. Plautus Bacchidibus (743):

quód dem scortis, quódque in lustris cómedim, congraecér,
pater.

---

7 Car. e. v.; 11 Ch.—sp.; 19 Cup.—*μεθ.*; 23 Com. p. com.

---

8 sicubi ullos l. s. h. *Mu.* || 9 et tiniam $F^3 B^A$: et inaniam *L* || 10 plauda: *corr. Guietus*: plauta *Σ*: plancla *On.* || mensu iabino $F^3$: mensu libano $L\ B^A$: *corr. vir doct in exempl. Bodl.*: mensa Liboni *Scal.*: mensa Sabino *Mu.* || 13 promis caris: *corr. On. post Quich.*: promisca avis *Roaldus* || mei: *corr. Iun.* || pavit: *corr. Popma* || dum vixit, promiscas avis (*vel* promisca Ceres) mei in chortibus pavit *Bue.* || 15 palo *L* || 16 hiemem *L* || 18 tabulono *L* || 19—20 *μεθησσυ* cupas: *corr. Ald.*: tu cupas *Oehler.* || 20—21 uxorculem: *corr. ed. a. 1476* || 21 opocillum (-pic- $B^A$): *corr. Turneb.* || depormasse $L^1$ || 22 se (*praec.* s) cupis *L*: securum (?) *Mu.* || 23 Comedi *L* || 24 illustris $B^A$ || congreger: et congregem *codd. Pl.*: *corr. Roth.*

Cicero ad Varronem epistola Paeti (ad Fam. IX, 20, 3): 'set cura, si me amas, ut valeas, ne ego te iacente bona tua comedim. statui enim tibi ne aegroto quidem parcere'.

Pomponius || Prostibulo (151):

égo quaero quod cómedim; has quaerunt quód cacent: contráriumst.

*CONMEMORAMENTVM.* Caecilius Plocio (166):

pudébat, credo, cónmemoramentúm stupri.

CONSPICILLVM, unde conspicere possis. Plautus Medico (102):

in cónspicillo
ádservabam, pállium observábam.

[COLVMNAM] COLVSTRA, lac concretum in mammis.

Lucilius lib. VIII (14):

† hiberam insulam fomento omnicolore colustra.

Laberius in Virgine (95):

síquidem mea colústra fretus.

---

5—7 Consp.—pall. obs.; 10—14 Colustra Lab.—sign.

---

25—26 P. s.] petisset: ad Paetum, set *Mu. in append.* (?) || 26 te *om.* $B^A$ || 2 quod edim: *corr. Munk.* || his *Ribb.* || quod *edd.*: quos || contrarius est || *post hunc v.* Caecilius Asoto, nihilne, nil tibi esse quod edim? *ex 507. 5 add. Ribb.* || **3** Com. *add. Iun.* || **5** -cilium || **6** conspilio $L^1$: conspicilio *rell.* || **7** adservabam pallium *om.* *L* || hínc in c. obs., áds. p. *On.* || **8—10** Columnum lacconeregium ere mammis — bera (?) f. o. Colustra laberius $F^3$: columnam lacchonere iunmi mammis luc. lib. VII hiberam (*ex* beram) sulam (*corr.* insulam) f. o. colustra lab. $L^1$: Colustra lumnam lacchonere iunmi mammis luc. lib. VIII hiberam insulam f. o. colustra lab. $B^A$ *In archetypo* colustra *per compend. script. male explic. erat* columnam, *nisi quidem duo lemmata in unum conflata erant* (*vid. Onions Iourn. Phil. XVI, 173*) || **9** *fort.* insutam tomento || **11** fartus *Mu.*

CRETERRA. *Naevius Lycurgo* (42):

cretérris [studere fecisset] sumere aquam éx fonte.

CONQVINISCERE et OQVINISCERE inclinari significat.

Plautus Cistellaria (657):

fáciundum est pueríle officium: cónquiniscam ad cístulam.

idem Pseudolo (864):

si cónquiniscet ístic, cevetó simul.

COPI pro copioso. Plautus Pseudolo (674):

átque ego nunc me ut glóriosum fáciam et copi péctore.

Turpilius Epiclero (61):

te quidem ómnium,
iám, pater, copém causarum fácit.

Pacuvius Periboea (307):

ó multimodis várie dubiûm et prósperûm copém diem!

CONLVTVLET significat dedecoret. Plautus Trinummo (693):

haec famigerátio
té honestet, et mé conlutulet sí sine dote dúxeris.

---

10—14 Colustra Lab.—sign.; 19 Co. p. co.; 26 Conl. s. d.

---

12 *add. Ribb.* || 12—13 *fort. aut secludend. aut cum 84, 31—85. 9 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 40*) || 13 *cf. 547. 23* (*s. v.* creterra) || terris *codd. h. l.* || studere fecisset *om. codd. 547*: *fort. in fine v. 11 collocand. et corrigend.* tua e re fecisset || nam ut (ve) ludere laetantis inter se vidimus praeter amnem creterris sumere aquam ex fonte (ponte *vel* sponte) *codd. 547* || 14 et oq. *secl. Mu.* || 18 si iden c. *L* || conquiniscet *Pl.*: conquiniscesi (-caesi) || 23 pater iam *Both.* || causarem: *corr. Both.*: casnarem *On.* || 25 multimodiis || 26 Conlutulentet *Bergk. ad Plaut.* || 28 honestet et $F^3 B^A$: honestet *L*: conestet *Mu.* || conlutulent et si *codd. Pl.*: conlutulet et si.

CONGENERAT est adiungit, adsociat. Accius Phinidis (580):

quaéve ut Graio tíbi congenerat géntium aut generum adfínitas?

CETTE significat dicite vel date, ab eo quod cedo. Naevius Lycurgo (46):

proinde húc Dryante régem prognatúm patre
Lycúrgum cette!

Ennius in || Medea (235):

sálvete, óptima córpora!
cétte manús vestrás measque áccipite!

Accius Melanippo (425):

Oéneum aliquis cétte in conspectum, aút nos, ubi est, dúcite ad eum.

Pacuvius Atalanta (62):

. ís vestrorum utér sit, cui signúm datum est,
cette.

CVPPEDIA, cupiditas. Cicero Tusculanarum lib. IV (26): 'ambitio, mulierositas, pervicacia, ligurritio, vinulentia, cuppedia'.

CASTITVDINEM, pro castitate. Accius Phoenissis (585):

ibi fás, ibi cunctam antíquam castitúdinem.

COMITASSET pro concubuisset. Accius Erigona (53):

tum autem Aégisthus si méae eodem lectó comitasset mátri.

---

29 Cong.—ads.; 31 Cette—cedo; 10—12 Cup.—pro cast.; 14 Com. pro cub.

---

29 et sociat $C^A$ (*non Turic.*) || 30 ut *Ribb.*: at: hanc *Mu.* || grafo: (*corr.* $F^2$ *ut vid.*) || gentum aut *Both.*: *secl. Duentzer* || 33 pr. h. Dr. *Ribb. post Iun.*: proindustriant te || 5 aeneum: *corr. Passerat.* || ubi ubi est *Grotius* || 8—9 *vel cretic. metr.* || 11 pervicati $C^A D^A$ || liguratio $L C^A D^A$ || 12 -tatem *Mu.* || 14 cob. $L B^A$: cub. $C^A D^A$: concub. *scripsi* || Com. pro cohibuisset *On.*: Cubitasset pro cubuisset *Mu. post Passerat.* (Comroasset, habuisset *gl.*) || 15 me esse (ēē) eodem: *correxi*: me eodem *Grotius*: me ex eodem *Bue.* || leto *Grotius* || matri *scripsi*: patri.

CITVMA sunt proxima caelo. † [milia]. M. Tullius de Republica lib. VI (3): ‘ex quibus erat ea minima, quae ultima a caelo, cituma terris luce lucebat aliena’. — et in lib. I (34): ‘quare, si placet, deduc orationem tuam de eo loco ad haec citeriora’.

CLARET, clara est vel clareat. Turpilius Paedio (152):

cuíus adventu ínsula hodie cláret
Cyprós.

Ennius Telamone (279):

nam íta mihi Telamónis patris atque Aéaci et proaví Iovis
grátia † ea est átque hoc lumen cándidum clarét mihi.

CASTERIA, locus ubi, cum navigatio conquiescit, remi et gubernacula conquiescunt. Plautus Asinaria (519):

quín pol, si reposívi remum, sóla ego in castéria
úbi quiesco, omnís familiae caúsa consistít cibi.

COQVINATVM, ad coquendum. Plautus Aulularia (408):

néque ego umquam, nisi hódie, ad Bacchas véni in bac-
canál coquinatum. ||

CVRIO, curiosus. Plautus Aulularia (563):

volo scíre ego ex te, quí sit agnus cúrio.

CVLCITA. Varro Quinquatribus (448): ‘quam in testudineo lecto culcita plumea in die dormire’. — idem de

---

16 Cit.—mil.; 20 Clar.—vel clare; 26—27 Cast.—conq.; 30 Coq. ad quoq.; 1—12 Cur.—cab.

---

**16—19** *post 25 collocand. videntur* (*cf.* ‘*Non. Marc.*’ *p. 40*) || **16** proxima * * * caelo milia *Me.*: c. m. *secl.* (?) *Mu.*: *fort.* prox. loco *vel* pr. terris et a c. ultima || **18** ultima c. *BA* || **18—19** *cf. 289. 7* (*s. v.* deducere, vocare) || **19** de caelo ad *codd. 289* || **21** sit *Mu.* || vel clare *CA DA* || **21** hōdie *probat Ribb.*: h. da cl. *Mu.* || **24** atque] avi *Bergk.* || Aeaci et *Bergk.*: faciet || tovis *L* || **25** gr. extet (est.) *Ribb.*: astet *Bue.* || **28** pol si *Pl.*: pulsi || repulsivi *BA*: repulsavi *L* || rem *L* || **29** cibi *L*: ibi *BA*: tibi *codd. Pl.* || **31** in in *L* || **4** dies *On.*: diem *vir doct. ap. Oehler.*

86 M.

Vita Populi Romani lib. I: ‘qui primus uxorem ducebat, duabus culcitis ac duabus, tribus plagulis cum strasset’.

CVTRVS. Varro Gerontodidascalo (182):

ín quibus Libýssa citrus fásceis cingít fores.

CAECVTTIVNT. Varro Gerontodidascalo (193): ‘utrum oculi mihi caecuttiunt? an ego vidi servos in armis contra dominos?’

CABALLVS. Lucilius lib. III (33):

succussatoris, taetri tardique caballi.

Varro Parmenone (388):

áliús cabállum árborí
rámo in húmili ádligátúm relínquít . .

idem Sesqueulixe (478): ‘in castris permansi; inde caballum reduxi ad censorem’.

CODA. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (518): ‘sed ut canis sine coda’.

CARNALES, edules. Varro Sexagesi (494): ‘«vix ecfatus erat», cum more maiorum ultro carnales arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant’.

CRASSVM positum pro hebeti et stulto. Varro Sexagesi (487):

sénsibus crassís homulli nón videmu’ quíd fiat.

---

1—12 Cur.—cab.; 18—22 Coda—stul.

---

5 primum *Mu.* || 6 tribus *scripsi*: toribus $F^3$ $C^A$ $D^A$: toris $B^A$: oris *L* || 7—8 *cf. 451, 17* (*s. v.* fasceam pro cortice) || 8 libia (ly.) *codd. h. l.* || fasces *codd. h. l.* || forem *codd. 451* || 9 (Cecuttiunt lippiunt $F^3$ *mg. cum ind. marg. in* $B^A$: Cicuciunt cupiunt *gl.*) || 10 (mei *F*) || 11—12 *cf. 16. 28* (*s. v.* succussare) *fort. secludend.* (*cf.* ‘*Non. Marc.*’ *p. 40*) || 11 II *codd. h. l.*: III (IIII) *codd. 16* || 12 succusator $L^1$ $C^A$ $D^A$: succusatori $B^A$: (-ris $F^1$) || tardi rarique *codd. 16* || caballo $L^1$ || 14 arboris *ed. a. 1476* || 19 Casnares *Iun.* || sedules (*praec.* s) *L*: sedules *an* setdules *incert.* $B^A$: se $C^A$ $D^A$: *corr. Roth.*: seniculos *Mu.* || 20 casnares *Iun.* || 21 fonte: *corr. Iun.* || 23 senibus: *corr. Meinek. idem error 106. 25* || homuli $B^A$: homili $F^3$: humili *L*: *corr. Meinek.* || vidimus: *corr. Scal.*

CANVM, vetus, anticum. Vergilius lib. I (Aen. I, 292):

cana Fides et Vesta.

Varro Eumenidibus (141):

ét ecce de inprovíso ad nos accédit cana Véritas,
Attices philosóphiae alumna.

CISSIVM, vehiculi biroti genus. M. Tullius Philipp. libro II (77): ‘delituit in quadam caupona atque ibi se occultans perpotum cisio domum venit’. ||

CELERATIM, celeriter. Sisenna Historiarum lib. VI (126): ‘quo magis celeratim poterant, insidiis suos disponit’.

COPIATVR, a copia, honeste positum, ut lignantur et pabulantur et aquantur. Caelius lib. I (Claud. Quadrig. 24): ‘armis et magno commeatu et praeda ingenti copiantur’. — Vergilius Georgicorum lib. IV (193):

sub moenibus urbis aquantur.

CONFVTARE est confundere vel conmittere. Varro Manio (249):

harum aédium
symmétria confutábat architéctones.

---

24 Can. vet. ant.; 29—1 Cis.—celeriter; 3—4 Cop.—aq.; 8 Conf.—committ.

---

24—25 *cf. 313. 22 fort. secludend.* (*cf.* ‘*Non. Marc.*’ *p. 40*) || 26—28 *cf. 242. 39* (*s. v.* alumnos) || 27 et *del. Fleckeisen.* || inprovisus *L* || 28 atticis *codd. h. l.* || filop̄ (*i. e.* filoprae) *codd. h. l.* || 29 Cassium *L* || 30 delevit || cauponula *codd. Gell. VI, 11* || ubi $C^A D^A$ || 31 occulans *codd. Gell.* || perpotavit ad vesperum inde cisio *codd. Gell.*: perpotum cissim $F^3 B^A$: perpotum scissim $L C^A D^A$ || 1 celiter *L* || sexto *codd. Gell. XII, 15*: V || 2 quam maxime celatim poterat in ins. *codd. Gell.* || 3 Copiatur $L^1 C^A D^A$ (*cum G E*): Copiantur $B^A$ *ut vid.* || 4 Claudius *Gell. XVII, 2* || 5 multis armis *Gell.* || et pr. *Me.*: set (sed) pr.: praedaque *Gell.* || 8 Confuture $L^1$ || conmiscere *docti ap. Me.*: conmovere (?) *Mu.* || 10 summeatria c.: *corr. Roth.*: asummetria c. *Baehrens.*: summetriam confutabant (?) *Me.*

87 M.

Titinius Setina (128):

cocu' mágnum ahenum, quándo fervit, paúla confutát trua.

CONPLVRIES, frequenter. Cato Suasione in Legem Popili (74): 'quod conpluries usu venit, omni tempore anteventum esse rem publicam credimus'. — idem Originum lib. IV (79): 'conpluries eorum milites mercennarii inter se multi alteri alteros in castris occidere'. — Plautus in Persa (534):

"quíd? metuis?" — "metuo hércle vero: sénsi ego conplúries."

COGNOMEN est eiusdem nominis. Afranius Divortio (55):

† letium genus,
cognátionis mórborum cognóminis.

CLIPEAT. Pacuvius Hermiona (186):

cúrrum liquit, clámide contorta ástu clipeat bráccium.

ita et galeare. Cinna in Epigrammatis (12):

miseras audet galeare puellas.

CONVASARE dicitur furto omnia colligere. Terentius Phormione (190):

áliquid convasássem atque hinc me coicerem protinus in pedes.

---

13—17 Compl.—occ.; 19—24 Cogn.—calcare; 26 Conv.—coll.

---

**11** idem libro I nius (*pro* it l i nius) sedina: *corr. Iun.*: idem lib. I * * * Titinius Setina *Bentin.* || **11—12** *cf. 19. 17* (*s. v.* trua); *249. 19*; *503. 3* (*s. v.* fervit) || **12** magnus nahenum *codd. h. l.* || tria $F^3 L^1$ || **13—18** *fort. post 86. 28 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 40*) || **13** populi: *corr. Iordan.*: M. Popili *Mommsen.* || **14—15** a. e re publica cr. *Mu. post Keil.* || **15** credimus *Keil. ap. Iordan.*: reddimus || **16** multi *etiam codd. Gell. V, 21*: inulti *Me.* || **17** in c. *om. codd. Gell.* || **19** (Cognomines $F^2$ *ut vid.*): Cognomine *Neukirch.* || **20** plebeium *Ribb.*: bliteum *On.*: *fort.* letiferum || **21** cognationis *Hermann.*: cognominationis || **22** (Clipeat operit $F^3$ *mg.*: Cl. coperit *ind. marg. in* $B^A$ *et gl.*) || **23** linquit *Quich.* || cl. br. *Varro Ling. Lat. V, 7*: clipeatur accium $C^A D^A$: clipeat et accium $L B^A$ || **24** calcare: (*corr.* $F^3$ *mg.* $B^A$ *mg.*) || (Galeare operire $F^3$ *mg. cum ind. marg. in* $B^A$ *et gl.*) || **26** Conversare $L^1$: Convassare $B^A$ || **27** -vass- $B^A$ || me co. $F^3$: me ego co. $B^A$: ego oicerem (*om.* me) $L^1$ || protinam *Nigidius ap. Donatum*: protinus (*cum codd. Ter.*)

CLVET, nominatur. Lucilius lib. XXX (104):

cuia opera Troginu' calix per castra cluebat.

Ennius ‖ Ambracia (1):

pér gentes Asiaé cluebat ómnium misérrimus.

Pacuvius Iliona (194):

istaéc cluentur hóspitum infidelíssimae.

Varro Ὄνος λύρας (356):

Pacvi discipulus dicor. porro is fuit Enni,
Enniu' Musarum. Pompilius clueor.

CIBICIDAS. Lucilius lib. XXVII (27):

víginti an trigínta domi vel céntum cibicidás alas.

CONTENTVRVM. Lucilius lib. XXVII (42):

tu Lucílium
crédis contentúrum, cum me rúperint, summa ómnia
fécerim?

*CIBARIVM.* Varro Cato vel de liberis educandis (28): 'vel maxime illic didici et sitienti † teriacam mulsum *et* esurienti panem cibarium siligineum et exercitato somnum suavem'.

CANICAS veteres furfures esse voluerunt. Lucilius lib. XXVII (28):

quánti vellet quám canicas apúd te et † maconis manu.

---

28 Cl. nominatur; 8—10 Tibic.—Contenturum contentum; 17 Can.—voluerunt.

---

28—29 *cf. 81. 34* (*s. v.* cuia) ‖ 29 quia *codd. h. l.* ‖ Troianus *On.* ‖ 2 Asiae *Bue.*: esse ‖ 4 est haec $F^3$: sed haec $L\,B^A$: *correxi* ‖ infidelissimi: infidissimi *Guietus* ‖ 6 Pacvi *Lachm. comm. in Lucr. 306*: pacuvius ‖ 6—7 f. ennius m.: *corr. Roth.* ‖ 8 Tibicidas: *corr. Iun.* ‖ 9 do. an tr.: *transposui* ‖ an cent. *Mu.* ‖ tibicidas: *corr. Iun.* ‖ 10 Contenturum contentum $C^A\,D^A$ (*cum ind. marg. in* $B^A$) ‖ 12 (cont.)—13 *cf. 382. 30* (*s. v.* rumpere, defetigare) ‖ 12 ruperim *Iun.* ‖ 14 Cibarius *add. Popma* ‖ 15 et s. videri aquam *Iun.*: *fort.* esse s. theriacam ‖ et *add. Ries.* ‖ 18 apud te $B^A$: a pulte *L* ‖ et *del. On.*: e (ec) *Mu.* ‖ maconis *L*: magonis $F^3\,B^A$: Magonis *Iun.*: mangonis *ed. princ.*

CONCORDITAS pro concordia. Pacuvius Hermiona (188):

concórditatem hospítio adiunctam pérpetem
probitáte conservétis.

CONMENTVM pro conmonitum. Plautus Amphitryone (978):

fac [iam] Ámphitryonem ádvenientem ab aédibus
ut ábeat quovis pácto fac conméntus sies.

CRIBRVM. Lucilius lib. XXVI (70):

críbrum in cerniculúm, lucernam in láterem, in telam lícium.

CONTEMNIFICVM. Lucilius lib. XXVI (41):

égo enim contemníficus fieri et fástidire Agamémnonis.

CORDI EST, honeste dictum, animo sedet. Lucilius lib. XXVI (21):

ét quod tibi magno ópere cordi est, míhi vehementer dísplicet.

idemque (XXVI, 14):

sí tibi || porro istaéc res idcirco ést cordi, quod re útilest.

CONGENVCLARE. Caelius Annali lib. VII (44): 'ipse regis eminus equo ferit pectus advorsum. congenuclat percussus, deiecit dominum'.

CAVSARI, causam dicere vel defendere. Accius Medea (418):

quî potis est refélli quisquam, ubi núllus est causandí locus?

---

19 Conc. p. conc.; 22 Conm. p. conm.; 25—29 Cri.—animo; 2—5 Cong.—defendere.

---

20 auspicio *Mu.* || 21 probitate $F^3$: probitatem *rell.* || 22 conmunitum (comm.): (*corr. ind. marg. in* $B^A$) || 23 faciam amfitrione: fac amphitrionem *codd. Pl.* || 24 ut abigas *codd. Pl.* || sies *monosyll.* || 25 Cibrum $D^A$ || 26 cibrum $D^A$ || lateram $C^A D^A$ || in laternam lucem *Mu.* || 29 sedet $B^A$: sed *L*: *om.* $C^A D^A$ || 1 cordi idcircost *Mu.* || rere *Iun.* || utilem: *corr. On.* || 2 annalibus VII $C^A D^A$ || 3 equo *om.* $L^1$ || avorsum: *corr. ed. a. 1476* || 5—25 *horum lemmatum ordo turbatus esse videtur* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 41*) || 6 repelli: *corr. Gulielm.* || nullust *Voss.*

Afranius Emancipato (91):

vidét. facunde cóntra causarís patrem!

Pacuvius Armorum Iudicio (23):

. . . qui sése adfines ésse ad causandúm volunt,
dé virtute îs égo cernundi dó potestatem ómnibus.

CELEBRESCAT. Accius Diomede (274):

et quális fuerit, fáma celebrescát tua.

COEPERE, incipere. Caecilius Hypobolimaeo Rastraria (90):

"ere, óbsecro hercle, désine". — "mane, coépiam".

Plautus Menaechmis (960):

neque ego insanio neque pugnas neque litis coepio.

idem Truculento (232):

dum hábeat quod amet; úbi nihil habeat, álium quaestum coépiat.

CERTISCANT, certa fiant. Pacuvius Chryse (107):

atque eccos, unde certiscent.

CELEBRE, non solum frequens, sed etiam velox. Accius Aegistho (24):

celebrí gradu gressum ádcelerasse dócet . . . . . .

---

12—14 Cel.—inc.; 20 Cert. c. fi.; 22 Cel.—vel.

---

8 vide ut *Bentin.*: *fort.* viden || causseris *Iun.* || **9—11** *cf. 261. 23* (*s. v.* cernere, dimicare vel contendere) || **10** ad finem *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || **13** ecqualis (?) *Mu.* || **14** Hyp. *Scal.*: periboea || **15** obscuro: *corr. Spengel.* || **17** ne litis co.: neque ego litis co. *codd. Pl.*: *fort.* neque litis ego co. || **19** dum abeam quodam et ubi nihil coepiam, *et post v. 25* habeat alium quaestum coepiat (*quae in marg. archetypi stetisse videntur*): dum habeat, tum amet ubi ni(hi)l habeat, a. q. c. *codd. Pl.* || coepiat * * * abeam quondam et coepiam *Mu.* || **20** Certissant || **21** atque *Σ*: aquae || certissent: certiscant *Quich.*: certiscam (?) *Mu.* || **23** adcelebrasse (acc.): *corr. Iun.*: adcelerate (acc.) *codd. Serv. ad Aen. IV, 641* || decet *Iun.*: dedecet *Bue.*, addecet *Scal.*, condecet *Maehly.*

CALLISCERVNT prout calluerunt. Cato de Bello Carthaginiensi (37, 2): 'aures nobis calliscerunt ad iniurias'.

COMMETARE, conmeare. Novius Bubulco Cerdone (7):

cum ád lupam nostrám tam multi crébro conmetánt lupi.

Afranius Virgine (344):

"quo tú conmetas?" — "úbi confixus désides?" ||

CONCALLVIT. M. Tullius ad Atticum lib. IV (16, 10): 'locus ille animi nostri, stomachus ubi habitat, olim concalluit'. — et de Deorum Natura lib. III (25): 'quorum, tamquam manus opere, sic animus usu concalluit'.

CONCIERE, cum perturbatione conmovere. Accius Medea (399):

nisi quás terrestris póntus strages cónciet.

Afranius Deposito (46):

dí sunt iratí tibi,
qui cónciere cógites tantúm mali.

Pacuvius Duloreste (140):

éxtemplo Aegisthí fidem
núncupantes cónciebunt pópulum.

CONGLOMERARE, involvere, superaddere. Ennius Thyeste (307):

heú, mea
fortúna, ut omnia ín me conglomerás mala!

---

24 Call. p. call.; 26 Conm. conm.; 1—5 Conc.—conm.; 13 Congl.—sup.

---

24 Calluerunt *Mu.* || pro occalluerunt *Bentin.*: *fort.* pro adcall. (atcall.) || 25 *post hunc v. stant illa* al. qu. coe. (*v. 19*) || 26 Conm. et conm. $D^A$ (*cum Paris. 7666*) || 27 lopam: (*corr.* $L^2$) || crebo *L* || 1. 2. 4 Concaluit || 4 anus (*praec.* m) $C^A$ $D^A$ || 8 sint (?) *Ribb.* || 10 Pacuvius *Scal.*: Ennius: Ennius * * * Pacuvius *Mu.* || 13 in Thieste *ed. a. 1476*: tithe: *fort.* Caecilius Titthe || 14 éheu mea fortúna *Lachm. ad Lucr. I, 360.*

CONGERMANESCERE, coalescere, coniungi vel consociari. Quadrigarius Annal. (93): 'facite exempla eorum, ut vos cum illis congermanescere sciatur'. — Varro Rerum Humanarum lib. III: 'postea cum his una rem publicam coniuncti ac congermanati tenuere'.

CONLABELLA. Laberius Anna Peranna (2):
cónlabélla ósculúm.

CYMBALISSARE. Cassius Hemina lib. III (27): 'mulier cantabat tibiis Phrygiis et altera cymbalissabat'.

CONCINNARE, conficere vel colligere. Naevius Belli Poenici lib. IV (37):
transit Melitam Romanus [exercitus], insulam integram
urit, populatur, vastat, rem hostium concinnat.

CATVLIRE, surire vel libidinari. Laberius in Lacu Averno (56):
scínde una exoléto inpatientí catulientém lupam. ||

CADVCITER, praecipitanter. Varro Aethrione (576):
aut frígidos nimbós aquaï cadúciter ruéntis
pertímuerunt aquátiles querquétulae natántes.

CVPIENTER, cupidissime. Accius Philocteta (542):
cui potéstas *si* detúr, tua
cupiénter malis mémbra discerpát suis.

---

16 Cong.—cons.; 20—24 Conl.—coll.; 28 Cat.—libidinari; 1 Cad. pr.; 4 Cup. cup.

---

**16** Congerminascere (*hic et infra*) *Salmas.* || **17** annalium (*idem error, v. 20*): Annali VIII *Quich.*: Annalium * * * *Mu.* || exemplo *Peter* || **19** congermanati $F^3$: congermanita *L* (*cum PE*) $B^A$ *ut vid.* (congermani *G*, congerminata $H^2$) || **20** (Collabella adiunge labra $F^3$ *mg.*) || Anna *Iun.*: annalium || **22** una mul. *Quich.* || **26** exerc. *del. Vahlen.* || **28** Catullire esurire: *corr. edd.* || in $F^3 B^A$: *om. L* || lacu balerna || **29** exculeto $F^3$: exco-leto $L B^A$: *corr. Ald.* || exoletum inpatientem ac *Bue.* || **1** Aethrione *Vahlen.*: et ratione: Erratione *Me.* || **2** ut *Mu.* || aquae ca. *Scal.*: aqua icta ca. || **5** si *add. Passerat.* || **6** cupientis $L^1$.

91 M.

Ennius Phoenice (256):

stultúst qui cupida cúpiens cupientér cupit.

CONMEMORARE, conmonefacere, in memoriam redducere. M. Tullius de Senectute (38): 'Pythagoreorumque more exercendae memoriae gratia quid quoque die dixerim, audierim, egerim conmemoro vesperi'. — idem de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (8): 'sed a te oportune facta mentio est. studet enim meus audire Cicero, quaenam sit istius veteris quam conmemoras Academiae de finibus bonorum Peripateticorumque sententiam'.

CONSECTARIVM, efficax, perfectum. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. IV (50): 'illud vero minime consectarium, sed in primis hebes illorum'.

CONCVBIA nocte, primi somni. Sisenna Historiarum lib. IV (93): 'ipsi legati, concubia nocte oppido digressi, iam supra hostium munitionem succedunt'.

CISTAS. Sisenna Histor. lib. IV (118): 'cistasque, quae erant legum ferendarum gratia paratae, deiecerant'.

CENTONES et CILICIA. Sisenna Historiarum lib. IV (107): 'puppis aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur'.

---

9 Conm.—red.; 16 Con.—perf.; 19 Conc.—som.; 22--27 Cist.—crebritatem.

---

8 stultus est qui: *fort.* stultast quae || siqui cupienda *Bergk.*, *On.*: sicui cupīdo *Mu.*: qui non cupienda *Ribb.* || **10—11** pythagorio quemremeae ex. m. gratiae $L^1$ || **11** die *om.* $L^1$ || **12** lib. I. || **13** sed et enim || mevis $B^A$ || **14** Academicorum et de || **15** sententiam $F^3 L^1$: sententia $B^A$ (*cum codd. Cic.*) || **16** Coniectarium || perficum *Nettleship.* (*Arch. Lat. Lex. V, 414*) || **17—18** mihi me coniecturarium || **18** hebes *edd.*: habes (*cum codd. Cic.*) || **19** somni *om.* $L$ || **20** lib. IIII *om.* $L$ || **22** Cista $C^A D^A$ || **23** quaerant $C^A D^A$ || furendarum $D^A$ || paratae *Bentin.*: parta $B^A C^A D^A$: partha $L$ || defecerant: *corr. Passerat.* || **25** poppis: (puppes $H^3$) || teguntur $L^1$ || **26** p. ac laxe *Salmas.*: *fort.* p. aclassi.

CREBRITVDINEM, pro crebritatem, Sisenna Histor. lib. IV (122): 'nam clandestina crebritudine transigi, aput notos cogitata dici decet, non explanari'.

CAEMENTA, lapides non magni modi, quibus || aedificia consurgunt. Sisenna Histor. lib. IV (79): 'formidine oppressus, quod humilem caementis instructum oppidi murum sciebat'. — Varro Bimarco (66): 'non te pudet, Mani, cum domi tuae vides conmilitonum tuorum cohortis servis tuis ministrare caementa?'

CIS positum pro citra. Sallustius (Histor. I, 11): 'cis Rhenum atque inter mare nostrum et Oceanum, nisi qua paludibus invia fuit, perdomita'. — Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'eo die cis Tiberim redeundum est, quod de caelo auspicari ius nemini sit praeter magistratum'.

QVADRIFARIAM. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'et ea quae ad mortalis pertinent quadrifariam dispertierim: in homines, in loca, in tempora, in res'.

CONCALFACERE, exercitare vel incendere vel hortari. Cicero de Oratore lib. II (316): 'et ait idem, cum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare'. — idem ad Pansam lib. III (3): 'nos Ventidianis rumoribus calfacimur'.

CAVILLANTVR, ut iocantur. Cicero de Oratore lib. III (122): 'cavillantur aut aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt libellis'.

---

22—27 Cist.—crebr.; 30—1 Caem.—cons.; 6—8 Cis—perd.; 11—14 Quadr.—hort.; 18 Cav. ut ioc.

---

27. 28 crebritatem * * * CLANDESTINA. Sis. *Mu.*: cr. * * * CELERANTER. Sis.—celeranter *On.* || 28 crebritudine *Peter* (*Jahrb. Class. Phil. CXXXIX, 507*): celeriter || 3 structum *Mu.* || 4—5 *cf. 196. 29* || 6 citra *Guietus*: ultra || 7 quia $C^{A}$ $D^{A}$ || 8 fuerit $C^{A}$ $D^{A}$ || varro rhetoricorum (*etiam v. 11*) || 10 auspiciarius: (*corr.* $H^{3}$ *ut vid.*) || neminist *Mu.* || magistrum: *corr. Ald.* || 13 in l. t. $L^{1}$ || 14 excitare $D^{A}$: excitare excitare $C^{A}$ || 15 cic. de deorum natura || 16 sole *L* || 17 calfacimur $F^{3}$: calficimur *L* $B^{A}$: concalfacimur *Mu.* || 18 Calvillantur $C^{A}$.

CATVS pro sapiente. Cicero Tusculanarum lib. II (45): ‘sed homo catus numquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum’.

CONTRAHI dictum est honeste quadam tristitia laborare et sollicitudine aut maerore. Cicero Tusculanarum lib. III (83): ‘hoc detracto, quod totum est voluntarium, aegritudo erit sublata illa maerens; morsus tamen et contractiunculae quaedam animi relinquentur’. || et lib. IV (14): ‘itaque haec prima definitio est, ut aegritudo sit animi adversante ratione contractio’.

CICVRES. Cicero Tusculanarum lib. V (38): ‘partim solivagas, partim congregatas; inmanes alias, quasdam autem cicures; nonnullas abditas terraque tectas’.

CVIAS, unde. Cicero Tusculanarum lib. V (108): ‘Socrates quidem, cum rogaretur cuiatem se esse diceret, mundanum, inquit’.

CIBARIVM, quod nunc aut de pane sordido aut de alio indigno dicatur. Varro Modio (319): ‘in cubiculo dormire mallem scilicet potus vinum meum cibarium, quam ego dominus cubarem’. — idem Ὄνος λύρας (360): ‘tuus autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenus’. — Cicero Tusculanarum lib. V (97): ‘cui cum peragranti Aegyptum comitibus non secutis cibarius in casa panis datus esset, nihil visum illo pane iucundius’.

---

20—23 Cat.—maerore; 6—9 Cuias—dic.

---

**20. 21** Castus *L* $C^A$ $D^A$ || **22** laborare *Guietus*: liberari (alib. $L^1$) || **23** et *om.* $L^1$: ec (?) *Mu.* || III *om.* *L*: IIII $F^3$ || **25** haec c. *L* || **26** relincuntur *L* || **1** ita $F^3$ $L^1$: itaque $B^A$ (*cum codd. Cic.*) || ut] et $L^1$ || **5** cicures $F^3$: cicuras *L* $B^A$ || non alias *L* || **8. 9** indigno *om.* $L^1$ || (Cibarium, indignum *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || al.] cibo *Havet* || *fort.* quod nunc de p. s., antiquitus de al. ind. dicebatur || indigno, quod nunc * * * dicitur (*Ries.*) *Mu.*: indigno quod nunc dicatur *On.* || **9—10** dormirem *Mu.* || **10** potius: *corr. Bentin.*: potius, potus *Mu.* || **12** iste—Aristoxenus? *Mu.* || **13** peregrinanti || **14** non consecutis *codd. Cic.* || v. est *codd. Cic.*

COMEDONES, ab edendo. Varro Modio (317): 'putat fore hoc, quod nunc comedonibus venit usu, quibus nota voluptate cum edunt dumtaxat gula gaudet'.

COLEM, vitis robur, Varro de Re Rustica lib. I (quem dicimus caulem, ut Vergilius lib. XII [413]: 'puberibus caulem foliis') (31, 2): 'e sarmento coles qui nati sunt, de îs, qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnumquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere'.

CONTINVARI, convenire, concurrere. Sisenna Historiarum lib. VI (125): 'Marius ostio Liris evehitur adque Aenariam suos continuatur'.

CINEFACTVM, in cinerem dissolutum: figuratio, || ut tepefactum et labefactum. Lucretius lib. III (906):

at nos horrifico cinefactum te prope busto.

COXENDICES, coxas. Lucilius (inc. 164):

caput collo, sustentatur truncus sustinetur a coxendicibus.

Varro de Re Rustica lib. I (20, 1): 'lata fronte, naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus'.

CONDITANEVM, quod condi vel condiri potest, recte dici Varro de Re Rustica lib. I (24, 1): 'in agro crasso et calido oleam conditaneam, radium maiorem, sallentinam, orcitem, puseam, sergianam, albicerem, colmineam'.

---

15—23 Com.—concurr.; 1—2 Cin.—lab.; 4—5 Cox.—cox.; 8 Cond.—dici.

---

**16** nunc *Mu.*: huic: hic *Iun.* || venit *Laurenberg.*: convenit || mota *Popma* || **17** voluntate comedunt: *corr. Iun.* || **18** Caulem || (Caulem vitis palmitem $F^3$ *mg.*) || X $B^A$: *om.* $L^1$ **18—20** quem—fol. *secl. Mu.*: *post* robur (*v. 18*) *transp. edd.* || **20** caules || **23** Continuare: *corr. Me.* || **24—25** ad s. *On.* || continuatur $F^3 B^A$: *om.* *L* || **1** Cin. in cin. *om.* $L^1$ || cinere $D^A$ || **2** et $L\,C^A D^A$ || **3** horritico || busto *Lucr.*: cobus || **4** -ces $F^3$: -cas $B^A C^A D^A$: -ca *L* || coxa *L* || **5** caput ut c. *Mu.* || colos temtatur: (*corr.* $F^2$) || tr. sustinetur a *del. Mu.* || **7** simulato p. classis || **8** vel cond. *del. Quich.* **8—9** d. vult V. *On.*: dicit V. *Quich.* || **10** oleam $F^3$: oleo $L\,B^A$ || **11** poseam (-ss-) *codd. Varr.* || serginam albicurem || colminiam *codd. Varr.*

CENATVS, ut pransus, ut potus, ut lotus, id est confecta cena. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'ut eius convivium, qui triumpharet in Capitolio, videretur esse proprium, ut ipse potius domum redduceretur cenatus a convivio'.

CIRROS. Varro Cato vel de liberis educandis (21): 'itaque Ambraciae primum capillum puerilem demtum, item cirros, ad Apollinem ponere solent'.

CATELLOS. Varro Cato vel de liberis educandis (31): 'quare meliusculae consuetudinis puerilis illorum, qui suis catellis ministrant quod edint'.

## INCIPIT PER D LITTERAM.

DEXTIMA pro dextra. Varro *περὶ αἱρέσεων* (402): 'porro inde ab unoquoque compito ternae viae oriuntur, e quibus singulae extumae exitum ac *τέλος* habent proprium. a primo compito dextimam viam munit Epicurus'.

DESVEVI illum, pro desuefeci illum, id est consuetudinem ei abstuli. Titinius Gemina (45): ||

párasitos amóvi, lenonem aédibus abstérrui,
désuevi nequo ád cenam iret éxtra consiliúm meum.

DAPALIS cena est amplis dapibus plena. Titinius Varo (135):

toto fit ín foco
de lígnis indapális cena.

---

12—13 Cenatus—cena; 16—23 Cir.—pro dextra; 27—3 Des.—plena.

---

14 videtur *L* || 15 et ipse *Mu.* || 18 Apollinis *Gothofredus* || 20 m. curae co. *ed. princ.* || 21 edent: (*corr.* $H^2$ *mg.*) || 22 INC. *om.* $D^A$ || 24 compoto $L^1$ || 25 singulae $F^3 B^A$: sineulle *L* extumae *om. codd. Prisc. 607* || ac *τέλος* *Prisc.*: ad caelos 26 a *om.* *L* || 27 prodes uesicullum $L^1$ || 28 ei *om.* $C^A D^A$ || 1 *fort.* aed. his || 2 ne *om.* $C^A D^A$ || quo ad $B^A C^A D^A$ *ut vid.*: quod ad *L* (*cum Turic. Montepess. Oxon.*) || exiret *L*: iret $F^3$ *rell.* || 5 *fort.* culignis || mi dap. *Ribb.*, *Me.*

DEIVITANT pro divitis faciunt. Accius Astyanacte (169):

nihil crédo auguribus, qui aúris verbis deívitant
aliénas, suas ut aúro locupletént domos.

Turpilius Thrasyleone (198):

di me deívitant.

DESQVAMAT, squamis expoliat. Plautus Aulularia (398):

Dromó, desquama píscis; tu, Machaério,
gongrúm, murenam exdórsua, quantúm potes.

Lucilius Satyrarum lib. VII (12):

rador, subvellor, desquamor, pumicor, ornor,
expilor, † pingor.

DEARTVARE est quasi per artus concidere. Plautus Captivis (640):

tum ígitur ego derúncinatus, deártuatus súm miser.

idem in eadem (672):

deártuasti dílaceravisti átque opes
confécisti.

DEMOLIRI, deruere. Sallustius Historiarum lib. IV (63): 'pluteos rescindit ac munitiones demolitur locoque summo potitur'.

DIVIDOS, id est separatos. Accius Andromeda (117):

nósque ut seorsum dívidos leto ófferes.

DISPVLVERARE est dissolvere. Naevius Gymnastico (57):

sáxa, silvas, lápides, montes díssicis, dispúlveras.

---

6 Dev.—fac.; 11 Desq.—expol.; 17 Deart.—concidere; 22 Dem. der.; 24 Div.—sep.; 26 Disp. est diss.

---

6 viditis $L^1 C^A D^A$ || 7 verris *L* || 11 spoliat *Mu.* || 12 drome $B^A$: adrome (*praec.* a) *L* || 12 (tu)—13 *cf. 17. 29* || 13 potest (-es) *codd. 17* || 15 sador subbellor: *corr. Turneb.* || 16 expilor et p. *Guietus*: expolior p. *Dousa pater* || 18 deunciatus $F^3 B^A$: deuntus $L^1$ || 20 delaceravisti deartuavistique opes, confecisti omnis res *codd. Pl.* || 24 Devidos *L* || 25 divides $F^3 L^1$ || offeras *Scriverius.*

DIFFERITAS pro differentia. Lucretius lib. IV (636):
tantaque in his rebus distantia differitasque.

DEBIL, debilis. Ennius lib. IX (341):
debil homo. ||

DOMVTIONEM. Pacuvius Hermiona (173):
nam sólus Danais híc domutionėm dedit.

Lucilius lib. XXVI (40):
dómutionis cúpidi imperium régis paene inmínuimus.

DISSIGNARE, cum nota et ignominia aliquid facere. Terentius Adelphis (86):
ílla quae ante fácta sunt
omítto: modo quid díssignavit?

DEBLATERARE, obloqui, confingere. Lucilius lib. XXX (106):
deblaterant; blennus bonu' rusticu' concinit una.

DELETILE, non quod deleatur, sed quod deleat. Varro Modio (305):
si dísplicebit tám tibi latúm mare,
† partis quantum spungeam deletilem.

DATATIM, id est invicem dando. Plautus Curculione (296):
túm isti, qui ludúnt datatim sérvi scurrarum ín via.

Afranius Omine (222):
datátim uxorem ut lúdas.

---

28 Diff. pro diff.; 30—2 Deb.—ded.; 5 Diss.—facere; 9 Debl. o. conf.; 11 Del.—deleat; 14 Dat.—dando.

---

**30. 31** Debil *Lips.*: Debilo (*pro* debil, *i. e. vocative?*) (Debibus, debilis *gl.*) || **1** (Domit. *P*) (Domutionem domoitionem *F*[3] *mg. cum ind. marg. in B*[A]: Doemuotionem, domoicionem *gl.*) || **2** danaps || **7** antehac fac. *codd. Ter.* || **9** obliqui *L* || **10** plennus: *corr. Iun.* || **13** parabis *Iun.*: *fort.* chartis || sequantur (?) *Bue.* || **14—19** *fort. post 95. 21 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *pp. 42, 94*) || **15** s. sc. d.

Pomponius Adelphis (1):
. quód ille dicit, cúm datatim in lécto tecum lúsi.

Novius Exodio (23):
ín molis non lúdunt raptim píla datatim † morso.

DIVIDIA est taedium. Accius Armorum Iudicio (152):
huius mé dividia cógit plus quam est pár loqui.

Turpilius Epiclero (59):
. . sperabám consilia nóstra dividiaé tibi,
cum aétas accessét, non fore.

DVLCITAS, DVLCITVDO, pro dulcedo. Accius Tereo (640):
suavem línguae sonitum! o dúlcitas
conspírantum animae.

Caecilius Syracusiis (217):
tanta hínc invasit ín cor Davi dúlcitas.

Cicero de Oratore lib. III (99): 'quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius quique dulcitudine praeter ceteros sensus conmovetur'.

DISCORDITAS pro discordia. Pacuvius ‖ Hermiona (178):
quántamque ex discórditate cládem inportem fámiliae.

DELETIO. Lucilius lib. XXIX (1):
delétionem nóstri ad unum exércitus.

DEPECVLASSERE ac DEARGENTASSERE et DECALAVTICARE.

---

22 Div. est t.; 27 Dulcitas—dulcedo; 1 Disc. pro disc.; 3—5 Del.—decal.

---

19 quid *Mu.* ‖ lusitat *On.* ‖ 21 datim $L^{1}$ ‖ moris est *Bue.*: vorsa *Mu.* ‖ 22—97. 2 *fort. post 95. 31 collocand. (cf. 'Non. Marc.' pp. 42, 94)* ‖ 25 consilio $B^{A}$ ‖ 28 o suavem *Iun.* ‖ 29 conspiratum $B^{A}$: conspiritum *L* ‖ 31 tanta $F^{3}$: tantam $LB^{A}$: tantan *Me.* ‖ huic inv. in corda in d.: *corr. Me.* ‖ 32 Cic. de deorum natura ‖ 2 corditate *L* ‖ 3 Deletius $D^{A}$ ‖ 5 Depeculassere $H^{3}$: Depoculassere *rell.* ‖ et Despeculassere *add. Quich.*

97 M.

Lucilius lib. XXVI (71):

dépeculassere áliqua sperans me ác deargentássere,
décallauticáre, eburno spéculo despeculássere.

DIFFLARE est flatu disturbare. Plautus (Mil. Glor. 17):

cuius tú legiones dífflavisti spíritu.

Lucilius lib. XXVI (73):

párs difflatur vénto, pars autem óbrigescit frígore.

DANVNT, dant. Pacuvius Iliona (206):

di me étsi perdunt, támen esse adiutam éxpetunt,
quom, príu' quam intereo, spátium ulciscendí danunt.

Plautus Pseudolo (767):

cui sérvitutem dí danunt lenóniam.

Naevius Belli Poenici lib. IV (42):

eam carnem victoribus danunt.

Caecilius Plocio (176):

patiére quod dant, quándo optata nón danunt.

DEAMARE, vehementius amare. Afranius Vopisco (356):

voluptátem capio máximam, cruciári tua te cúlpa.
qui dé me et de illa péssime, quam déamas, promerére?

DECOLLARE, ex collo deponere. Caecilius Notho Nicasioni (116):

habés, vide; tibi trádidi; in tuo cóllo est: decollés cave.

---

9 Diffl.—disturbare; 13 Dan. dant; 22 Deam.—amare; 25 Decoll.—deponere.

---

7 (depoculassere $H^1$ *G*) || 8 despec. *Schmidt.*: depeculassere || **13—15** *cf. 104. 4* (*s. v.* expetunt) || **14** petunt *codd. h. l.* || **15** quod *codd. h. l.*: cum *codd. 104* || **23** voluntatem: *corr.* *Σ* || **24** det et: *corr. Scal.*: *fort.* de me et || pessima: *corr. Palmerius* || promere *L* || **26** h. quidem ti. *Mu.*

DEGVLASSE est gulae dedisse. Afranius Brundisinis (17):

ímmo iamdudum óccubuisse, dégulasse opórtuit.

DELECTARE, inlicere, adtrahere. Ennius Thyeste (295):

set mé Apollo ipse deléctat, ductat Délphicus.

Quadrigarius Annalium lib. III (46): 'Fabius || de nocte coepit hostibus castra simulare obpugnare, eum hostem delectare, dum collega id caperet quod captabat'.

DELICA, explana, indica. Accius Achille (1):

qua re ália ex crimine ínimicorum effúgere possis, délica.

Caecilius Obolostate (127):

"immo véro haec ante sólitus sum". — "res délicat".

Titinius in Quinto (102):

quíd istuc est? aut *quíd* istic sibi vult sérmo? mater, délica.

DEVORARE, absumere, eripere. Accius Aeneadis (15):

pátrio exemplo et mé dicabo atque ánimam devôro hóstibus.

DIGNET, dignos putet. Pacuvius Iliona (212):

quis deós infernos, quíbu' caelestis, dígnet decorare hóstiis?

DEBILITER, debilitate. Pacuvius (355):

miserét me; lacrimis língua debilitér stupet.

---

27 Degul.—dedisse; 29 Del.—adtrahere; 4 Del.—ind.; 10 Dev.—erip.; 12 Dign.—put.; 14—16 Deb.—magis.

---

27 brumdisini (-und-) || 28 accubuisse *Madvig. Advers. II, 656* || 30 ipse] spe *Bue.*: ipsus *Both.* || dúctat dictis Dél. *On.*: átque ductat Dél. *Mu.* || 2 hostis c. *Guietus.* || 2—3 eum (*del.* hostem) *Quich.*: eo hostem (?) *Mu.*: eum arte *On.* || 4—9 *cf. 277. 28* || 5 aliae (*seq.* e) *codd. h. l.* || 7 haec sol ante solitum sum *L* || 8 in *Me.*: libro (lib) || 9 quid *om. codd. h. l.* || 10 Devoro (*del. gloss.* abs. erip.) *On.* (*post Quich.*), *recte, ni fallor* (*simile vitium in codd. 102. 1*) || 11 dicaro *On.*

DEMAGIS, valde magis. Lucilius lib. XVI (6):

rex Cotus ille duo hos ventos, Austrum atque Aquilonem,
novisse aiebat *sc* solos demagis; istos
ex nimbo Austellos nec nosse nec esse putare.

DIV pro die: unde et interdiu dicitur. Titinius Fullonibus (27):

. néc noctu nec díu licet fullónibus quiéscant.

Plautus Mercatore (Cas. 823):

noctúque et diu ut viro súbdola sis.

idem in Aulularia (fr. IV):

nec nóctu nec diú quietus úmquam eram: nunc dórmiam.

DVBITATIM, dubitanter. Caelius Annalis lib. III (30): 'imperator conclamat de medio, velitatus a sinistro cornu removeantur, Gallis non dubitatim inmittantur'. — Sisenna Historiarum lib. IV (75): 'quod hostem non dubitatim cum pluteis ac scalis iter ‖ facere cernebat'.

DISCEDERE, hiare, dividi, distendi. M. Tullius de Officiis lib. III (38): 'hinc ille Gyges inducitur a Platone. qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus'. — Sisenna Historiarum lib. IV (57): 'armati, dextera ducti, *magis* magisque in latitudinem discedunt'.

---

14—16 Deb.—magis; 20 Diu—dic.; 26—28 Dub.—inm.; 2 Disc.—distendi.

---

16 magis (demagis) *del. Mu.* ‖ 17 duos hos: *corr. Salmas.* ‖ 18 novissime: *corr. Bentin.* ‖ alebat *L* ‖ se *add. ed. princ.* ‖ 19 nec nosse nec esse $F^3 B^A$: nec nos seneces *L* ‖ 22 Merc.] Casina *edd.*: Mercatore (862): non concedam neque quiescam usquam noctu neque diu, Casina *Bue.* (*Rhein. Mus. XV, 440*) ‖ 24 idem *om.* $L^1$ ‖ 25 eram $F^3$: eam $L B^A$ ‖ 26 Annalium *Iun.* IIII $C^A D^A$ ‖ 27 conclamant $C^A D^A$ ‖ avelitatis $L B^A$: avelitati $C^A D^A$: *corr. On.*: ut velites *Ald.* ‖ a sin. *Quich.* (*cf.* avelitatis): in sinistro $L B^A$: sin. $C^A D^A$ ‖ 2 Disciscere $F^3$ ($F^2$?) ‖ 2—3 (Plat.) *cf. 330. 7* ‖ 4 discivisset $F^3$ ($F^2$?) ‖ 6 magis *add. Guietus.*

DELEGARI veteres discedere posuerunt vel dispertiri. Plautus Amphitryone (67):

. cuí favitores délegatos víderint.

DEPSERE a graeco magis significantiam vel originem trahit. Homerus Odyssia (XII, 48):

δεψήσας κηρὸν μελιηδέα.

Varro Mysteriis (331): 'sed tibi fortasse alius molit et depsit'.

DOLITVM, quod dolatum usu dicitur, quod est percaesum vel abrasum vel effossum. Varro Agathone (7):

numnám caelatus ín manu dextrá scyphus,
caeló dolitus, ártem ostentat Méntoris?

Cicero d o l a t u m Academicorum lib. IV (II, 101): 'non enim est e saxo sculptus aut e robore dolatus'.

DENTHARPAGAS, quas Graeci ὀδοντάγρας vocant, latine voluit appellari Varro Quinquatribus (441):

hic bipénsiles
fórcipes, denthárpagae.

DESCOBINATIS, sauciis et abrasis et desectis. Varro Meleagris (296): 'sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est salvis cruribus in circo spectare quam iis descobinatis in silva curare!'

---

7 Del.—disp.; 10—16 Deps.—eff.; 21—29 Denth.—perf.

---

7 Delegare: *corr. Quich.* || dispertire: *corr. Quich.* || 9 sicui *Pl.* || delegatores || **11—12** *cf. 39. 10* || **12** κηρ. δεψ. *codd. 39* || **13** alius *om.* $L^1$ || **16—18** *cf. 436. 18* (*s. v.* caelare, insculpere) || **17** celatus *Mu.* || **19—20** Cic.—dolatus *secl. Mu.*: dolatum *secl. On.*: *sed vid. 'Non. Marc.' p. 99* || **20** sculptus aut ebore *codd. Cic.*: aut cultus e robore || **23—24** bipinsile (-pens-) forcipen: *corr. Iun.*: forc. bip. *Mu.* || **25** saucius $C^A$ $D^A$ || **27** exspectare: (*corr. F*) || **28** his || cursare *Vollbehr.*: currere *Iun.*

DESVBVLARE, perfodere. Varro Sesqueulixe (483): ‘unam enim viam Zenona moenisse duce virtute: hanc esse nobilem; alteram Carneadem desubulasse, bona corporis secutum’. ||

DORMITIO. Varro Sexagesi (485):

o stúlta nostri péctoris dormítio
vigilábilis!

et alio loco idem (588): ‘quid mihi somno, si dormitio tollitur?’

DISSENTANEVM, discors et dissentiens, ut consentaneum contra. Nigidius (129): ‘eum locum facit dissentaneum’.

DECIDVA quae decidant, ut occidua quae occidant. Laberius (131):

in aútumno ubi caput a folîs decídua folia pándit.

DVOETVICESIMO, ita ut duodecimo. Varro Humanarum Rerum lib. XVI: ‘mortuus est anno duoetvicesimo; rex fuit annos XXI.’ — Cato in IV Originum (84): ‘deinde duoetvicesimo anno post dimissum bellum, quod quattuor et viginti annos fuit, Carthaginienses sextum de foedere decessere’.

---

21—29 Denth.—perf.; 1—7 Dorm.—occidant; 9 Du.—du.

---

29 Desuberare *C^A D^A* || pertodere *L*¹ || (Desubulare, pertundere *index marg. in B^A et* [Desubl.] *gl.*) || Desuberare, perfodere * * * Desubulare *On.* (*Journ. Phil. XVI, 174*) || **30** unam veniam esse nonamovisse: *corr. Lips.* || **31** bonam *L* || **1—3** *cf. 158. 27* (*s. v.* puellos) || **3** vigilabis *codd. h. l.* || **4** idem *B^A*: id est *L C^A D^A* || (somnos *Paris. 7666*) || **7** decidant *Quich.*: cadant || **8** sin *L* (*praec.* s) || autumno *Both.*: altum non *F*³ (*F*²?) *B^A*: alium non *L* || Laberius in * * * autumno *Mu.* || caurus pōpulis *Ribb.* || **9—13** Duodevicesimo: duoetvic. (duodevic.) *codd. Gell. V, 4*: duovic. *Iun.*, *Neue* (*Formenl.*³ *II, 319*) || **13** decessere *codd. Gell.*: decernere.

DIVRNARE, honestum verbum pro diu vivere, ut aput veterem prudentem auctoritatis incognitae (Claud. Quadrig. 9 = Gell. XVII, II, 16): 'neque optumum quemquam inter nos sinunt diurnare'.

DVRITVDO pro duritia. Cato in Veturium (18, 8): 'qui illius', inquit, 'inpudentiam [qui] norat et duritudinem'.

DELICIAM numero singulari, quod aut rarum est aut singulare, Plautus (Poen. 365):

méa voluptas, méa delicia.

DIRITAS. M. Tullius de Senectute (65): 'in altero diritas'.

DERISISSIMVM. Varro Bimarco (51):

scéna quem seném latina vídit derisíssimum.

DIIS, diutinis ac iugibus. Varro Ὄνος λύρας (351):

quam móbilem divûm lyram sol hármoge
quadám gubernans mótibus diís veget. ||

DICTERIA. Varro Ὄνος λύρας (352):

neque órthopsalticum ádtulit psaltérium,
quibús sonant in Graécia dictéria.

DISPALARE est separare. Sisenna Historiarum lib. III (35): 'dispalati ab signis, digressi omnes ac dissipati'. — idem (134): 'tanto plures passim dispalantur'.

---

14—17 Diurn.—pro dur.; 19—20 Del.—aut sing.; 22—4 Dir.—separare.

---

**14** vivere *Gell. XVII, 2. 16*: videre || **16** int. nos sin. *codd. Gell.*: in suos solent || **18** impud. *codd. Gell. XVII, 2. 20*: inprudentiam (impr.) || qui *om. codd. Gell.* || **19** Delicia *Iun.* || **22** Duritas $L^1$ || *cf. 30. 20* || *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 43*) || **23. 24** Dirissimum $C^A D^A$ || **25—27** *cf. 183. 7* (*s. v.* veget) || **26** quem *L* || lyras (*seq.* s) *codd. h. l.* || hermoge *codd. h. l.*: aroge *codd. 183*: *corr. Bentin.* || **27** viget *codd. h. l.* || **1** (Dicteria quasi dicta non seria $F^3$ *mg.*) || **2** quam mobilem (*cf. 100. 26*) neque || ortopsalticium: orthophallicum *Iun.* || adtuli *Bue.* || **4** Dispalari est separari *Quich.*

101 M.

DILORICARE dictum est scindere. Cicero de Oratore lib. II (124): 'qui in causa peroranda non dubitavit excitare reum consularem et eius diloricare tunicam et iudicibus cicatricem adversam senis imperatoris ostendere'.

DIVITIOR. Cicero de Oratore lib. III (185): 'inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambos'.

DETVRBARE, deicere, demovere. Sallustius lib. II (108): 'moenibus deturbat'. — Vergilius lib. V (175):

puppi deturbat ab alta;

et lib. VI (411):

inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
deturbat.

DIVIDAE, ut dissensiones. Accius Phoenissis (587):

ne horum dívidae et discórdiae
díssipent et distúrbent tantas ét tam opimas cívium
dívitias.

DEINTEGRARE, deminuere. DEIVGARE, deiungere, separare, dissociare. DENASCI, decrescere. Caecilius (254):

nómen verginís, nisi mirum est, deíntegravit.

Pacuvius Chryse (109):

perque nóstram egregiam unánimitatem, quám memoria déiugat.

Cassius Hemina lib. II Annali (24): 'quae nata sunt, ea omnia denasci aiunt'.

---

7 Dilor.—scind.; 11—13 Div.—dem.; 19—24 Div.—dissoc.

---

7 Dilodicare $L^1$ || 10 adersam *L* || 11 IIII *L* $C^A D^A$ || 16—18 *cf. 447. 28* || 19 Dividiae *ed. princ.* || 20 neorum $L^1 C^A D^A$: ne eorum *Scal.* || et *del. Mu.* (dividae *adiectiv.*) || 21 d. d. (et *del.*) *Scal.* || etiam optimas: *corr. Lips.* || 26—27 *cf. 142. 26* (*s. v.* memoria pro vetustate) || 27 unian. *L.*

## INCIPIT PER E LITTERAM.

ELVRESCAT. Varro Prometheo Libero (425):

atque exsanguibus dolore elurescat colos. ||

EVALLARO dictum excludam et quasi extra vallum mittam. Titinius Prilia (76):

quia ego hodie extórrem
hanc dómo faciam pilátricem palli, évallavero púlchre.

Varro Epitaphionibus, περὶ τάφων (109):

donéc foras nos íntus evalláverunt.

EXCANTARE significat excludere. Plautus Bacchidibus (3 = fr. XX):

nam, crédo, cuivis éxcantare cór potes[t].

Lucilius Satyrarum lib. II (22):

qua ego nunc Aemilio praecanto atque
exigo et excanto.

Varro Eumenidibus (151): ‘ubi vident se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt’.

EXTVNDERE est extorquere vel invenire. Afranius Epistula (110):

ítaque adeo extundo, éx officio; dátur mihi custódiendus.

---

30—2 INC.—mitt.; 7 Exc.—excl.; 14 Ext.—inv.

---

30 INC. *om.* $D^A$ || 31 Eiur. *L*: Euir. $F^3 B^A$: Eiur. *vel* Euir. $C^A D^A$: *corr. Havet.* (*Arch. Lat. Lex. I, 444*) (Evirescat pallescat $F^3$ *mg.*) || Lib.] lib. XV || 32 exsanguinibus $F^3 C^A D^A$ || eiur. *L* (*cum P Bamb. Oxon.*): evir. *rell.* || a. exs. | ex ártubus d. *Havet.* || 1 Evallare $B^A C^A D^A$: Evallere $L^1$: *corr. Me.*: Evallavero *Quich.* || 3 qua: *corr. Lips.*: quam *Both.* || 4 hac *Both.* || paliae vallavit o: palli (-ii) evallavero *Lips.*: pallae ev. *Bue., sed vid. Leo* (*Plaut. Forsch. p. 327*) || 5 επιταφιονιβους περι ταφιον: *corr. Oehler.* || 8 nam tu quidem cuivis excantare cor facile potes *Serv. in Bucol. 8. 71* || 10 atque precando *Mu.* || 15 ex officio $F^3 B^A$: exficio *L* || exficio (ecf.), mandatur *Mu.*: et efficio detur *Quich.*

Vergilius Georgicon lib. I (133):

ut varias usus meditando extunderet artis
paulatim.

EXCVLPERE est extorquere. Plautus Cistellaria (541):

in quaéstione víx exculpsi ut díceret.

Lucilius Satyrarum lib. II (7):

nunc nomen iam, Quinte, ex testibus ipse rogando
exculpo, haec dicam.

idem VII (24):

esuriente leoni ex ore exculpere praedam.

E REGIONE positum est ex adverso. Cicero Academicorum lib. IV, (II, 123): 'nec ego non ita. vos etiam dicitis esse e regione nobis, in contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent ad nostra vestigia?'

EXORBEBO pro exsorbeam. Plautus Epidico (188):

iam ego mé convortam in irúdinem atque horum éxorbebo
sánguinem.

Turpilius Leucadia (111):

iam ego istám tibi
trístitiam exorbébo.

EGVRGITEM exauriam significat. Plautus || Epidico (582):

átque *argentum* egúrgitem domo prórsum?

---

19 Exc. est ext.; 26 E reg.—adv.; 30 Exsorb. p. exsorb.; 1 Egurg.—sign.

---

20 vix] ut *L* || 22 Quinte *Marx.* (*Zeitschr. oesterr. Gymn. XLIX, 1091*): que || 24 VII *Mu.*: uti || 25 esurienti || 28 e contr. *codd. Cic.* || 29 stent contra nostra *codd. Cic.*: stent ad contra: *corr. Me.* || 30 Exsorbero *CA DA*: Exibebo *ut vid.* $L^1$ || exsorbeboam $L^1$: exhauriam *Quich.*: exorbam (?) *Mu.* || Exugebo pro exorbebo *On.* || 30—31 *cf. 479. 19* || 31 urundine $F^3$ (?) $L^1$: irundines *BA* (hirudines $H^2$) || eorum *codd. 479* || exorbebo (-urb- $L^1$) *codd. h. l.*: exugebo *codd. 479* || 2 argentum *om.*

EXPAPILLATO brachio, quasi usque ad papillam renudato. Plautus Milite Glorioso (1180):

íd conexum in úmero laevo, éxpapillato bráchio.

EXOS dicitur sine osse. Lucretius lib. III (721):

exos et exsanguis tumidos perfluctuat artus.

EXTRARIVM, quasi alienum. Afranius Suspecta (324):

ut me ésse in hac re dúcat abs te extrárium.

ERRABVNDVS pro errans. Vergilius (Buc. VI, 57):

siqua forte ferant oculis sese obvia nostris
errabunda bovis vestigia.

EXCANDESCENTIA. Cicero Tusculanarum lib. IV (16): 'lubidini ira, excandescentia, odium, inimicitiae, discordia'. — idem in eodem (IV, 21): 'excandescentia autem est ira nascens et [sine] modo exsistens'.

EMVNGERE, sine labore tollere. Terentius Phormione (682):

émunxi argentó senem.

EFFVTIRE, cum mendacio dicere. Terentius Phormione (745):

vos fórte inprudentés . .
effútiretis.

Cicero Tusculanarum lib. V (88): 'nec haec sic agit ut ex tempore quasi effutire videatur'. — Lucretius (V, 910):

multa licet simili ratione effutiat ore.

---

3—4 Exp.—ren.; 6 Exos—osse; 8 Extr. q. al.; 10 Err. p. err.; 13—16 Exc.—toll.; 18 Eff.—dicere.

---

5 in numero || et papillato *L* || 10 properans *L* || 10—12 *cf. 265. 18* || 14 lub. *Cic.*: ludisne || irae (*seq.* e) $L^1$ || -tia *codd. Cic.* || sit *Cic.* || 15 sine *om. codd. Cic.* || 16 Emulgere *L* $B^A$: Emungere, emulgere *On.* || 17 *cf. 36. 16* || 18 commenticia *Mu.* || 19 ne v. f. i. foris *Ter.* || 22 ex] in $L^1$ || 23 multa $F^3$: mata *L* $B^A$ || similis || ratiore: (*corr. G*).

ELEVIT, maculavit. Lucilius lib. XXVI (61):

si hic vestímenta elevít luto,
áb eo risum mágnum inprudens ác cachinnum súbicit.

ELVVIEM, purgationem. Lucilius lib. XXVI (59):

út *si* eluviem fácere per ventrém velis. ||

EXPONERE pro exempla boni ostentare. Cicero Academicis lib. II (fr. 5): 'frangere avaritiam, scelera poenire, vitam suam exponere ad imitandum iuventuti'.

EXPETVNT pro volunt. Pacuvius Iliona (206):

di me étsi perdunt, támen esse adiutam éxpetunt,
quom príu' quam intereo spátium ulciscendí danunt.

EXPALPARE, elicere. Plautus Poenulo (357):

"quíd faciam?" — "exorá, blandire, expálpa."

Pomponius Collegio (32):

síquid expalpáre possim ab íllo.

Plautus Vidularia (fr. XVIII):

nunc sérvus argentum á patre expalpábitur.

EXPERGO pro expergefacio. Accius Antigona (140):

heús, vigilés, properáte, expérgite
péctora tárda sopóre, exsúrgite!

Santra Nuntiis Bacchiis (4):

extemplo éxcita evadít quie
genetríx et omnis vócis expergít sono.

---

24 El. mac.; 27 El. purg.; 1 Exp.—ost.; 4 Exp. p. vol.; 7 Exp. el.; 13 Exp. p. exp.

---

24 VI: *corr. Scal.* || 26 adeo *Mu.* || 27 Eleviem: Eloviem *Mu.* || 27—28 *cf. 38. 26* || 28 si *om. codd. h. l.* || eleviem *codd. h. l.* (*cf. v. 24*): eloviem *Mu.* || ventum *codd. h. l.* || 2 scelerato po. $F^3$ || ponire *ex* poni $L^1$: ponere *rell.* || 3 mitandum $L^1$ || 4—6 *cf. 97. 13* (*s. v.* danunt) || 6 cum *codd. h. l.*: quod *codd. 97* || 12 (serv.—exp.) *cf. 476. 23* || 16 bacchis: *corr. Gulielm.*: Bacchi *Ribb.* || 17 exemplo: (*corr.* $L^2$): ex templo *Ribb.* || excitev.: *corr. Pontanus* || quie *Mu.*: qua: pia *Gulielm.*

EXTRABVNT pro exibunt. Afranius Auctione (5):
simul límen intrabo, ílli extrabunt ílico.

EFFLICTIM, vehementer. Plautus Poenulo (96):
earum híc adulescens álteram efflictím perit.

Pomponius Dotata (42):
scío pol te illam amáre efflictim.

Laberius Belonistria (11):
domina nóstra privignúm suum
ámat efflictim.

EXPVLSIM, dictum a frequenti pulsu. Varro Serapi (Serrano 456): ʻrecte purgatum scito, quom videbis Romae in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere'. — Nigidius Conmentariorum lib. XX (11): ʻcuiusmodi genus adverbiorum, a verbis motus quae veniunt, ut expulsim, cursim'.

ELVVIO, corruptus et morbiferi operis tractus. || M. Tullius de Officiis lib. II (16): ʻqui collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiae, vastitatis'.

EXHIBERI, inferri. M. Tullius de Officiis lib. III (112): ʻquod cum audivisset adulescens filius negotium exhiberi patri'.

ECVLEOS diminutivum ab equis M. Tullius in Hortensio dici voluit (85): ʻut igitur domitores equorum non verbera solum adhibent ad domandum, sed cibum etiam saepe subtrahunt, *ut* fame debilitetur eculeorum nimis effrenata vis'. — Varro Eumenidibus (118):

---

19 Extr. p. ex.; 21 Effl. veh.; 28 Exp.—pulsu; 34 El.—tr.; 3 Exh. inf.; 6 Ec.—equis.

---

28—29 seraparecte (-tae): *corr. Iun.* || **29** reite te (*Ries.*) p. *Mu.* || quum *Iun.*: quam: quoniam *ed. princ.* || **30** ianienas: *corr. Turneb.* || **32** adverbiorum adverbii motu quae venit: *corr. Me., On.* || quod venit *Me.* || **34** morbiferis operis: *corr. On.*: morbifer (-ri *Quich.*) aeris *Guietus, Me.* || **1—2** *cf. 185. 1* || **9** ut *om.* || **9—12** *cf. 106. 2.*

neque furentem éculeum Damácrinum
insánus equiso ex híbu' morbi flúctibus
edúcet umquam.

Pomponius Decuma Fullonis (40):

. ubi insilui in cúleatum éculeum, ibi tolútim tortór.

EMANCVPATVM, subnixum, deditum. M. Tullius de Senectute (38): 'ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur'.

EXIVRARE, ut deiurare, id est valde iurare, ut deamare. Plautus Amphitryone (fr. XI):

exiúravisti té mihi dixe pér iocum.

EXORNARE, ornare; ut extruere, instruere. Plautus in Aulularia (784):

répudium rebús paratis, éxornatis núptiis?

Vergilius Aeneidos lib. IV (266):

pulcramque uxorius urbem
extruis.

Cicero Tusculanarum lib. II (33): 'modo est aliqua patientia; si nulla est, quid exornamur philosophia?'

EQVISO pro equite. Varro Trihodite Tripylio, *περὶ ἀρετῆς κτήσεως* (559):

---

15 Em.—ded.; 19—20 Exiur.—deam.; 22 Ex.—instruere; 29 Eq. pro equito.

---

**10** damacrianum *codd. h. l.* || **11** exhibebis *codd. utrobique*: *corr. Roth.* || **12** educatum quam *codd. h. l.* || **13—14** *cf. 4. 14* (*s. v.* tolutim); *182. 15* (*s. v.* tortor) || **14** et ubi *codd. 4*; *182* || insiluit *codd. h. l.* || culeratum $F^3 B^A$: culenarum *L*: coleatum (cocleatum) *codd. 4*; *182* || cocul. *Bue.* || **15** submissum *Mu.*: obnoxium *Guietus* || **16** enim *codd. Cic.*: nimis: nimirum *Mu.* || **17** si menti $B^A$ (*cum parte codd. Cic.*) || manc. *codd. Cic.* || **18** dom. in suos $F^2$ ($F^1$?) (*cum Cic.*) || **19—20** (et deam. *G*) || **22** orare $C^A D^A$ || struere *Quich.* || **24—26** *secl. Mu.* || **27** si modo est *Cic.* || **29** p. equito $C^A D^A$ || **29—32** *cf. 4. 11* (*s. v.* tolutim).

nam út ecus, qui ad vehéndum est natus, támen hic
traditúr magistro,
út equiso doceát tolutim.

idem Marcipore (276): ‘quam nautici || equisones per viam quam ducerent loro’. — idem Eumenidibus (118):

neque furentem éculeum Damácrinum
insánus equiso ex híbu’ morbi flúctibus
edúcet umquam.

EVNVCHARE. Varro Lege Maenia (235):

siqui pátriam
máiorem paréntem extingit, ín eo est culpa, quód facit
pró sua parte is quí se eunuchat aút aliqui † liberos
producit.

EQVILAM. Varro Lege Maenia (236): ‘nemo est tam neglegens, quin summa diligentia eligat asinum, qui suam saliat equilam’.

ESVRIGO. Varro *Ταφ. Μεν.* (521): ‘«ubi lubet, ire licet accubitum (? = Plaut. Men. 368). accedo.» strenuo sussilimus, quod esurigo findebat costas’.

ERICIVM. Varro Sexagesi (490): ‘se circumspexe atque invenisse *se*, cum dormire coepisset tam glaber quam Socratis calvum, esse factum ericium e pilis albis cum proboscide’.

---

6—21 Eun.—exigitur.

---

31 nam aut (eut *L ante corr.*) *codd. h. l.*: sed ut *codd. 4* || 1—2 *cf. 451. 2* || 1 nautitiae quisones *L* || 2 viam] ulvam *Bue.* || qua *codd. h. l.* (*corr. P*[1]): quum *Scal. catal. p. 242* || lora *codd. h. l.*: loco *codd. 451*: *corr. Iun.* || 2—5 *cf. 105. 9* || 4 ins. quis (*corr. F*[2] *G*[2] *H*[3]) *codd. h. l.* || exhibebis (exib. *L*) *codd. utrobique*: *corr. Roth.* || 7 patrem *corr.* patriam *C*^A: patrem (-rum) *D*^A || 9 aliqua *L*: aliquem qui *Quich.*: alis (*vel* alii) qui *Mu.*: alioqui *Ries.*: haud aliqua *Popma* || 10 haud p. *Passerat.*: perducit *Mu.* || 14 accede *Laurenberg.*: accepto *Vahlen.* || 16 (inv.) — 17 *cf. 49. 7* (*s. v.* proboscis) || 16 se *om. codd. h. l.* (*praec.* se) || 17 socrates galbam *codd. h. l.* || calva *Mu., On.* || epulis *C*^A *D*^A.

ELVCIFICARE, dictum a luce. Laberius (77):

sic égo fulgentis spléndorem pecúniae
volo élucificare éxitum aetatís meae.

EXIGOR pro a me exigitur. Caecilius Aeschino (92):

ego íllud minus nihilo éxigor portórium.

EDVLCARE pro dulcius facere. Mattius (10):

quaprópter edulcáre convenít vitam
curásque acerbas sénsibus gubérnasse.

EQVITEM pro equo. Vergilius Georgicorum lib. III (116):

atque equitem docuere sub armis
insultare solo et gressus glomerare superbos.

Ennius Annali lib. VII (249):

an non quadrupedes equites.

Equitare quoque Lucilius ecum dicit, cum sit hominis ecum insidentis (inc. 69):

quîs hunc || currere ecum nos atque equitare videmus,
his equitat curritque oculis.

EXEQVIANTVR, ab exequiis, ut convivantur et epulantur. Varro Bimarco (47):

ipsúm propter vix líberti semiátrati exequiántur.

---

6—21 Eunuchare — exigitur; 23 — 26 Edulc.— equo; 3 — 4 Exeq.— epulantur.

---

19 ego *Gell. X, 17*: ito || fulgenti *L* $C^A$ $D^A$: -ti (-tis) *codd. Gell.* || splendore: splendore in *codd. Gell.*: *corr. ed. Gell. Tornaes.* || *fort.* fulgenti splendorei || 20 aetati *codd. Gell.* || 21 Caec. Hypobolimaeo Aesch. *Gell. XV, 14* || 25 curasque *Gell. XV, 25*: plurasque || sensibus *codd. Gell.*: senibus || gubernare *codd. Gell.* || 26—28 *cf. 295. 21*; *330. 18*; *391. 10* || 26 *fort.* equom || 30 ac n. *Roth.*: at n. *Bentin.*: *secl. Mu.* (*cf. Gell. XVIII, 5. 6*: 'quadrupes ecus' ac non 'quadrupes eques'): *fort. dittographia ex* Ann̄ (*i. e.* Annali) *orta* || quadrupes eques *Gell.* || 31 equum (equm) d. $B^A$: cum d. *L* || 32 ecum *Roth.*: secum (*praec.* s) || 1 nos atque videmus *Gell. XVIII, 5*: non aquae videbat || 5 ípsum pr. víx sex (VI) libertí *On.*

EXEDRA. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (4): 'sunt in ipsis locis indicia summorum virorum, tamen ego illa moveor exhedra'. — et de Oratore lib. III (17): 'tunc dedita opera quiescentibus aliis in eam [iam] exhedram venisse, in qua Crassus posito lectulo recubuisset'.

ERGO positum pro ea causa. Vergilius Aeneidos lib. VI (670):

illius ergo
venimus et magnos Erebi trasnavimus amnis.

Sisenna Historiarum lib. IV (120): 'milites, ut lex Calpurnia concesserat, virtutis ergo civitate donari'.

ENIXIM pro enixe. Sisenna Historiarum lib. IV (110): 'ego illos malos et audaces semper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia fecisse ac dixisse sentio'.

EXINANITA. Sisenna Historiarum lib. IV (66): 'denique exinanitis castris Romani, qui clauso se loco potuerant expedire'.

EXANCLARE est perpeti vel superare. Cicero Academicorum lib. IV (II, 108): 'credoque Clitomacho ita scribenti, ut Herculi quendam laborem exanclatum'. — et Tusculanarum lib. I (118): 'quod, cum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum'.

EVGIVM, media pars inter naturalia muliebria. Lucilius in Epodis (XXVIII, 22):

Hymnis, sine eugio ac destina.

---

6—13 Ex.—amnes; 16 En. p. en.; 19—21 Exin.—sup.; 26 Eug.—muliebria.

---

6 de officio et de fin.: *corr. Me.* (*de Deor. Nat. I, 15 laudat Mu.*) || 10 iam *om. codd. Cic.* || venisset $C^A D^A$ || 11 ea *del. Chifflet.* || 13 trasnavibus *L* || 17 renixim $L^1$ (*praec.* r) || 19 Exinanitas (*seq.* s) || 23 ut *om. codd. Cic.*: velut *Mu.* || 25 om.—inc. *om.* $L^1$.

Laberius in Centonario (25):

quáre tam arduum áscendas? an cóncupivisti eúgium scíndere? ||

EXOTICVM, adventicium: a graeco. Plautus Mostellaria (42):

non ómnes possunt ólere ungenta exótica.

EBRIVLARE, ebrium facere, et EBRIACVS, ebrius. Laberius in † there (52):

ébriulati méntem hilaria arrípuit.

idem in Aulularia (10):

homo ébriacus sómno sanarí solet.

EXFVNDARE, a fundo evertere. Coelius Antipater lib. VII (46): 'res publica amisso, exfundato pulcherrimo oppido'.

EXTERNAVIT, ut consternavit, id est dementem fecit. Catullus (LXIV, 71):

a misera! adsiduis quam luctibus externavit
spinosas Erycina serens in pectore curas.

EXCISSATVM, laniatum, vulneratum. Plautus Cistellaria (383):

capíllo scisso atque éxcissatis aúribus.

---

1—3 Exot.—ebrius; 8 Exf.—evertere; 10 Exter.—fecit; 13 Exc.—vulneratum.

---

29 (centenario *G*) || **30—31** q. t. a. | ascéndas? scíndere an concúpiisti eú. *Ribb.*: *fort.* ásc. an cóncupisti (*ita codd.*) eúgium scindere . . .: ásc. an cóncupivisti eúg. mi scínd. *On.* || 3 Ebruilare $F^3$ ($F^2$?): Ebrulare *rell.* || 4 Cithera *Iun.*: Hetaera *Carrio ex 'libris sanctioribus'* || 5 ebruilati || hilariam: (*corr.* $F^2$) || 8 Exfundere $B^A$ *ut vid.* || a funde uetere $L^1$ || 9 res pub. (*sic*) *L*: res pubus $B^A$: flore pubis *On.* || **10** Exterminavit $L\,C^A\,D^A$ || conternavit $L\,C^A\,D^A$ || **12** ferens.

EDVSAM et POTINAM deas praesides vult haberi puerorum Varro Cato vel de liberis educandis (10): ‘cum primo cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusae, a potione Potinae nutrici’.

ESCVLENTVM et ESCARIVM, ab escis et ab edendo dictum. Varro Cato vel de liberis educandis (18): ‘fortuna se illos, non natura praestare, siquid his datum sit esculentum’. — Plautus Menaechmis (94):

ea énim fere lenta víncla sunt escária.

EPHIPPIVM, tegumen equi ad mollem vecturam paratum. Varro Cato vel de liberis educandis (19): ‘mihi puero modica una fuit tunica et toga, sine fasceis calciamenta, ecus sine ephippio, balneum non cotidianum, alveus rarus. ||

## INCIPIT PER F LITTERAM.

FAMVLANTVR pro serviunt. M. Tullius de Republica lib. III (37): ‘est enim genus iniustae servitutis, cum hi sunt alterius qui sui possunt esse; cum autem hi famulantur’. — et de Officiis [lib. III] (117): ‘quam miser virtutis famulatus [et] servientis voluptati!’

FIRMITVDO pro firmitas. Plautus Asinaria (320):

sí istam firmitúdinem animi óptines, salví sumus.

---

15 Edu.—puer.; 19—20 Escu.—dictum; 23 Eph.—paratum; 1—2 INC.—serv.; 6 Firm. p. firmitas.

---

**16—18** *cf. 480. 4* (*s. v.* sacrificari) || **16—17** cum pro cibo (-uo) *codd. h. l.*: cum primoribus *codd. 480* || **17** sacrificantur *codd. h. l.* || **18** a potina *codd. h. l.* || potinae $F^3$: pontinae $L\,B^A$ || nutricis (*i. e.* -ces) *Ries.* || **19** escarum *L* || sed ab $C^A\,D^A$ || **20—21** fortunas se *L* || **21** îs (?) *Mu.* || **22** (lent.—esc.) *cf. 338. 14* || scaria *codd. utrobique* || **25** falceis *L* || calciamenti: *corr. Bongars.* || **1** INC. *om.* $D^A$ || **3. 4** ii *C. F. Mueller* || **4—5** famulanter *L* || **5** lib. III *om.* $L^1\,F^3$ || **5—6** quam hi servitutis || **6** et *om. codd. Cic.* || voluntati.

109 M.

M. Tullius de Republica lib. I (69): 'habet aequabilitatem quandam, qua carere diutius vix possunt liberi; deinde firmitudinem'.

FORTVNARE est prosperare et omnibus bonis augere.

Plautus Trinummo (576):

di fórtunabunt vóstra consilia.

M. Tullius ad Curionem (ad Fam. II, 2): 'tibi patrimonium di fortunent!' — Afranius Emancipato (83):

deós ego omnis, út fortunassínt, precor.

FALLAM pro fallaciam. Novius Decuma (12):

ís me non vocábit. ob eam rem hánc feci fallam . .

FICITATEM dictum ut olivitatem, id est fructus fici.

Novius Ficitore (27):

ómnes capiunt fícitatem; mérs est sine moléstia.

FIMBRIAE sunt omnis extremitas. *Naevius Lycurgo* * * *

*FLORA.* Naevius Lycurgo (45):

ut vídeam Vulcani ópera haec flammis fíeri flora . . .

FAMVLITAS est servitus. Accius Andromeda (118):

nam póstquam parvos vós oppressit fámilitas.

Pacuvius Atalanta (53):

quás familitas, vís, egestas, fáma, formidó, pudor.

---

10 Fort.—aug.; 16—18 Fall.—fici; 21 Fimbr.—extr.

---

8 habent || 9 qu. magnam *cod. Cic.* || quae: (*corr.* $F^{2}$) || **10** ominibus *Mu.* || **12** de (dei $H^{2}$) || **14** diffortunent || **16. 17** Falam *Both.* || **16—17** decumis me: *corr. On.* || **17** vocavit *edd.* || **20** cupiunt *Ribb.*: captant *Mu.* || **21. 22** *lacunam sign. Mc.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 44*) || **23** vulgani $L^{1}$ || flora fīeri *Ribb.* || **25** parvos] per nos *Mu.*

FIDELITATEM, id est fidem. Accius Myrmidonibus (19):

nolo équidem; sed tu huic, quém scis quali in té siet
fidélitate, ob fídam naturám || viri
ignósce.

Afranius Vopisco (398):

. id est intus áctum; periit ópera nimirúm meae
éx animo fidélitatis.

FALSVM HABVIT pro fefellit. Sallustius in Iugurta (10, 1): 'neque ea res me falsum habuit'.

FAMVL, famulus. Ennius lib. IX (336):

mortalem summum Fortuna repente
reddidit, † summo regno famul ut oltimus esset.

FLACCET, languet, deficit. Lucilius lib. VII (1):

hic est Macedo, si † agrion longiu' flaccet.

Accius Achille (3):

an scéptra iam flaccént? ferat.

Afranius Divortio (65):

dispérii! perturbáta sum! iam fláccet fortitúdo.

Ennius Thyeste (301):

sín flaccebunt cóndiciones, répudiato et réddito.

FVLGORIVIT, fulgorem fecit vel fulmine afflavit. Naevius Danae (12):

suo sónitu claro fúlgorivit Iúpiter.

---

28—2 Fid.—ign.; 6—8 Fals.—famulus; 11 Flacc.—def.; 19 Fulg.—afflavit.

---

29 hic $L^1$ || 4 mimirum *L* || 4—5 meaeaaio $B^A$: meaeaccio $L^1$ (cc *pro* a): *corr. Hermann.* || 9 summa *L* || repennte $L^1$ || 10 optimus: *corr. N. Faber* (ult.) || reddiderit s. ut r. f. *vel* reddidit ut s. (e) r. f. *edd.* || 12 achrion (ἀχρεῖον) *Lachm.*: Gentio' *Mu.*: eugion *Quich.* || 14 fera *Quich.* || 16 prot. *Mu.* || sunt: *corr. Gulielm.* || 18 sin *Gulielm.*: in || reicito *Mu.* || 20 Dan. *Iun.*: sane a.

Lucilius lib. XXVI (74):

lúcorum exauctórem Albanum et fúlguritarum árborum.

FRIGET, frigidum est. Vergilius lib. VI (219):

corpusque lavant frigentis et ungunt.

Terentius Phorm. (994):

abi, tánge. si non tótus friget, me énica.

FAVITOREM. Lucilius lib. XXIX (17):

favitórem tibi me, amícum, amatorém putes.

FOLLICVLVM Lucilius posuit pro corpore lib. XXVI (28):

égo siqui sum et quó folliculo núnc sum indutus, nón queo.

FLIGI, adfligi. Livius Aegistho (12):

ipsús se in terram saúcius fligít cadens.

Accius Epinausimache (317):

nec pérdolescit flígi socios, mórte campos cóntegi?

idem Aegistho (22):

heu!
cuiátis stirpem fúnditus fligí studet! ||

FRAGESCERE, frangi. Accius Aegistho (25):

néque fera hominum péctora
fragéscunt, donec vím persensere ímperî.

idem Eurysace (337):

númquam erit tam inmánis, cum meá opera extinctúm sciat,
quín fragiscat.

---

24 Frig. fr. est; 28—33 Fav.—cadens; 1 Frag. frangi.

---

23 luporum: *corr. Lachm.* || exactorem *Lips.* || malvanum (*praec.* m): *corr. Mu.* (*vel* Albanûm) || fulguritarum $F^3$: fulguritatem $L B^A$: fulguritorem *Mu.* || 26—27 formavit angens si || 30 VI $L^1$ || 32 pro affligi $C^A D^A$ || lucilius $D^A$ || 33 ipsus se *Both.* (*ex more dramaticorum*): ipse se || 1 Fragiscere *ex* Fligistcere *L* || flangi $L^1$ || 3 persenserim (-rint $H^2$) imp.: *corr. Hermann.*: imp. persenserint *Both.* || 5 cum non m. *Both.* || sciet *Me. in mg. ed. Iun.* || 6 quin *Me.*: qui $B^A$: qui qui *L.*

FVAM, sim vel fiam. Pacuvius Duloreste (116):

respónsa explanat; mándat ne matrí fuat
cognóscendi umquam aut cóntuendi cópia.

Titinius Fullonia (32):

perii hércle vèro! Tíberi, nunc tecum óbsecro,
ut míhi subvenias, né ego maialís fuam.

Livius Hermiona (23):

óbsecro te, Anciale, matri néquid tuae advorsús fuas.

Afranius Promo (279):

cave ne péndeas,
sí fuas in quaéstione.

Ennius Hectoris Lytris (142):

át ego, omnipotens
téd exposco, ut hóc consilium Achívis auxilió fuat.

FACVL pro faciliter; huic contrarium est difficul.

Lucilius lib. VI (2):

peccare inpune rati sunt
posse et nobilitate facul propellere iniquos.

Pacuvius Teucro (322):

nos íllum interea praéficiendo própitiaturós facul
remúr.

Afranius Auctione (7):

"haut fácul", ut ait Pacúvius, femina *úna* invenietúr bona.

Accius Meleagro (460):

érat istuc viríle ferre advórsam fortunám facul.

---

7 Fuam — fiam; 21 Fac. — difficul.

---

8 ne *Iun.*: me || 12 ne e. $F^3 B^A$: ut e. *L* || fuam $B^A$: quam *L* || 14 obsecra te *L*: obsecrato *vel* obsecra tu *Mu.* || fuat *Mu.* || 19 a ego *L* || omn. Iuppiter *Ribb.* || 20 te || auxilii f.: *corr. Voss.*: auxilî | fuat *Ribb.* || 21 huic] ut hic $L^1$ || 24 nolitate *L* || 29 una *add. Lachm. comm. in Lucr. III, 400* || 31 vir. ist.: *corr. Voss.*

Varro Bimarco (46):

quod utrúm sit magnum an párvum, facile an dífficul.

FAMVLANTER pro suppliciter. Accius Tereo (642):

deúm Cadmogena nátum Semela adfáre et famulantér pete.

FLVCTVATIM, iactanter et solute. Afranius Pompa (236):

tené tu! in medio némo est. magnificé volo
fluctuátim ire ad illum. accípite hoc! tege tu et sústine!

FORTVNATIM, prospere. Ennius Annali lib. ‖ I (106):

quod mihi reique, fidei, regno vobisque, Quiritis,
se fortunatim, feliciter ac bene vortat!

FRVSTATIM et FRVSTILATIM, per frusta, ut minutatim.

Pomponius Verre Aegroto (177):

. . verum illí valent qui luctántur cum leónibus.
éï te obiectés frustatim pásserinum prándium?

*idem* Satura (166):

non frústilatim néc minutatím dari.

FASTIDILITER, fastidiose. Varro Cras Credo, Hodie Nihil (78):

---

34 Fam. p. suppl.; 36 Fluct.—sol.; 39 Fort. prospere; 3 Frustatim—min.; 9 Fast. fastidiose.

---

**33** an parvum $F^3 B^A$: *om.* $L$ ‖ facul an *Ald.* ‖ **34** Famulantur pro simpliciter $L^1$ ‖ **34—35** *cf. 463. 24* (*s. v.* adfari) ‖ **35** Cadmigena natum *Voss.*: catmo venatum *codd. h. l.*: cadmo generatum *codd. 463* ‖ **36** Flutatim *On.* ‖ **37** *fort.* tene, téne tu ‖ **38** fluctuatim ($HG^2E$) *an* flutuatim ($PG^1$) *incert.* $B^A$: fluctuat $L$: fluctatim *vel* fluctuatim (*disyll.*) *Ribb.*: flutatim *On.* ‖ accipito *Mu.* ‖ **1** quod *Vahlen.*: ea ‖ reliquae: *corr. Roth.* ‖ **3** Firustatim $L^1 C^A D^A$: Frustulatim *On.* ‖ et frustulatim $C^A D^A$ ‖ **5** (vadent $F^1$): valeant *Mu.* ‖ vé. il. validé valent *On.* ‖ q. luctant *Both.*: q. vi luctantur *Ribb.*: *fort.* quiqui l. ‖ cum *del. On.* ‖ **6** et te: (*corr.* $F^2$ *ut vid.*): eis tete *Ribb.* ‖ frustratim $L$: frustulatim *On.* ‖ **7** idem (*praec.* ium) *add. Mu.* ‖ saturarum: *corr. Ribb.* ‖ **8** minutim: (*corr.* $L^2$) ‖ **9—11** (hab.) *cf. 139. 29* (*s. v.* mutatiliter).

quíbus instabilis ánimus ardens mútatiliter hávet habere et nón habere fástidiliter ínconstanti péctore.

FVGERE dictum est deterius fieri. M. Tullius de Officiis lib. III (91): 'siqui vinum fugiens vendat sciens'.

FATIGARE positum pro fatigari. Vergilius lib. VIII (94):
olli remigio noctemque diemque fatigant.

FRAVSVS pro fraudatus; id est, ad fraudis fructum non venerit. Plautus Asinaria (286):
nón placet. metuo ín commune néquam fraudem fraúsu' sit.

FAXS pro face. Varro Gerontodidascalo (191): 'confluit mulierum tota Roma: quae noctu fieri initia solita etiamnunc spinea faxs indicat'. — idem Sexagesi (486 = Enn. Alexandr. 48):

'adest fax ínvoluta incéndio.'

idem de Vita Populi Romani lib. II: 'cum a nova nupta ignis in face adferretur *e* foco eius sumtus, cum fax ex spinu alba esset et eam puer ingenuus anteferret'.

FLAVISAS. eas dici Varro aestimat, quos Graeci thensauros vocant, in epistula quam ad Servium Sulpicium dedit (= Gell. II, x, 3): 'Quintum Valerium Soranum solitum dicere, quos thensauros graeco nomine appellaremus,

---

12 Fug.—fieri; 14 Fat.—fat.; 16—17 Fraus.—venerit; 19 Faxs p. face; 26—4 Flav.—formidabile.

---

**10** animus] ennius *L* || mutabiliter *codd. h. l.* || et *secl. Mu.* **11** *post* fast. *add.* habet habere fastidiliter || **13** qui *codd. Cic.* **16—17** id—ven. *secl. Mu., Goetz.*: *fort. post v. 18 collocand.* || **17** non] ne *Mu.* || **19** p. faces *Quich.*: *fort.* p. facula (*cf. Arch. Lat. Lex. IX, 377*) || **20** *lacunam post* Roma *sign. Mu.* || initio *Riccobon.* || **21** pinea: *corr. Scal.* || **21—22** *cf. 328. 27* (*s. v.* involutum) || **24** face *edd.*: facie || e *add. Scal.* || cum $B^{A}$: *om.* *L* || **25** ex pinu a. $B^{A}$: ex finu abbae (*seq.* e) $L^{1}$ || et—anteferret *Mu.*: ut adferret (aff.) || **26** eas *del. Quich.* || **27** ad Servium Sulp. *Me.* (*ex Gell. II, 10*): advervus marcum sulp. $L^{1}$: ad servos marcum sulp. $C^{A}$ $D^{A}$: adversus marcum sulp. $B^{A}$ || **28** Soranum *Gell.*: coram (quoram $D^{A}$) nunc || **29** diceret: (*corr.* $H^{3}$) || appelleremus $D^{A}$.

113 M.

priscos Latinos flavissas dixisse, || quod in eos non rude aes argentumque, set flata signataque pecunia conderetur'.

FORMIDVLOSVM, et quod ipsum formidet et quod sit formidabile. Sallustius in Catilina (7. 5): 'non armatus hostis formidulosus'.

FRVNISCI pro frui. Lucilius lib. XVIII (3):

aeque fruniscor ego ac tu.

Coelius lib. I (Claud. Quadrig. 23): 'domus suas quemque ire iubet et sua omnia frunisci'. — Novius Parco (77):

quód magno opere quaésiverunt, íd frunisci nón queunt.

FELLARE, exsugere, lambere. Varro Manio (261): 'tam eum ad quem veniunt et hospitium lac humanum fellasse'.

FALLACILOQVENTIAE. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. IV (68): 'quae diligentissime contra Aristonem dicuntur a Chrysippo. ex ea difficultate illae fallaciloquentiae'.

FABELLAE. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (42): 'libenterque se cum his congregant dantque se ad ludendum fabellarumque auditione ducuntur'.

FERA VITE positum pro agresti. Sisenna Historiarum lib. IV (60): 'et partim fera vite, partim lauro et arbuto ac multa pinu ac myrtetis abundant'.

---

26—4 Flav.—formidabile; 6 Frun. p. fr.; 13—19 Fall.—agr.

---

1 latine $L B^A$ || rue $C^A D^A$ || 2 set $B^A$: esset (*praec.* e) $L C^A D^A$ || signa atque $L C^A D^A$ || 3 F. eo quod $L$ || formidet *om.*: (*add.* $F^2$) || 4 catilinario $F^3$: catilina *rell.* (*cum codd. Gell. IX, 12*) || 7 eso $L$ || 8 Q. Claudius *Gell. XVII, 2* || I *Gell.*: II || 8—9 quemque *codd. Gell.*: quoque: quosque *Quich.* || 9 et suam $L^1$ || pareo: *corr. edd. ex Gell.* || 11 Fell. exsug. *edd.*: Fallere exsurgere: Fell. sugere *Mu.* || lambere *Me.*: iam vere || varro $F^3$: *om.* $L B^A$ || 12 venerint (*vel* veniant) in (*Iun.*) hosp. *Mu.* || 16—18 *cf. 191. 4; 282. 34* || 18 audatione $L^1$ || 20 et paratim $B^A$: et paratim et paratim $L$: (*corr.* $H^2$) || tera $L^1$ || 20—21 arbusto: (*corr.* $H^2$) || 21 muta $L$.

FORAMEN. Sisenna Historiarum lib. IV (86): 'neque porta neque ullum foramen erat, qua posset eruptio fieri'.

FLEXANIMA. Cicero de Oratore lib. II (187): 'tantam vim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est «flexanima atque omnium regina rerum oratio»'. — Pacuvius Hermiona (177):

ó flexanima atque ómnium regína rerum orátio! ||

FRONS pro frondis. Vergilius Georgicorum lib. II (372):

[praecipue cum] frons tenera inprudensque laborum.

Varro de Re Rustica lib. I (24, 3): 'quod Cato ait, circum fundum ulmos et populos, unde frons ovibus et bubus sit'.

FALAE turres sunt ligneae. Ennius lib. XV (420):

malos diffindunt; fiunt tabulata falaeque.

haec sunt et in Circo, quae aput veteres propter spectatores e lignis erigebantur.

FORIA, stercora liquidiora. Pomponius Macco (64):

cónforisti mé, Diomedes!

Laberius in Panilicis (66):

fóriolus
ésse videre; in cóleos cacas.

Foriolus, qui foria facile emittat, soluti scilicet ventris.

---

22—26 For.—oratio; 1 Fr. p. fr.; 5 Fal.—lign.; 9 For.—liq.

---

23 quas $L^1$ || 27 o *Bentin.*: hoc || reginarum or. *L* || 1. 2. 4 Fros *Mu.* || 1 p. fronde: *corr. Quich.*: p. frondes *Stowasser.* (*Arch. Lat. Lex. I, 442*) || 1—2 *cf. 486. 7 fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 45*) || 1 lib. II *om. L* || 2 praecipue cum *add.* $F^3$: *om. rell.* || 8 elegebantur $L^1$ || 9 Feria $L^1$ || 10 conforiasti *Salmas.* || 11 Pariliis (?) *Mu.*: Pariliciis *Ribb.* || 13 videres *L*: videris $B^A$ *ut vid.* ($G^2P$): *corr. Ribb.* || *fort.* videris esse || coles *Bue.* || 14 lutis licet *L*: solutis scilicet $F^3$.

FLOCES, faex vini. Caecilius (190):

at pól ego neque florém neque floces vólo mihi: vinúm volo.

FEBRVARE positum pro purgare et purefacere. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'in eorum enim sacris, liba cum sunt facta, incernere solent farris semine; ac dicere se ea februare, id est pura facere'.

## INCIPIT PER G LITTERAM.

GRVNNIRE dicuntur porci, quod eorum proprium vocis est. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως (2):

grúndít tepidó lácte satúr molá mactátús
pórcús.

Cicero Tusculanarum lib. V (116): 'aut grunditum, cum iugulatur, suis'. — Laberius in Sedigito (82):

grúndientem aspéxi scrofam.

Grundules Lares dicuntur Romae constituti ob honorem porcae quae triginta pepererat. ||

GRANDIRE est grandem facere. Varro Rerum Divinarum lib. II: 'cum aut humus semina recipere non possit aut recepta non reddat aut edita grandire nequeat'. — Plautus Aulularia (49):

testúdineum istum tíbi ego grandibó gradum.

Lucretius lib. II (1160):

quae nunc vix nostro grandescunt aucta labore.

---

15 Floc. f. vini; 17 Febr.—puref.; 21—23 PER—vocis est; 29—1 Grund.—facere.

---

15 flex $L$ || 16 n^e^oque → noque with e above $L^1$: neoque (*pro* noque) $B^A$ || 19 incernere *Quich.*: incerni || semina *Riccobon.* || 20 dicunt *Mu.* || 21 INC. *om.* $C^A D^A$ || 24 lepido: *corr. Iun.* || 27—28 *cf.* 465. 1 || 29 Varro, grund. (?) *Mu.* || grundulsis: (-lis $H^3$) || 30 peperat: (*corr.* $L^2 P E$ *Paris.* 7665[2] *Oxon.*) || 1 grandef. *Mu.* || 2 I $B^A$ || humus aut *Mu.* || seminari incipere: *corr. Popma.* || 3 reddita (?) *Mu.* || nequeaut $L^1$ || 5 III || 6 -esc- $F^3$: -es- $L B^A$ || acuta.

idem lib. I (191):

quidque sua de materie grandescere alique.

Accius Meleagro (440):

frugis próhibet pergrandéscere.

Pacuvius Duloreste (142):

néc grandiri frúgum fetum pósse nec mitíscere.

GRANDITATEM. Sisenna Historiarum lib. IV (115): 'neque aetatis granditatem neque ea merita neque ordinis honestatem aut dignitatem sibi esse excusationi'.

GRAVIDINOSI. Cicero Tusculanarum lib. IV (27): 'itaque dicimus gravidinosos quosdam, torminosos.

GLARATORES sunt colobathrarii: gralae enim sunt fustes, quî mittuntur. Varro Mutuum Muli Scabunt, [graece] περὶ ψωρισμοῦ (323): 'ut glaratores quî gradiuntur perticae sunt ligneae † fynareinol † et ab homine eo, qui in îs stat, agitantur; sic illi animi nostri sunt; gralae crura ac pedes nostri, ex se ἀκείνητοι: sed ab animo moventur'.

GRANDILOQVI. Cicero in Oratore (20): 'nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum gravitate et maiestate verborum'. — et Tuscu-

---

13—19 Grand.—qui mittuntur; 24—29 Grandil.—salem.

---

8 sua de *Lucr.*: surdae || aliqua || **11—12** *cf. 343. 18* (*s. v.* mitis, maturus) || **14** aera mer. *Me.* || ne ord.: (*corr. G*) || **15** aut vitae dign. *Teuffel.* (*Phil. Jahrb. 1871, p. 280*) || **16—17** *cf. 32. 13 fort. secludend.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 45*) || **17** quosdam, quosdam *edd.* || **18** Gladatores *L* $C^A$ $D^A$: Gladiatores $F^3$ (?) || colobathatrari: *corr. Bentin.* || gralare *L* $B^A$: glarare $C^A$ $D^A$: grallae *Bentin.* || **19** quîs innituntur *Pius* || **20** graece *om. Ald.* || -μοῦ, ut *Roth.*: -μουτ (-μουι *L*) || **21** graduntur *L* || lignae συνάρθμιοι *Quich.*: sine ῥυθμῷ *Mu.* || **22** inistat || agitantur $F^3$: angitantur *L* $B^A$ || sicili: sic illae *Oehler.* || **23** galae $B^A$: galaea *L*: grallae *Iun.* || nostri *del. Quich.*: crura — nostri *del. On.* || ex se ἀκ. *Muret.*: ESSIARE κεινητοι || **26** gravitatem *L*.

lanarum lib. V (89): ‘quî tandem isti grandiloqui contra haec duo, quae maxime angunt?’

GVTTATIM. Plautus Mercatore (205):

quód guttatim cóntabescit, quási in aqua indiderís salem.

Ennius Hecuba (172):

vide húnc, meae in quem ‖ lácrumae guttatím cadunt.

GRACILITVDO [et GRACILENS pro gracilis et GRACILENTVM pro gracili et GRACILIVM] pro gracilitas. Accius Amphitryone (88):

tamen ét staturae grácilitudo própemodum et luctús facit,
ne dúbitem.

Ennius lib. VII (264):

deducunt habiles gladios filo gracilento.

Laevius Protesilaodamia (17, 1):

gracilenti’ colorem;

idem (17, 2):

ex hoc gracilens fit.

Turpilius Canephoro (13):

nosti quám sit gracile córpore.

GRANDAEVITAS. Accius Alcimaeone (67):

quia néc vos nec ille inpúne inriderét meam
grandaévitatem.

---

24—29 Grandil.—salem; 2—3 Gracil.—pro gracilitas.

---

29 quo g. ‖ (quasi—sal.) *cf. 223. 16* ‖ in aquam *codd. Pl.* ‖ 1 hinc m. inquam: *corr. Me.* ‖ lacr. $F^3 B^A$: meae *L* ‖ 2—3 Gracilitudo et gracilens pro gracilis et gracilentum pro gracilitas $C^A D^A$: et—Grac. *secl. On.*: Gracilitudo pro gracilitas et Gracilentum et Gracilens et Gracilum pro gracile *Mu. post Quich.* ‖ 4 staturae *Gebhard.*: statuae et ‖ prop. *Grotius*: et prop. ‖ 8 naevius: *corr. Osann.* ‖ 10 idem *Voss.*: dum ‖ 11 gracilans: *corr. Ald.* ‖ 13 cracile *L*: gracili $B^A$: -lo *Quich.* ‖ 14 alcimachone.

idem Bacchis (245):

quia néque mors neque vetústas neque grandaévitas.

Pacuvius Hermiona (161):

quod tamen ipsa órbitas
grandaévitasque Pélei per penúriam
stirpís subaxit.

GEMINITVDINEM. Pacuvius Atalanta (61):

hábeo ego, istam quî distinguam intér vos geminitúdinem.

GNARITAS. Sallustius Histor. lib. III (84): 'diversa, uti solet rebus perditis, capessivit; namque alii, fiducia gnaritatis locorum, occultam fugam sparsi, *pars* globis eruptionem temptavere'.

GALLVLARE, pubescere. Novius Exodio (20):

púerum mulierí praestare némo nescit, quánto melior
sít cuius vox gállulascit, cúius iam ramus róborascit.

GRATVLARI, gratias agere. Ennius Hecuba (176):

Iúppiter, tibi, súmme, tandem mále re gesta grátulor.

Naevius Belli Punici lib. III (25):

isque susum ad caelum sustulit suas res
Amulius gratulabatur divis.

Afranius Cinerario (20):

quod sálvús venís méliusque ést, grátulór dís. ||

---

23—28 Gemin.—pub.; 31 Gratul.—agere.

---

20 quo (*Both.*) tandem *Ribb.* || 21 penuria (*del.* per) *Mu.* || 22 subaxet: *corr. Both.* || 26 capessium $C^A D^A$ || 27 pars *add. Colerus*: fugam, pars sp. *Me.* || 28 Gallulascere *Quich.* || 29 nemo nescit *Both.*: nemo scit || 33 I *Mu.* || 34 irque (hirque) *Havet.* (*cf. Amer. Journ. Phil. XIV, 152*) || sustulit $F^3 B^A$: *om. L* || rex *Stephanus* || 35 ammullus: *corr. quid. ap. Bentin.* || gratulabat *Mu.* || *fort.* divis gratulabatur || 37 cum s. *codd. Prisc. I, p. 404*: quom s. *Ribb.* || meliusque *Prisc.*: melius.

117 M.

GARRIRE, quasi inepte strepere. Cicero de Oratore lib. II (21): 'nam et saeclis multis ante gymnasia inventa sunt quam in his philosophi garrire coeperunt'.

GARGARIDIARE. Varro epistula ad Fufium: 'Quintiporis Clodi Antipho fies, ac poemata eius gargaridians dices (Ter. Phorm. 841):

«ó fortuna! o fórs fortuna!»'

GALLINAS. Cicero Academicorum lib. III (II, 57): 'qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent, i, cum ovum inspexerant, quae gallina peperisset, dicere solebant'.

GABALVM crucem dici veteres volunt. Varro Ἀλλ' οὐ μενεῖς, περὶ φιλαργυρίας (24):

nos bárbari, quod ínnocentes ín gabalum suffígimus
hominés, vos nonne bárbari, qui nóxio subéstis?

GENIALIS, hospitalis. Santra de Antiquitate Verborum lib. III: 'scis enim geniales homines ab antiquis appellatos qui ad invitandum et largius adparandum cibum promtiores essent'.

GANGRAENA est cancer. Lucilius Satyrarum lib. I (16):

serpere uti gangraena mala atque herpestica posset.

Varro περὶ ἐξαγωγῆς (408): 'non vituperamus, cum sciamus digitum praecidi oportere, si ob eam rem gangraena non sit ad bracchium ventura'. — idem de Vita Populi Romani lib. IV: 'quo facilius animadvertatur per

---

1 Garr.—strep.; 4—10 Garg.—volunt; 14—17 Gen.—canc.

---

4 Gargadiare *L* $C^A$ $D^A$ || 5 Antipho (*Bue.*) fies ac *Ries.*: ant foriae ac: A. eris ac *Mu.*: *fort.* Antiphoni haec || -idiens $C^A$ $D^A$ || 6 *cf.* *425. 20* (*s. v.* fors et fortuna) || 8 i *Cic.*: libro II (*pro* hii) *L* $C^A$ $D^A$: idem libro II $B^A$ || 9 quae id g. *codd. Cic.* || 13 nonne *scripsi*: non || qui *Roth.*: quid: quod *Bentin.* || noxios obvestis: *correxi*: noxios absolvitis *Bentin.*: n. obicitis bestiis *Bue.* || 14 ospicialis *L* || 16 quid ad $L^1$ || 17 carcer $C^A$ $D^A$ || lucretius || 18 malo: *corr. Dousa*: malum *Mu.* || ad quem *L* (*pro* adque?) || 20 digitum *Lips.*: dictum || 20—21 cagrena $L^1$ || 21 bacchium || id est $L^1$ || 22 IIII $F^3$: III *L* $B^A$.

omnes articulos populi hanc mali gangraenam sanguinulentam permeasse'.

GENIVM, parsimoniam. Terentius in Phormione (44):
suúm defraudans génium conpersít miser.

Lucilius lib. XXVI (75):

cúret aegrotúm, sumtum homini praébeat, geniúm suum défrudet, alî párcat.

GVMIAE, gulosi. Lucilius lib. XXX (44):

illo quid || fiat, Lamia et Pytho oxyodontes
quod veniunt, gumiae † illi, evetulae, inprobae, ineptae?

GLVMAM Varro folliculum grani frumentarii dici putat, de Re Rustica lib. I (48, 1): 'granum dictum, quod est intimum soldum; gluma, qui est folliculus eius; arista, quae, ut acus tenuis, longe eminet'.

GERDIVS. Lucilius lib. XXX (46):

curare, domi sint
gerdius, ancillae, pueri, zonariu', textor.

GRAVIDAVIT, implevit. Caecilius Titthe (223):

per mystéria hic
inhonéste, gravidavít probro.

GERMANITVS, fideliter: dictum a germanitate. Pomponius Praefecto Morum (145):

---

24—25 Gen.—miser; 29 Gem. gul.; 3—17 Glum.—forte.

---

23 permeasse *ed. a. 1471*: perimasse || 24—25 *cf. 31. 10; 525. 5* || 25 defraudans $L$ $C^A$ $D^A$ *ut vid.*: defrudans $B^A$ (*cum Montepess., Oxon.*) || conspersit *codd. h. l.* || 28 fraudet, alii *Mu.* || 29. 2 Gemiae (*pro* Gymiae? e *pro* y, *ut saepe in archetypo*) || 1 lamiae $F^3$ || pitto ixiodontes: *corr. Scal.* || 2 g. illi evetulae $F^3$: g. illiae vetulae $L$ $B^A$: *fort.* g. mille evetulae *vel* illi g. v. || 5 longe $L$ $B^A$: loco $C^A$ $D^A$ || 7 curate *Passerat.* || 8 tector: *corr. Iun.* || 9 Gradauit $L$ || 10—11 pér m. híc inh. incéste gr. *Mu.* (inh. honéstam gr. *Ribb.*) || 11 probo $B^A$ || 12 Germanus $L^1$.

ut, síquis est
amícus amici, gaúdet sicui quíd boni
evénit, cuii amícus est germánitus.

GENEROSVM, nobile vel forte. M. Tullius de Officiis lib. III (86): 'cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potenti'.

GRATIOSVM, multae gratiae. M. Tullius de Officiis lib. III (58): 'qui esset, ut argentarius, aput omnes ordines gratiosus'.

GRATIFICARI, gratum facere. M. Tullius in Hortensio (61): 'quare adgredere, quaeso, et gratificare reipublicae'.

GERRAE, nugae, ineptiae; et sunt gerrae fascini, qui sic in Naxo, insula Veneris, ab incolis appellantur.

Plautus Asinaria (600):

gérrae!
qui sése parere ádparent huius légibus profécto.

idem (Persa 89):

hic aderit, crédo, congerró meus.

congerro meus, ut conlusor meus, qui easdem exerceat nugas. Caecilius Portitore (191):

cur 'dépopulator'? gérrae! ||

---

3—17 Glum.—forte; 19 Grat. m. grat.; 21 Grat. regr. facere.

---

15 am. am. *tuetur Leo* (*Plaut. Forsch. p. 235*): amici (-co *Iun.*) amicus *Ribb.*: amicus animo *Bue.* || sicut: (*corr.* $F^2$) || qui b. $L B^A$ || 16 cuius *ed. a. 1471* || 17—18 *fort. post 20 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 46*) || 20 quid $L^1$ || 21 Gratificare: *corr. Ald.* || regratum (*praec.* re) $L C^A D^A$: (se gratum $H^2$) || 24 sic in $F^3 B^A$: sin. $L$ || 26 sesperare || 28 hic *om.* $L^1$ || 28. 29 congerio meus (*add. in mg.*) congerro meus ut *ut vid.* $F^3$: congeriomnia eius ut $L^1$: congerio meus congerrae ut $B^A$ *ut vid.* (congerrae congerio meus ut $H^2$): *corr. Me.*: congerro meus ut *Bentin.* || 31 fur *Rost.* || depopulato $L$.

GALLARE, ut est bacchare. Varro Eumenidibus (150): 'cum illoc venio, video gallorum frequentiam in templo, qui, dum e scena coronam adlatam inponeret aedilis † signosiae † et deam gallantes vario retinebant studio'. — eodem (119):

nam quaé venustas híc adest gallántibus?

GANEONES a ganeis dicti, ut popinones. et sunt loca vinulentiae ac libidini apta. Varro Modio (315): 'et hoc interest inter Epicurum et ganeones nostros, quibus modulus est vitae culina'. — M. Tullius in Catilinam (II, 7): 'quis ganeo, quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor iuventutis?'

GLVBERE. Varro de Re Rustica (I, 55, 1): 'duritia est enim ea †, quod non solum stringit bacam, sed etiam ramos glubit ac relinquit ad gelicidium'.

GRAMIAE, pituitae oculorum. Caecilius (286):

grammónsis oculis ípsa, atratis déntibus.

GIGERIA, intestina gallinarum † conhisetita cocta. Lucilius lib. VIII (9):

gizerini sunt
sive adeo hepatia.

---

1 Gall.—bacch.; 6—7 Gan.—apta; 11—14 Glub.—ocul.; 16 Gig.—gallinarum.

---

1 id est *Mu.* || 2 illos: *corr. Ribb.* || vento: *corr. Salmas.*: ventum *Quich.* || 3 e sc. cor. *Scal.*: essena hora nam: messem hornam *Lachm.* || imponunt *Lachm.* || 4 *fort.* signo Gnosiae, d. || recinebant *Mu.* || idem eod. *Passerat.* || 5 *cf. 267. 10* || vetustas *codd. h. l.* || his *Salmas.* || 6 popiones: *corr. Ald.* || et] ea *Mu.* || 7 -nis $L^1$ || 7—9 *cf. 55. 15* (*s. v.* colinam) || 10 q. g. quis nepos q. a. *Cic.* || 11 dur. *om.* $C^A$ $D^A$ || 11—12 durities enim eorum quod *cod. Varr.*: duritia est enim causa (cā) quod *Mu.* || 12 (quod)—13 (glub.) *cf. 403. 9* || 13 ramis *codd. h. l.*: ram (*sic*) *codd. 403* || reliquit || 14 Gramae *Bue.* (*Rhein. Mus. XXXV, 72*) || 15 gentibus: (*corr.* $F^1$) || 16 *fort.* Giz. || cum isiciis c. *I. Dousa*: *fort.* cum isicia (*vel* isiciata) c. || 18 gigeria (*Bentin.*) insunt *Mu.* || 19 hepetia: *corr. Iun.*

GLIS, nominativus ab eo quod sunt g l i r e s. Laberius in Aquis Caldis (5):

et iam hic me óptimus somnús premit,
ut prémitur glis.

Plautus genetivo plurali (inc. 56): 'glirium examina.'

GENIVS generis. Laberius in Imagine (54):
geniús generis nostrí parens.

## INCIPIT PER H LITTERAM.

HABENTIA, ut industria, sapientia, concordia. Claudius lib. VII (61): 'animos eorum habentia inflarat'. — ab eo quod est h a b e r e. ||

HORA, iuventutis dea. Ennius Annali lib. I (114):
. . Quirine pater, veneror, Horamque Quirini.

HALLEC, genere neutro. Plautus [in] Aulularia (fr. V):
qui mi olera cruda ponunt, allec duint.

Horatius in lib. II Sermonum (4, 73):

ego faecem primus et allec
miscui.

HALOPHANTAM, aut sycophantam, hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia miserrima mercede conducitur.

---

20 Glis — glires; 26—1 Genius — dea; 3 Hall. g. neutro; 8—9 Hal. — conducitur.

---

20 q. est *Mu.* || 22 opimus *Passerat.* || premit *secl. Mu.* || 23 ut p.] opprimitur: (*corr.* $F^2$, *silente* $F^3$): opprimit ut *Mu.* || 25 glivium *L* || 26 Genus $L^1$ || 27 parens *secl. On.* || 28 INC. *om.* $D^A$ || 29. 30. 31 Hav. *Gifan.* || 29 aut (*praec.* a) *L* || 30 animus $L^1$ || 1 iuventatis $L^1$: Iuventas *Merula* || 2 v. bene Hŏramque *Mu.* || quirint *L* || 3 in *om.* $B^A$ || 4 adduint *Quich.*: (danunt $L^2$) || 6 face p. nec || 6—7 primus et hallec * * * nec hallec miscui *On.* || 7 miscui *fort. secludend.* || 8 au s. $C^A$ $D^A$: ut s. *edd.*: *secl. On.* (*cf. v. 10*).

Plautus (Curc. 463):

hálophantam aut sýcophantam mágis esse dicam . . .

et alius nobilitatis obscurae (Com. pall. inc. 20):

halophántam mendacém velit.

HIPPOCAMPI, equi marini, a flexu caudarum, quae piscosae sunt: et est graecum. Menander (831 K.):

*οὐχ οὗτος ἱππόκαμπος ἦν ἐν αἰθέρι;*

Laevius Sirenocirce (21):

délphino cinctís vehiculis híppocampisque ásperis.

Lucilius transverso ordine posuit (inc. 82):

camphippi, elephantocamelos.

HARA est porcorum stabulum. Varro Prometheo Libero (435): 'in tenebris ac suili vivunt; nisi non forum hara atque homines, qui nunc, plerique sues sunt existimandi'. — Cicero in Pisonem (37): 'ex hara producte, non schola'.

HILARITVDINEM, pro hilaritate, Plautus Milite Glorioso (677):

és, bibe, animo obséquere mecum atque ónera te hilaritúdine.

HISCERE est proprie loqui. Accius Armorum Iudicio (157):

hem, véreor plus, quam fás est captivum, híscere.

---

13—17 Hipp.—asp.; 20 Hara—stab.; 24 Hil. p. hilaritate; 26 Hisc.—loqui.

---

**10** h. an s. hunc magis hoc e. d. *codd. Pl.* || halapantamne *Guietus* || **15** uchutos (ucu. $L^1$) hippocampus (hippicantus $L^1$) in aeter: *corr. Scal.* (*ἦν add. Quich.*) || **16** naevius (ne.) $C^A$ $D^A$: nae (ne) usus $L$ $B^A$: *corr. Hermann.* || sirenocirces $C^A$ $D^A$: sirenocicer $L$: sirenociter $B^A$: *corr. Mu.* || **17** iunctis *Scal.* || **19** hippocampi elefanto camillos: camphippelephantocamelos *I. Dousa*: 'camphippi' et 'pantherocamelos' *Mu.*: camphippi et pardocamelos *On.* || **21** viunt || **23** n. ex s. *codd. Cic.* || **24** Hilaritudine *Quich.* || **25** est bibe *codd. Pl.*: sive || **26** H. pro l. *Mu.*

HONESTITVDO pro honestas. Accius Oenomao (501):

hórrida honestitúdo Europae príncipium primo éx loco.

idem Myrmidonibus (16):

tua || honéstitudo Dánaos decepít diu.

HILVM, breve quoddam. Lucilius lib. XXX (33):

quod tua *tu* laudes, culpes, non proficis hilum.

Cicero Tusculanarum lib. I (10): ‘tum illud, quod

«Sisýphu' versat saxúm sudans
niténdo neque profícit hilum.»'

HORNVM, ipsius anni. Lucilius lib. XXVIII (23):

utrum ánno an horno téte abstuleris á viro.

Varro Eumenidibus (142): ‘cum in eo essem occupatus atque in schola «curarer», ut scribit Scantius, «hórno per Dionýsia»'.

HILARESCO. Varro Epistula Latina lib. I: ‘immo, cum amicorum domus fumat, hilarisco'.

HOSTIRE est conprimere, caedere, dictum ab hostia.

Pacuvius Teucro (345):

nisi cohérceo
protérvitatem atque hóstio feróciam.

---

28 Hon. p. hon.; 2 Hil. br. quoddam; 7 Horn. i. an.; 11—13 Hil.—hostia.

---

29 horrénda *On.* || principum *Voss., fort. recte* || 1 decipit: *corr. Delrius* || 3 quo *Mu.* || tu *add. Mu.* || lades || 4—6 *cf. 353. 8* || 6 intendo $L^1$ || 8 tete *Mu.*: te || 9—10 *cf. 355. 35* (*s. v.* occupare, detinere) || 10 curaret inscribit *codd. h. l.* || dionisiam *codd. h. l.* || 11 immo cum *Me.*: invoccum || 13 H. e. conmere $L^1$ || cedere $F^3$: recedere *rell.* (*praec.* re) || 14—16 *cf. 490. 17* (*s. v.* ferocia) || 15 coeaceo *cod. Fest. 270*: cohercuero (coerc.) *codd. h. l.*: cicia (-tia) *codd. 490* || 16 (hostiero $F^2$ *ut vid.*).

|| Hostire, offendere, laedere. Laevius Erotopaegnion lib. II (1):

nunc quód meum admissúm nocens
hostít voluntatém tuam.

HALVCINARI, aberrare et non consistere atque dissolvi et obstupefieri atque tardari honeste veteres dixerunt, ut est (cf. Gell. VIII, 3): 'et adsiduo oscitantem vidit atque illius quidem delicatissimas mentis et corporis alucinationes'.

HILARETVR. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (8): 'verum hoc loco sumo verbis his eandem certe vim voluptatis Epicurum nosse quam ceteros. omnes enim iucundum motum, quo sensus hilaretur, graece ἡδονήν, latine voluptatem vocant'.

HEBES positum pro obscuro aut obtuso. Cicero Academicorum lib. II (fr. 6): 'quid? lunae quae liniamenta sunt? potesne dicere? cuius et nascentis et inseniscentis || alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua'.

HINNOS vel hinnas sub quo sensu accipere debeamus, Varro designat. ait enim, ex equis et hinnulis qui nascantur, hinnos vocari (cf. R. R. II, 8, 6; L. L. IX, 28).

---

17 Host. off. cedere; 20—29 Halucinari—obtuso; 2—7 Hin.—advenerit.

---

17 laedere *Hildebrand. ad gloss. lat. Parisin. p. 163*: cedere: *secl. On.* || Laevius *Me.*: pacuvius || 18 hunc quod: *corr. quid. ap. Bentin.*: numquod *Mu.* || 23 aluciones $C^A$: alutiones $D^A$ || 24—26 (vol.) *cf. 396. 11* || 25 summo *codd. h. l.* || verbis *om.* $C^A D^A$ || 26 voluntatis *codd. h. l.* || nosse *codd. Cic.*: non esse $C^A D^A$: non nosse $L B^A$ *fuerat in arch.* non $\overset{\text{nosse}}{\text{esse}}$ || 27 notum $C^A D^A$ || 28 hedoneum || 29 Habes *L* || 31 sint *Iun.* || cuius *Iun.*: necuius || et inseniscentis $F^3 B^A$: *om.* *L* || 1 hab. *L* || 2 vel h. *del. Quich.* || 3 Varro *om.* $L^1$ || in nullis $L^1$ (mulis $L^2$): asinis *Guietus* (*cf. Varr. L. L. IX, 28, Varr. R. R. II, 8, 6* ex equo et asina): *fort.* asinabus.

122 M.

HILLAS intestina veteres esse dixerunt: unde Bohillae, oppidum in Italia, quod eo bos intestina vulnere trahens advenerit. Laberius (145):

lavite item hillam. cocus si lumbum adussit, flagris caeditur.

idem Catulario (21):

† "neve aliter hunc pedicabis" — "quomodo?" —
"video, ádulescenti nóstro caedis híllam . ."

HINNIBVNDAE pro hinnientes, ab eo quod est hinnio. Claudius Annalibus lib. XVI (78): 'equae hinnibundae, inter se spargentes terram calcibus'.

## INCIPIT PER I LITTERAM.

INCVRVISCERE. Cicero de Oratore lib. III (154 = trag. inc. 135): 'ut'

. . bacarum ubértate incurvíscere.

ita et in Tusculanis, lib. I (69).

INFINITATEM. Cicero Academicorum lib. IV (II, 116): 'at hoc Anaximandro, populari et sodali suo, non persuasit. is enim *infinitatem naturae dixit esse*'. — *idem Tusculanarum lib. V* (105): '*quibus* infinitatem rerum atque naturae et in hoc mundo ipso caelum, terras, maria cognoscimus'.

---

2—7 Hinnos — advenerit; 15—26 INC. — dementia.

---

5 bohilla: *corr. Quich.* || 8 labit item $F^3 B^A$: labitatem *L*: *corr. Ribb.* || fragilis *L* (*pro* fraglis) || caedetur f. *Ribb.*: fragulis caeditor (?) *Mu.* || **10** Naevi, a. h. pedica, si vis *Leo anal. Plaut. II, 10* || **11** hilla *L*: illa $B^A$: (*corr. F*): ilia *Bue.* || **12** Hinnibunde pro hinnienter: *corr. Quich.* (*idem error p. 130. 11*) || hinno || **15** INC. *om.* $D^A$ || **16—123. 5** *fort. post 131. 2 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *pp. 47, 91*) || **16** Incupuiscere $L^1$ || **17** ubertatem || **18** *cf. Class. Rev. XVI, 49* || **20** popularis || soldali *L* || pervasit *L* || **21. 22** *add. Roth.*

INSANITAS. Cicero Tusculanarum lib. III (10): 'insipientia autem, quasi insanitas, quae est insania eademque dementia'. — Varro Eumenidibus (133):

apage ín dierectum á domo nostra ístam insanitátem!

INFRACTIONEM. Cicero Tusculanarum lib. III (14): 'in quem cadat aegritudo, cadere in eum timorem et infractionem quidem animi'.

IVGLANDES, agrestes nuces. Cicero Tusculanarum lib. V (58): 'instituitque ut candentibus iuglandium putaminibus || barbam sibi et capillum adureret'.

INGENERARETVR, ut innasceretur. Cicero Academicorum lib. III (fr. 14): 'in tanta animantium varietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis et scientiae'.

IVVENILITAS pro iuventus. Varro Tithono, περὶ γήρως (545):

quam derelíquit
multícupida iuvenílitas.

ITVM pro incessum. Titinius Setina (117):

itum,
géstum, amictum quí videbant éius.

IGNAVIT, id est ignavum facit. Accius Aeneadis aut Decio (9):

. fateor, sed saépe ignavit fórtem in spe expectátio.

INPLICARE positum pro ornare. Afranius Brundisinis (18):

parte ínferiore hic ínplicabatúr caput.

---

15—26 INC.—dem.; 28—30 Infr.—nuces; 2 Ing. ut inn.; 5 Iuv. p. iuv.; 9 It. p. inc.; 12 Ign.—fecit; 14 Inpl.—ornare.

---

24 I || 25 insanitas quaedam q. *Cic.* || esset: est et *On.* || 26—27 *cf. 49. 25* (*s. v.* dierecti) || 28 (Infractionem torporem $F^3$ *mg.*) || 31 cadentibus: (*corr. G*) || 2 (Ingeneraretur, nasceretur *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || 5—7 *cf. 433. 23* || 7 qua *codd. h. l.* || 8 (iuvenitas $G^1$) || 9 incessu || 10 itu *L* || 11 cestum *L* || 12—13 *cf. 126. 16* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 109*) || 12. 13 Ignavavit *Bue.* || 13 *versus stat post v. 15* || fecit *codd. h. l.* || 14 brumdisio in || 15 huic *Quich.*

INANIIS pro inanitate. Plautus Aulularia (84):

ita inániis sunt óppletae atque aráneis.

INCITAS dicitur egestas. Plautus Trinummo (535):

alii éxsolati abiérunt; alii emórtui;
. . . . . . hem nunc hic, cuiust,
ut ad íncitas redáctus est!

idem Poenulo (907):

prófecto ad incitás lenonem rédiget, si eas abdúxerit.

Lucilius Satyrarum lib. III (62):

illud ad incita cum redit atque internecionem.

idem lib. XV (19):

vilicum Aristocratem, mediastrinum atque bubulcum
conmanducatus conrupit, ad incita adegit.

INCERTAT, incertum facit. Pacuvius Duloreste (150):

set méd incertat díctio: quàre éxpedi.

Plautus Epidico (545):

lónga dies meum incértat animum.

ICIT significat percutit, ab ictu. Plautus Truculento (601):

fréndit, ícít femúr.

idem Vidularia (98):

ibi || út piscabar, fúscina ici vídulum.

---

16 In. p. in.; 18 Inc. d. eg.; 29 Inc.—fac.; 33 Icit—ictu.

---

17 arantes || 18 Incistas $L^1$: Incitae (?) *Mu. in append.* || 19 -atum *codd. Pl.* || 20 em (hem) *codd. Pl.* || cuius est *codd. Pl.* || 21 ad *Pl.*: a || 23 profectu: (*corr. G*) || incita (-tam *F*) leonem || 25 rediit: (*corr.* $G^1$) || aque $L^1$ || 26—28 *cf. 479. 3* (*s. v.* conmanducatur); *143. 5* (*s. v.* mediastrinos) || 27 magistograten (*praec.* m) *codd. h. l.* || 30 med *Both.*: ne: me *Iun.* || quare *Σ*: quam rem: quin rem *Scal.* || 1 ici *ed. pr.*: vici.

Pacuvius Armorum Iudicio (38):

nám canis quando ést percussa lápide, non tam illum ádpetit
quí sese icit quám illum eum ipsum lápidem quî ipsa icta
est petit.

Afranius Simulante (307):

offéndit, fregit, rúpit, icit póculo.

Caecilius Demandatis (27):

si úmquam quisquam vídit quem catapúlta aut balista ícerit.

Lucretius lib. III (159):

esse animam cum animo coniunctam; quae cum animi vi perculsa est, exin corpus propellit et icit.

Turpilius Demetrio (26):

"nam si íceris me pósthac, credas míhi velim",
inquít, tum quid censés? "dolebit scílicet."

Naevius Danae (10):

quae quondam fúlmine icit Iúppiter.

INVNCARE, quasi unco invadere et arripere. Lucilius lib. XV (21):

at quî nummos tristis inuncat?

INSOLVM, insolitum. Afranius Crimine (40):

órbitatem tuaé senectutí malam
metuí, quod insolúm non venit caéco ac dementí tibi.

---

17 Inunc.—arr.; 19 Ins. insolitum.

---

3 *fort.* canes || 4 sese i. *Voss.*: ses i. $L^1$: se i. $B^A$ || illunc *Hermann.*: *del. Quich.* || eumpse *Voss.*: *fort.* eumpsum || 6 regit rumpit: *corr. Ribb.* || 10 animam $F^3$: animum $L B^A$ || coniunctum $B^A$ (*G E*) | vis: *om. codd. Lucr.*: *corr. edd.* || 11 percussast *codd. Lucr.* | et icit *Lucr.*: eicit || 13 nam $F^3$: na nam $L B^A$ || 14 quid censes tum? *Both.* || 15 Naevius] inequius *L* || 16 quam *Delrius* || quondam $F^3$: quandam $L B^A$ || 19 *fort.* IN SOLVM (*del.* insolitum) (*sed vid.* '*Non. Marc.*' *p. 71*) || 20 sen. tuae: *corr. Both.* || 21 in solum *Afr.* || demetibi: *corr. Both.*

idem Virgine (342):

né veniret, quód nunc agitur, ínsolum.

INIBI pro sic et mox. Afranius Materteris (207):

postquam se vídit
inibi ésse, gnatam párvulam soróribus conméndat.

Caecilius Plocio (188):

"libérne es?" — "non sum líber, verum inibi ést quasi."

Pacuvius Iliona (205):

profécto aut inibi est aút iam potiuntúr Phrugum.

IGNOTAE, id est insciae. Naevius Lycurgo (37):

ignótae íteri' súmu'; túte scís.

INIVRIE dictum pro iniuriose. Naevius Lycurgo (40):

"óderunt di hominés † iniuriose." — "égone an ille iniúrie
fácimus?"

INCILARE est increpare vel inprobare. Accius Meleagro (458):

quis erít qui non me spérnens, || incilán‍s probris,
sermóne indecorans túrpi fama dífferet?

idem Clytaemestra (41):

mátrem ob iure fáctum incilas, génitorem iniustum ádprobas?

---

24 Inibi—mox; 31 Ign.—insciae; 33 Iniurie—iniuriose; 36 Inc.—inprobare.

---

**23** ni v. *Ribb.* || nunc *Iun.*: num *B*[A]: *om.* *L* || in solum *Afr.* || **25** videt *Quich.* (*senar.*) || **26** gnatam *Quich.*: gignatam || **28** nondum (?) *Mu.* || liber *F*[3]: *om.* *L B*[A] || quasi *F*[3]: *om.* *L B*[A] || **30** aut iam *F*[3]: tam iam *L B*[A] || **31** Ignoti i. e. inscii *Mu., recte, ni fallor* || **31—32** *cf. 485. 5* (*s. v.* iteris) || **32** ignoti *codd. 485* (*cum codd. Prisc. I, p. 229*) (*cf. Class. Rev. XVI, 48*) || **34** i dii *L* || h. iniuros *Both.*: h. iniustos *Havet.* (*Arch. Lat. Lex. III, 282*) || **1** quis erit *F*[3] *B*[A]: qui rit *L* || ingilans *L* || **2** differet *F*[3]: differret *L B*[A] || **4** matrem ob *Grotius*: matre meo.

Pacuvius Duloreste (130):

síquis hac me orátione incílet, quid respóndeam?

Lucilius lib. XXX (30):

nunc, Gai, quoniam incilans nos laedi' vicissim.

INNVBERE positum transire, quod hae, quae nubunt, ad domos maritorum transeunt. Lucilius Satyrarum lib. VI (26):

suam enim † invadere atque innubere censent.

INFESTVM MARE HABERET pro mare latrocinando infestaret. M. Tullius de Republica lib. III (24): ‘nam cum quaereretur ex eo, quo scelere inpulsus mare haberet infestum uno myoparone: «eodem», inquit, «quo tu orbem terrae».

IMBRICES ac TEGVLAS. Sisenna Historiarum lib. III (11): ‘dissipatis imbricum fragminibus ac testis tegularum’.

INPIGRITAS pro inpigritia. M. Tullius de Republica lib. III (40): ‘numquam viri fortissimi fortitudinis, inpigritatis, patientiae’.

INTOLERABILIS, id est quae tolerare non possit. Afranius Privigno (254):

quod si fecíssem paulo saépius,
didicísses ferre et nón esse intolerábilis.

INCONSVLTI, quibus consulentibus religio nihil diceret. Vergilius Aeneidos lib. III (452):

inconsulti abeunt sedemque odere Sibyllae.

---

9—10 Inn.— trans.; 12—13 Inf.— inf.; 16—18 Imbr.— pro inp.; 20 Int.— pos.; 24 Inc.— diceret.

---

8 gat *L* || vicissem *L* || 9 nubant *L* || **10** transeant *Mu.* || **11** s. e. insinuare *Lachm. comm. Lucr. 181, Mu.*: *fort.* suam (*vel* suas) inv. e. || **13—15** *cf. 318. 17* (*s. v.* habere, facere); *534. 14* (*s. v.* myoparo) || **14** conpulsus *codd. h. l.* (*cf. Class. Rev. XVI, 48*) || **20** tolerari: *corr. Bongars.* || **23** did. *On.* (-set *Scal.*): didicit esse is || **26** aberunt *L* || odere *om. L.*

INLVVIES, sordes. Vergilius Aeneidos lib. III (593): respicimus: dira inluvies.

Lucilius lib. XXX (88):

inluvies, scabies oculos huic denique petigo
conscendere.

Varro Manio (254): 'ac periret
«squalé scabreque, inlúvie et vastitúdine.»' (cf. Pacuv. 314.)

Lucilius lib. XXVI (44):

hic || cruciatúr fame,
frígore, inluvie, ínperfundie, ínbalnitie, incúria.

INVIDIOSVM, quod sit vitabile ad videndum. Lucilius lib. XXVI (36):

squálitate súmma ac scabie súmma in aerumna óbrutam,
néque inimicis ínvidiosam néque amico exoptábilem.

INDVLGITATE pro indulgentia. Sisenna Historiarum lib. III (46): 'Bassus adsiduitate, indulgitate victus'.

IEIENTARE. Afranius Buccone Adoptato (Pomponius 26):

iéientare núlla invitat.

Plautus Curculione (73):

quid ántepones Véneri ieientáculi?

---

27—28 Inl.—inl.; 3 Inv.—vivend.; 6 Ind. p. indulgentia; 8—16 Iei.—facit.

---

27 Inluviis $L^1 C^A D^A$ || 27—28 *cf. 130. 7; 330. 5; 373. 16* || 28 inluviae (ill-, -ie) || 29—31 *cf. 160. 18* (*s. v.* petigo) || 30 denique spei *codd. h. l.*: deque petigo *Fruter.*: deinque p. (?) *Iun.* || 32—33 *cf. 168. 15* (*s. v.* scabre); *185. 14* (*s. v.* vastescant); *226. 5* (*s. v.* squalor) || 33 sq. scabieque *codd. h. l.* || 3 qui sit $C^A D^A$ || vivendum || 3—4 *cf. 226. 8* (*s. v.* squalor, fem.); *401. 36* (*s. v.* summum) || 4 sculitate || erumna *codd. 226. 401*: re summa *codd. h. l.* || 7 adsiduus itate $L^1$ || 8 (Ieientare ientare $F^3$ *mg.*) || Pomponius *Neukirch.; Ritsch. Parerg. I, 134* || 11 ientaculi $B^A$ (*ut v. 8* Ientare, *v. 10* ientare, *v. 13* ientauit $B^A$): alentaculo *codd. Pl.*

Afranius Crimine (43):

haéc ieiuna iéientavit.

Varro Marcipore (278): 'ut eat ac rem publicam administret, quod pulli ientent'.

IGNAVIT, ignavum facit. Accius Aeneadis (9):

. fateor, sed saépe ignavit fórtem in spe expectátio.

INAVDIRE, audire. M. Tullius ad Pansam lib. I (2): 'quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum quiddam inaudieram'.

Novius Malivolo (55):

únde hoc tam repénte
iucúndum inaudiví melum?

Pacuvius Armorum Iudicio (35):

quod égo inaudivi accípite et quid sit fácto opus decérnite.

Afranius Divortio (68):

. nóbis dictes, quaéso, ne ille inaúdiat.

INFELICENT. Caecilius Nauclero (114):

út te di omnes ínfelicent cúm male monita mémoria!

Plautus Poenulo (449):

di illum ínfelicent ómnes!

INIQVAT. Laberius Nuptiis (65):

aequum ánimum indigna iníquat contumélia.

---

8—16 Iei.—facit; 18 Inaud. aud.; 27—28 Inf.—memoria; 31—33 In.—redintegrare.

---

**13** eient. $D^A$: ieientabit *Mu.* || **16—17** *cf. 123. 12* || **16. 17** Ignavavit *Bue.* || **16** ignavium $L^1$ || fecit *codd. 123* || **17** ignabat *codd. h. l.* || **26** novis dictis (d. *om.* $L^1$): *corr. Lips.*: n. dicas *On.* || inaudiatid *L* || **27. 28. 30** Infelicitent: *corr. Guietus* (Infel [*sic*] felicem faciant $F^3$ *mg.*) || **28** ut dedi $C^A D^A$ || molita $C^A D^A$ || **31** (Iniquat iniquus fit $F^3$ *mg.*) || **32** indignati niquat $L^1$: indignat in. $F^3 C^A D^A$: indignanti in. $B^A$: indignatione in. *On.*

INTEGRARE, redintegrare. Vergilius Georgicorum lib. IV (514):

ramoque sedens miserabile carmen ||
integrat.

Accius Antenoridis (124):

namque húc id venio, ut méa ope opes Troiae íntegrem.

Pacuvius Chryse (111):

set césso inimicitiam íntegrare.

Sisenna Historiarum lib. IV (89): 'ultro citroque integrant in oppido caedem'.

IRASCERE pro irasci. Pomponius † etarista (30):

nóli, quaeso, iráscere:
móre fit, moríri suam quisque úxorem ut velit . . .

Nigidius Conmentariis Grammaticis, lib. IX (2): 'ita irascere. quid nunc irascitur?'

IAMDIV pro olim. Turpilius Hetaera (79):

Rhodiénsest, sed istuc cónmigravit iám diu.

Ennius Alcmeone (19):

factum est iám diu.

Caecilius Pausimacho (136):

líbera essem iám diu,
si istóc habuissem ingénio amatorés mihi.

Livius Aiace (15):

mirúm videtur, quód sit factum iám diu?

---

31—33 Iniquat—redint.; 8 Ir. p. ir.; 13 Iamd. p. olim.

---

34 ramoque *Verg.*: ereboque || 3 invenio: *corr. Voss.* || trogae (-ge) || 5 ceso *L* || 8 Hetaerista *Quich.*: Citharista *Me.* || 9 neli *L* || 10 quisque *om. L* (*post* uxorem *litt. quinque spatio relicto*) || su. vir qu. ut ux. *Ribb.*: su. qu. ux. vir uti (ut) *On.* || 12 quod (*Rutgers.*) nunc irasci dicitur *Quich.* || 18 liber e.: *corr. Iun.* || 19 si ston hab. ing. $F^3$: si ston (*om.* hab. ing.) *L*: hab. ing. siston $B^A$: *corr. On.* || abutores *L.*

INCVRSIM pro celeriter. Caecilius Fallacia (46):

núllus sum, nisi meám rem iam omnem própero incursim
pérdere.

INDISCRIMINATIM, indifferenter. Varro de Lingua Latina lib. XVIII (33): 'quibus nos in hoc libro, proinde ut nihil intersit, utemur indiscriminatim, promisce'.

INSANVM pro insane; ut INMANE pro inmaniter. Plautus Nervolaria (99):

insánum valde utérque deamat.

Sallustius lib. II (44): 'inmane quantum animi exarsere'. Nomen positum pro adverbio.

IVXTIM pro iuxta. Sisenna Ab Urbe Condita (3): 'iuxtim Numicium flumen obtruncatur'. — Livius Aegistho (10):

in sedes cónlocat se régias,
Clytaeméstra iuxtim, tértias natae óccupant.

INANIMA, sine anima. M. Tullius de Officiis || lib. II (11): 'quae ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum'. — et in Hortensio (20): 'nam cum omnis sollertia admiranda est, tum ea, quae efficit ut, inanima quae sint, vivere et spirare videantur'.

INDOLENTIAM nove M. Tullius quod sine dolore sit, de Officiis *lib. III* (12): 'ut i qui rem expetendam vel voluptate vel indolentia metiuntur'.

---

22 Inc. p. cel.; 24 Ind. ind.; 27 Ins.—inmaniter; 32 Iux. p. iuxta; 1 Inan. s. an.; 6—9 Indol.—addicere.

---

27 inaniter $C^A$ (*non Turic.*) || 28 neruo (*sic*) || 31 Nom.—adv. *secl. Mu.* || 32—33 Sis. 'at urbe cond. iux.' *Quich.*: Sis. 'urb. cond. iux.' *Me.*: Sis. Historiarum lib. I 'proximo anno ab urb. cond. iux.' *On.* || 5 sperare $L^1$ || 6 I. q. s. d. s. n. M. T. *Mu.* || 7 off. ut ii qui *L*: off. ut hi qui $C^A$ $D^A$: off. II ut qui $B^A$: *corr. Quich.* || q. rem expetenda $D^A$: *om.* $L^1$: q. res expetendas *codd. Cic.* || 8 voluntate $D^A$.

128 M.

INDICARE, promittere, addicere. M. Tullius de Officiis lib. III (62): 'Scaevola, Publi filius, cum postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur'.

INEPTITVDO pro ineptia. Caecilius Harpazomene (61):
quî, homo ineptitúdinis cumulátus, cultum oblítus es?

IGITVR positum pro postea. Plautus Amphitryone (209):
sin alitér sient animáti neque dent quaé petat,
sese ígitur summa ví virisque eorum óppugnassere óppidum.

INVOLARE, inruere, evolare vel insilire vel invadere. Plautus Amphitryone (245):
cúm clamóre ínvolánt ínpetu álacri.

Cicero de Oratore lib. III (122): 'ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines, caducam quasi atque vacuam, abundantes otio nobis occupatis involaverunt'.

IVDICATVM atque indictum. Plautus Asinaria (937):
mále cubandum est: iúdicatum me uxor ducit domum.

INPENDIO pro magis. Plautus Aulularia (18):
atque ílle vero mínu' minusque inpéndio
curáre minu'que me ínpertire honóribus.

---

6—9 Indol.—addicere; 12 In. p. ineptiae; 14 Ig.—postea; 17 Inv.—invad.; 19—25 Impetu al.—magis.

---

9 pro remittere *Mu.* || **11** vim sibi *L* || **12** pro ineptiae $C^A$ $D^A$ || **13** equî (ecquî) h. (*praec.* e) *Ribb.*: quî tu h. *Mu.* || cultrum *Both.* || **15** sient *Pl.*: essent || petant (*cum codd. Donat. ad Eun. I, I, 1*) || **16** s. vi virisque *Pl.*: s. viresque || oppi. expugnassere (-asse) *codd. Pl.*: oppi. oppugnassere *codd. Donat.*: oppugnatus se oppi. || **19** *ab* inpetu *nov. lemma*: *corr.* $F^3$ || **20** Cic. *om.* $C^A$ $D^A$ || prudentia || **21** quasi cad. *codd. Cic.* || **23** Iud. adiudicatum atq. *Freinshemius*: Iud. damnatum atq. *On. post Fabrum* || (Iudicatum, ad iudicium ducit *index marg. in* $B^A$ *et* [Ind.] *gl.*) || addictum *Freinshemius*: iudicio addictum *On.*: *fort.* inductum || **24** ducit $B^A$: dicit *L*: adducit *codd. Pl.*: abd. *Dousa*: *fort.* inducit || **25** Inpedio (Imp.): (*corr. Turic.*) || (Inpedio, inpendio *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || **26** inpedio (imp.).

INDIPISCERE, petere, usurpare. Plautus || Aulularia (774):

nec partém tibi
ádeo, cuiumst, índipisces; néque furem excipiés? . .

INCRVSTATVM. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (533): ʻ*λιθόστρωτα* pavimenta et parietes incrustatos’.

INPOTENS, valde potens. Cicero Tusculanarum lib. V (17): ʻqui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla inpotentia ecferantur’.

INAVDITVM, quod non audiat, in veteribus prudentibus lectum est (Gell. VI, 6, 1): ʻquaedam animalium aliud alio carent; aut caeca natura gignuntur aut inodora aut inaudita’.

INFESTVM, cui aliud sit infestum. M. Tullius pro Plancio (1): ʻdolebam, iudices, et acerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benivolentia, praesidio custodiaque texisset’.

IGNARVM, quod nesciatur aut sit incognitum. Vergilius Aen. (X, 706):

ignarum Laurens habet ora Mimanta.

---

1 Ind.—usurp.; 4—6 Incr.—pot.; 9—12 Inaud.—sit inf.; 16 Ign.—incognitum.

---

**1—3** *cf. 293. 26* || **3** ab eo *codd. Pl.* || cui sit *codd. h. l.*: cuius (cuivis) *codd. 293*: cuiquam est *codd. Pl.*: *corr. Mu.* (cuiust) || inde posces *codd. Pl.* || **4** (Incrustatum ornatum crustis coopertum $F^3$ *mg. cum ind. marg. in* $B^A$ *et gl.*) || **5** par. crustatus: *corr. Laurenberg. post Iun.*: parietem incrustatum scrutatus *On.* || **7** agant || **8** impotenti laetitia e. *codd. Cic.* || **10—11** alia alio *codd. Gell.* || **11** aut a natura: et aut caeca natura *Gell.* || **12** cui *scripsi* (*praecesserat supra* aliud alio): aliud || Inf. quod alii infestum aut cui aliud sit inf. *On.* || (Infestum, quod magis infestetur *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || **13** doleram $L^1$ || **15** texisse *L* || **16** nesciatur aut $F^3$ (*cum* $H^2$): nesciat cura ut *rell.* || **17** Aen. *om. codd. Gell. IX, 12. 22.*

Sallustius Iugurthino bello (cf. 93, 3; Hist. I, 103): 'amore humanae cupidinis ignara visendi'.

INLATEBRARE a latebris honestissime dictum. Caelius Annalibus, lib. I (Claud. Quadrig. 22): 'arma plerique abiciunt atque inermis in latebras se inlatebrant'.

INIMICITIA numero singulari. Ennius (trag. 326):

eo ego ingénio
natús sum; amicitiam átque inimicitiam ín frontem promtám gero.

INPVNO, quod est inpudens. Lucilius lib. II (1):

homo inpuratus et inpuno est rapinator.

INFINITIO, quasi sine fine et indefinitio. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. I (21): 'quorum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus; infinitio ipsa, quam apeirian vocant'. ||

IN POPVLVM pro ad populum. Sisenna Historiarum lib. III (43): 'servulum eius, praemio libertatis inductum magno cum tumulto conventûm in populum produxit armatum'.

INMISSVM pro demissum, prominens et longius pendens. Sisenna Historiarum lib. III (47): 'cum conplures men-

---

21 Inl.— dic.; 24—27 Inim.— inpudens; 29 Inf.— indef.; 1 In — ad pop.; 5 Inm.— pendens.

---

19 Iug. bell. *om. codd. Gell.* || 20 more *codd. Gell.* || uisenda *L* || 22 Q. Claudius *Gell. XVII, 2* || 23 atque *BA*: at *L* || 'inermi inlatebrant sese.' inlatebrant verbum etc. *codd. Gell.* || 25 ego *om. L*[1] (*cum codd. Gell. XIX, 8*) || 26 am. modo inim. *L* || éo eg. ing. ná. sum | aéque am. *Ribb.* || fronte (-tem) *codd. Gell.* || 27 (Inpuno, inpune *index marg. in BA*) || 27—28 *cf. 167. 19* (*s. v.* rapinator) || 28 rapister *codd. h. l.*: rapinator (*i. e.* rapĭnátor) *codd. 167* || estque rapister *Mu.* || 29 quasi] quod sit *Mu.* || indefinitum *Mu.* || 30—31 incursionem || 32 aparian *L* || 2—3 indictum: (*corr. H*[2]) || cum tulo *L*[1] || convenientium *Mu.*: *secl. On.* || 5 prominens *om. L*[1] || 6—7 *cf. 188. 14* || 6 sum *L.*

ses barba inmissa et intonso capillo'. — Vergilius Aeneidos lib. III (593):

respicimus: dira inluvies inmissaque barba.

IVSSO pro iussu. Sisenna Historiarum lib. IV (119): 'tamen Tudertibus senati consulto et populi iusso dat civitatem'.

IACTVOSAE positum pro iactantes. Cicero in Oratore (125): 'tum sunt luminosae et quasi iactuosae partes duae'.

INCISIM. Cicero in Oratore (213): 'haec quidem duo binis pedibus incisim; deinde membratim: «tu dicere solebas»'.

INPORTATVM pro inlatum, quomodo exportatum ablatum. Cicero de Oratore *lib. I* (38): 'publicis rebus quae adiumenta per homines eloquentissimos inportata'. — idem lib. II (53): 'modo enim huc ista sunt inportata'.

INFITIATORES sunt falsi criminis obiectores. Cicero de Oratore lib. I (168): 'non intellegebat, ut, si ille infitiator probasset iudici, ante petitam esse pecuniam quam esset coepta deberi'.

INSIGNITE, cum indicio notae. Cicero de Oratore lib. II (349): 'nec inprobum notari ac vituperari insignite posse'.

INVITIVS, ab eo quod est invitus. Cicero de Oratore lib. II (364): 'quem ego paulo sciebam vel pudentius ||

---

9 Ius. pro iniussu; 11 Iact.—iact.; 13—16 In.—ablatum; 19 Inf.—obi.; 22—24 Ins.—est invitus.

---

7 intonso $F^3$: intonsa $L B^A$ || 7—8 *cf. 330. 5; 125. 27; 373. 15; 362. 32* || 9 pro iussu *ed. a. 1476*: pro iniussu (-so $L^1$) || 10 senati $F^3 B^A$: sati $L^1$ || tussu $L$ || 11 Iactuose pos. pro iactanter: *corr. Iun.* (*idem vitium p. 122. 12*) || 11—12 *cf. 132. 19* || 12 cum *codd. h. l.* || s. maxime lum. *codd. 132* (*cum Cic.*) || actuosae *codd. Cic.* || parteduat $L$ || 13. 14 Inhisim $L C^A D^A$ (Inhisim simul $F^3$ *mg.*) (Inhisim quasi simul *index marg. in* $B^A$: Inhisim simul *gl.*) || 14 tum || 15—16 exp. pro abl. *Quich.* || 16 lib. I *om.* (*seq.* publ.) || 17 quam *Cic.* || 19 Infinitores $L^1$ || 20—21 illi i. || 21 petiam $L$ || 24 (Invitius ab invito *index marg. in* $B^A$ *et* [ab invitio] *gl.*) || 25 inpudentius (imp.): (*corr.* $G^2$).

131 M.

vel invitius, nolo enim dicere de tam suavi homine: fastidiosius'.

INEXTINGVIBILIS. Varro Cato vel de liberis educandis (3): 'mala enim consuetudo, diu inroborata, est inextinguibilis'.

INNVMERALI pro innumerabili. Lucretius lib. II (1086): non esse unica, sed numero magis innumerali.

## INCIPIT PER L LITTERAM.

LATER. Varro *'Εκατόμβη, περὶ θυσιῶν* (96):

Ludón fluens sub Sárdibus flumén tulit
aurúm, later quod cónquadravit régius.

idem Sesqueulixe (474):

. . . ubeí dicuntur bárbari innumerábiles
láteres aureós habuisse.

idem Manio (248):

hic út quadrato látere stipataé strues.

LVTAVI pro lui. Varro *'Εκατόμβη, περὶ θυσιῶν* (100): 'habes quî et cuius rei causa fecerim hecatomben. in quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi'.

LVCVNS. Varro Periplu lib. II, *περὶ φιλοσοφίας* (417): 'nulla ambrosia ac nectar; non alium et sardae, set «panis, pemma, lucuns, cibu' qui purissimu' multo est.»'

idem Sciamachia, *περὶ τύφου* (508):

vinum, pemma, lucuns, nihil adiuvat; ista ministrat.

---

3—5 Inext.—innumerab.; 7—16 INC.—lui; 19—21 Luc.—est.

---

4 mala en. *Me.*: male en. || inproborata $F^{3}C^{A}D^{A}$: inprorata $LB^{A}$: *corr. Ries.* || 5. 6 Innumera || 6 una se n. || 7 INC. *om.* $D^{A}$ || 10 *cf. 520. 16* || regius *codd. 520*: relio $L^{1}$: religio $B^{A}C^{A}D^{A}$ || 11—12 sexque ubi (*om.* ulixe) $L^{1}C^{A}D^{A}$ || 12 edicuntur $C^{A}D^{A}$: educantur $LB^{A}$ || barbati: *corr. Iun.* || 16 Latavi $C^{A}D^{A}$ || 20 ambracia || nector || 21 lucans $L^{1}$: culans $C^{A}D^{A}$ || 23 remma: *corr. Iun.* || istam instrat: *corr. Iun.*: ista ministrans *Oehler.*

Afranius Fratriis (161):

"pistóri nubat." — "cúr non scribilitário,
ut míttat fratris fílio lucuéntulos?"

LONGVRIO, id est longus. Varro Triphallo, περὶ ἀρρενότητος (562): 'ego nihil Varro video: ita hic obscurat, qui ante me est, nescio qui longurio'.

LOTIOLENTE dictum veluti lutulente, a lotio. Titinius Varo (137):

"lótiolente!" — "flócci fiet." — † "cúlar ‖ cultor!"

LENITVDINE pro lenitate. Turpilius Philopatro (189):

míra lenitúdine
ac suávitate abúndat.

Cicero Tusculanarum lib. V (46 = Pacuv. Niptr. 247): '«lénitudo orátionis, móllitudo córporis.»

ea si bona ducemus, quid erit in philosophi gravitate?' — et in Verrem (II, IV, 136?): 'quanta me tua non modo lenitudo'.

LAETITVDINE pro laetitia. Accius Alcmeone (60):

út me depositum ínmerentem répentino alacrem núntio
réddidisti atque éxcitasti ex lúctu in laetitúdinem!

idem Bacchis (259):

quanta ín venando afféctust laetitúdine!

---

27 Long.—long.; 2 Len. p. len.; 9 Laet. p. laetitia.

---

25 novat: (*corr. G mg.*) ‖ scribitario *L* ‖ **26** lucuentulus $F^3$ (*cf. Arch. Lat. Lex. XI, 332*): luculentulus $B^A$: liculentulentulus *L* ‖ **28** Varro] vero *Lambecius ad Gell. II, 15* (*idem error 162. 14*): *del. Duentzer.* ‖ video *Lambecius*: ideo ‖ obscurat *Lambecius, Roth.*: curat ‖ **1** fiet $F^3$: fiet et $LB^A$ ‖ culi c. *Neukirch.*: cultor culorum *On.*: circulator *Iun.* ‖ **2—8** *fort. post 13 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 48*) ‖ **5** IIII ‖ **7** sibi b. ‖ ducens: duces *Mu.* ‖ **9** Lenitudine $L^1$ ‖ Laetitudinem pro laetitiam (?) *Mu.* ‖ **10** repositum: *corr. Palmerius* ‖ nunt al.: *transp. Bue.* ‖ **11** atque exc. *Me.*: adive hesitastis ‖ **13** affectio est: *corr. Voss.*

LARGITAS pro largitione. Turpilius Paraterusa (171):

eho díc mihi, an oblita, óbsecro, es eius crébras mansiónes
ad amícam, sumpti lárgitatem?

M. Tullius de Republica lib. III (40): 'Pyrrhi videlicet largitas † acos aut Samnitium copiae Curio defuerunt'.

LVMINOSVM positum pro claro. Cicero in Oratore (125): 'tum sunt maxime luminosae et quasi iactuosae partes duae'.

LAXITAS. Sallustius Historiarum lib. IV (76): 'simul eos et cunctos iam inclinatos laxitate loci plures cohortes atque omnes, ut in secunda re, pariter acres invadunt'. — M. Tullius de Officiis lib. I (139): 'et admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda cura est laxitatis'.

LAMENTAS pro lamentationes. Pacuvius Hermiona (175):

laméntas, fletus fácere conpendí licet.

LAETARE, et LAETISCERE, laetificare. Livius Aegistho (7):

iamne óculos specie laétavisti optábili?

Accius Pelopidis (513):

et te ut tríplici laetarém ‖ bono.

Sisenna lib. IV (123): 'utrumne divi cultu erga se mortalium laetiscant an superna agentes humana neglegant'.

---

14 Larg. p. larg.; 19 Lum.—claro; 21—23 Lax.—invadunt; 26 Lam. p. lam.; 28—30 Laetare—optabili.

---

**17—18** videlicet *Lambin.*: videt ‖ **18** l. Fabricio *Iun.* ‖ copia: *corr. Mai.* ‖ **19—20** *cf. 130. 11. fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.' p. 48*) ‖ **20** lactuose *L*: actuosae *codd. Cic.* (*cum* $G^1$ -se) ‖ **22** eos * * * et *Mu.* ‖ cuneos (?) *Mu.* ‖ laxitate *Me.*: laxitas et ‖ **23** in *om.* $C^A$ $D^A$ ‖ acre: *corr. Me.* ‖ **24—25** *cf. 340. 15* ‖ **25** cuius m. *L* ‖ **26—27** *fort. post 20 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.' p. 49*) ‖ **26** -tione $C^A$ $D^A$ ‖ **28** et laetisc. *secl. On.* ‖ laetificare et laetificari *Quich.*: *fort.* l. l. ‖ **29—30** *cf. 386. 28* (*s. v.* species) ‖ **30** letauisto $L^1$ ‖ **2** divi *Iun.*: viri ‖ **3** supernae egentes: *corr. Ald.*

LITTEROSVS, litteratus. Cassius Hemina Annalium lib. III (28): 'homo mere litterosus'.

LATIBVLET et LATIBVLETVR pro lateat. Laevius Erotopaegnio[n] (24):

nocte ut opertus amictu latibuletur.

Publilius Putatoribus (2):

progrédere et nequis látibuletur pérspice.

LVPARI, ut scortari vel prostitui. Atta Aquis Caldis (3):

cum meretrície
nóstro ornatu pér vias lupántur.

Lucilius lib. V (37):

et divos ture precemur,
consilium fassi, placeatne inpune luperis.

LVSVS vel LVSIO, qui ab omnibus ludus dicitur. Varro Marcipore (279): 'utri magis sunt pueri? hi pusilli nigri, qui expectant nundinam, ut magister dimittat lusum?' — idem Cato vel de liberis educandis (30): 'ab huiuscemodi lusionibus radices crudelitas agere solet'.

LABORIOSVM, in quo laboretur. Calvus Poematis (2):

dúrum rús fugit ét labóriósum.

---

4 Litt. litt.; 6 Latibulet—lateat; 11—13 Lup.—lupantur; 17 Lusus—dic.; 21 Lab.—laboretur.

---

4 Litteratus litteratus $C^A$ $D^A$ || 5 mire *Madvig. Adv. II, 657* || 6 Laevius *Me.*: nevius || 8 latibulet *ed. Bas. falso tribuit Iunio* || 9 publili liputatoribus: *corr. ed. a. 1476, Iun.* || 10 praegr. *Quich.* || (prospice $P^1$) || 12 c. meretrice e $B^A$: c. meretricae $L^1$: c. meretrice $C^A$ $D^A$: *corr. Bue.*: commeretrices hae *Havet.* (*Rev. Philol. XV, 75*) || 13 lup. n. o. p. v. *Bue.* || 16 placeatne *Mu.*: placent tune: placeat tu *Iun.* || luperis *Scal.*: superbis || 17 ab nibus $L^1$: ab nobis *Mu.* || 17—19 *cf. 214. 22* (*s. v.* nundinae gen. fem.) || 19 spectant *codd. h. l.* || nundina $B^A$: nundinas *codd. 214* || 19—20 *cf. 211. 20* || 21 C. Calvus *Gell. IX, 12. 10*: gallus || 22 fugit et *cod. N. Fabri*: fugite: fugiet (fugi sed) *codd. Gell.*: *fort.* fugitet.

LVTESCIT honeste dictum. *Furius* poematis, tametsi auctoritatis sit ignobilis (1):

sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.

LIBELLIONEM, ut tabellionem. Varro Manio (256): 'tum ad me fuerunt, quod libellionem esse sciebant'.

LIMVM, obtortum. Varro Manio (260): 'altus alieno *sumptu neque post respiciens neque ante prospi*ciens, sed limus intra limites culinae'.

LACESSERE positum provocare. Cicero in Oratore (62): 'et Aristoteles Isocraten lacessivit et Xenophontis || voce Musas quasi locutas ferunt'. — et Tusculanarum lib. V (121): 'inpulsi sumus ad philosophiae scriptiones, verum etiam lacessiti'.

LENTITVDINEM, pro lenitate, Cicero Tusculanarum lib. IV (43): 'eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant'.

LEAE pro leaenae. Lucretius lib. V (1318):

inritata leae iaciebant corpora saltu.

LIGELLVM, tuguriolum, domicilium breve. Plautus Aulularia (301):

suó ligello fúmus siqua exít foras.

---

23—31 Lut.—provocare; 4 Len. p. len.; 7 Leae p. leaenae; 9 Lig.—breve.

---

23 Lutescet || Furius p. *scripsi* (*ut 145. 9; 148. 15; 188. 5; cf. Gell. XVIII, 11*): in p.: a Furio in p. *Quich.* || poma ista etsi $L^1$ || 26 Libellonem: (*corr.* $F^2$) || utabellionem $L^1$ || 27 ferunt *Popma* || 28—30 *cf. 442. 33* (*s. v.* prospicere et respicere); *237. 16* (*s. v.* altum ab alimento dictum) || 29 sumptu—ante *om. codd. h. l.* (*uno versu praetermisso a scriba archetypi*) || prospiciens *codd. 442*: sciens *codd. h. l.* (*pro* ciens) || 32 et aristote et aristoteles $L^1$ || Is. ipsum *codd. Cic.*: socraten || 2 non modo i. *Cic.* || 2—3 *cf. 174. 21* || 2 -onem *codd. h. l.* || 4 Lenitudinem $L$ $C^A$ *ut vid.* (*cum Oxon.*): Lenitudine $B^A$ $D^A$ *ut vid.* (*cum Paris. 7666*): *corr. Bentin.* || 5 qua lenitate $L$ || 6 letinitudinis $L^1$: lenitudinis $B^A$ || 10 de suo *codd. Pl.*: tuo: a suo (*praec.* -a) *Mu.* || fuisti qua exis.

LICITARI, congredi, pugnare. Ennius (Ann. 64):

pars ludicre saxa
iactant, inter se licitantur.

Caecilius Hymnide (68):

"quae
narráre inepti est *ád* scutras fervéntis." — "quin machaéra
licitári adversum ahénum coepistí sciens?"

LONGISCERE, longum fieri vel frangi. Ennius lib. XVII (491):

neque corpora firma
longiscunt quicquam.

idem (Ann. 493):

cum sola est, eadem facient longiscere longe.

LIGVRRIRE, degustare: unde abligurrire, multa avide consumere. Horatius (Sat. I, 3, 81):

semessos pisces tepidumque ligurrierat ius.

Catullus (fr. III):

Priapo de meo ligurrire libido est.

LATROCINARI, militare mercede. Plautus Cornicula[ria] (63):

. . . latrócinatus ánnos decem Demétrio.

qui aput regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti. — Ennius (Ann. 529):

---

11 Lic.—pugn.; 18 Long.—frangi; 24—25 Lig.—cons.; 29—34 Latr.—memorare.

---

16 ad *add. Ribb.* || 17 licitaria (*seq.* a) || aeneum || 18. 21. 23 Lang. *Hugius* || 18 langidum fieri vel frangi *Hugius* || 23 soles *Vahlen.* || 24 ablig. *Iun.*: adlig. $L^1$: allig. $B^A$: lig. $C^A D^A$ || 26 epidum *L* || tius $B^A$ (*praec.* t) || 28 c. priopo de: C., o Priape de *Mu.*: C. Priapeo, de *Lachm.* || mero *Mu.* || 29 militari $C^A D^A$ || 30 qui regi latrocinatu's *codd. Varr. L. L. VII, 52* || d. a. Demetrio *Varr.*: a. X mercedem in tiberio: a. d. regi Demetrio *On.*: a. d. [mercedem]. Cato in Tiberium *Mu.*

fortunasque suas coepere latrones
inter se memorare.

LAVERNA, dea cui supplicant fures. Plautus Cornicula[ria] (66):

. míhi Laverna in fúrtis celebrassít manus!

Lucilius lib. XVII (12):

si messes † facis || Musas, si vendi' Lavernae.

LVCVLENTITATEM, a luculento. Caecilius Hymnide (71):

. vide luculéntitatem eíus et magnificéntiam!

Laberius Tusca (90):

dominus nostér tua
lúculentitáte captus.

LVSTRATVS, luxuriosus: a lustris, abditis locis. Plautus Casina (245):

únde es, nihili? úbi lustretur? úbi bibatur?

LVSCIOSI, qui ad lucernam non vident et μύωπες vocantur a Graecis. Varro Disciplinarum lib. VIII: 'vesperi non videre, quos appellant lusciosos'. — idem Andabatis (29):

edepol, idem caecus, non lusciosus est (cf. Plaut. Mil. 322).

---

29—34 Latr.—mem.; 2 Luc. a luculento; 7 Lustr.—locis; 9—10 Lusc.—Graecis.

---

**33** suas *Me.*: quas || **34** memorare] rare *L* || **35** lavernaea cui (*null. nov. lemm.*): (*corr.* $L^2$) || **36** m. L. *Scal.*: militaveram nam || celerassit *L* || manius: *corr. Ald.* || **1** si semissi' (*Dousa*) f. M. *On.*: sem. f. tu M. *Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*) || **2** Luculentatem $D^A$ || **3** luculentitem $L^1$ || **6** captust (?) *Mu.* || **8** his (*i. e.* is) nihili *codd. Pl.*: es nihil || ubi fuisti (vivisti) ubi lustratu's ubi bibisti *codd. Pl.* || ibi b. || **9** Luscitiosi (*hic et infra*) *Lindemann.* || **9—10** vocentur || **11** vident *v. d. ap. Quich.* || **11—12** idem And. * * * idem 'edepol tú quidem | caécus non luscítiosu's' *Mu.*

LEMVRES, larvae nocturnae et terrificationes imaginum et bestiarum. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu ac dicunt se Lemurios domo extra ianuam eicere'.

## INCIPIT PER M LITTERAM.

MOLLITVDINEM pro mollitie. Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (371):

sigílla, in mento inpréssa Amoris dígitulo,
vestígio demónstrant mollitúdinem.

Cicero de Oratore lib. III (99): 'in ipso tactu modum et mollitudinis et levitatis'.

MIRIVS, magis mirum. Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (206):

non súbsilis ac plaúdis et ab Aráto posces ástricam
corónam? quid enim hoc mírius?

MANDARE positum pro conmendare. Sisenna Historiae lib. III (34): 'post principia paulatim recedunt atque inde cum paucis fugae se mandant'. — unde et procurationem mandare, commendare, vel causam || sentire poteris.

MACRITVDINEM, pro macie, Plautus Captivis (135):

ossa átque pellis súm miser macritúdine.

MVSTVM non solum vinum, verum novellum quidquid est, recte dicitur. Naevius Gymnastico (53):

---

13—18 Lemures—pro mollitie; 24 Mirius magis mirum; 27 Mand.—comm.; 2 Macr. p. mac.; 4—5 Must.—dicitur.

---

16 lemures *ed. princ.* || elicere *Mu.* || 17 INC. *om.* $D^{A}$ || 18 -tiem *Mu.* || 20 sigilla *Bentin.*: sulla (*pro* siilla) || 21 demonstrat: *corr. Iun.* || 22 m. tullius cicero *L* (*del.* $F^{3}$) (Cic. *ex archetypo exciderat*) || VI *L* || 22—23 t. esse m. *codd. Cic.*: factu m. || 24—26 (cor.) *cf.* *374. 12* (*s. v.* poscere) || 25 non *om. L* || poscis *Me.* || 26 oronum *codd. h. l.* || 28 tricipia: *corr. Bentin.* || 30 comm. *secl. Quich.* || 30—1 c. dictum s. *Mu.* || 2 -dine *Quich.* || 3 pellisum || misera *codd. Pl.*

136 M.

“. utrum est melius, vírginemne an víduam uxorem dúcere?” —
“vírginem, si músta est.”

MAXIMITAS positum pro magnitudine. Lucretius lib. II (498):

ne quaedam cogas inmani maximitate.

MVLTESIMA pars nove posita, quantitas infinita. Lucretius lib. VI (651):

quam parvula pars et quam multesima constet.

MISERITVDINEM, pro misericordia, Accius Astyanacte (185):

Tróia est testis: quaére ex aliis, qui íllius miseritúdine
nómen clarum in húmili saxo múltis memorant vócibus.

idem Alphesiboea (79):

cum ípsa sim ita, míseritudo meórum nulla est líberûm.

MAESTITVDO pro maestitia. Accius Telepho (613):

. . . . quém ego ubi aspexí, virum memorábilem
íntui vidérer, ni vestítus taeter, maéstitudo,
vástitudo praédicarent hóminem esse.

Plautus Aulularia (732):

cuí tanta mala maéstitudoque óptigit.

MAGNITATE pro magnitudine. Accius Bacchis (247):

. . nam neque sat fíngi neque dicí potest
pro mágnitate.

---

8 Max.—magn.; 10 Mult.—inf.; 13 Mis.—misericordia; 18 Maest. p. maest.; 24 Magn. p. magnitudine.

---

6 ne—uxorem *om.* *L* || 9 nequae (-que) adam || 12 quam sit p. p. *Lucr.* || constat *L* || 13 pro miseria cordia (*ex* prdia) $L^1$: pro miseria vel misericordia $B^A$ (Miseritudine, miseria *gl.*) || 14 -dinem: *corr. ed. a. 1476* || 15 tumuli *Duentzer.* || vorsibus (?) *Mu. in append.* || 17 simeta: *corr. Bue.*: simitu *Both.* || eorum: *corr. Voss.* || ulla: (*corr.* $F^2$, *silente* $F^3$) || 19 virum *Σ*: vir || 23 qui || 25 nam quae: *corr. Quich.*: neque *ed. a. 1480* || ne dici *L.*

MACELLVM dictum pro macilentum Lucilius probat lib. VI (11):

si nosti, non magnus homo est, nasutu', macellus.

MACORE pro macie. Pacuvius Periboea (274): ||

. . corpusque meúm tali
maeróre, errore, macóre senet.

Varro Serrano, *περὶ ἀρχαιρεσιῶν* (453): 'noster Atticus rivalis, homo item lectus in curiam «cúm macescebát»'.

MATRESCAM, matris similis fiam. Pacuvius Duloreste (138):

útinam nunc matréscam ingenio, ut meúm patrem ulciscí
queam!

MVNIA, officia. Sallustius Historiae lib. III (95): 'ac tum maxime, uti solet in extremis rebus, sibi quisque carissimum domi recordari cunctique omnium ordinum *munia* extrema sequi'. Plautus Mercatore (105):

dicéns pro meritis grátum me et muném fore.

METARI, partire, unde et metatores. Vergilius Georgicorum lib. II (274):

si pinguis agros metabere campi,
densa sere.

Caelius Annali lib. VI (41): 'omnes simul terram cum classi accedunt, navibus atque scaphis egrediuntur, castra metati signa statuunt'. — unde hodieque metatores dicimus.

---

27 Mac.—mac.; 29 Mac. p. mac.; 5 Matr.—fiam; 7 Mun. off.; 12 Met.—metatores.

---

27 *fort.* Sat. lib. || 28 h. e. n. *om.* *L* || 2 error *L*: aegrore *Lachm. comm. Lucr. p. 416* || 3 attius $F^3$ (accius $F^1$): Axius *Mu.* || 4 ruralis *Popma* || in c. l. *Mu.* (*troch. scaz.*) || commac. *Iun.*: cura m. *Ries.* || 5 oreste $F^3 L^1$: duloreste $B^A$ || 9 recordavi: *corr. ed. a. 1480* || 10 munia (*add. Iun.*) strenue exsequi (*Dietsch.*) *Mu.* || 11 dico eius p. *Pl.* || 12 Metare: *corr. ed. a. 1476* || parare: *corr. Mu* || 15 (i. d. *add.* *F*, *i. e.* in denso) || 17 scaptis $L^1$.

137. 138 M.

MAMMEATAM, mammosam. Plautus in Poenulo (393):
cúius amicam mámmeatam.

MVSIMONES, asini, muli aut equi breves. Lucilius lib. VI (15):
pretium emit, qui vendit equum musimonem.

Cato de † Letorio (18, 11): 'asinum aut musimonem aut arietem'.

MAESTAS pro maestificas. Laberius Tusca (91):
cóncitatam móbilitata ménte maestas.

MICTILIS, paupercula pulmentaria. Lucilius lib. XX (3):
pulmentaria ut intibus aut aliqua id genus herba
et ius maenarum bene habet, sed mictilis haec est.

MAESTARET pro maerentem faceret. Accius Myrmidonibus (13):
quódsi, ut decuit, stáres || mecum aút meu' maestarét dolor,
iám diu inflammári Atridae návis vidissént suas.

MADORE. Sallustius Historiae lib. IV (16): 'quasi par in oppido festinatio; et ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur; nam omnia oppidi stagnabant redundantibus cluacis adverso aestu maris'.

---

19 Mamm. mamm.; 21 Mus.—brev.; 24 Maest. p. maest.; 26 Mict.—pulm.; 29 Mestaret—fac.; 3—7 Mad.—pro merc.

---

20 huius amica mammeata *Pl.* || 22 pr. e.] huius e. pr. *Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*): praedium e. *Dousa* || 23 L. Vetorio *Iordan.*: L. Turio *Maians.* || 24 mestifices (-titices $L^1$) || 25 concitatam $F^3$ $B^A$: concitata (*ex* -taa) *L* || mobilitata $F^3$ (*ex* -tam?) $B^A$: *om. L* || 26. 28 Mictyris (My-, -ti-): (*corr. ind. marg. in* $B^A$) || 26 pulm. *secl. Mu.* || 26—27 *cf. 209. 3* (*s. v.* intiba masc.) || 27 utentibus *codd. h. l.* || aliquod g. *codd. h. l.*: aliqua et id g. *codd. 209* || 28 sed *Scal.*: se: sei *Mu.* || 29 Mestaret $F^3$ (*cum Bamb.*): meriarat $L^1$: meri Mertaret $B^A$: Mertaret $C^A$ *ut vid.* $D^A$ || 1 quod sicut: *corr. Gifanius* || histares (ist.) || meus te m. *Me.* || mertaret || 2 atre $F^3$: etre $L$ $B^A$: *corr. Me.*: tetre *Both.* || 3 (Madore infusione $F^3$ *mg.*) || -riarum *edd.* || III *ed. princ.* || quas $C^A$ $D^A$ || 5 am $L^1$ || 6 reduntibus $L^1$.

MERCATIS pro mercantibus. Sallustius Historiarum lib. V (9): 'ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum aut tribunorum, et pars sua conmeantibus mercatis'.

MACERIES. Afranius Excepto (149):

. . si ille haec nunc séntit, facere illí satis
vis, quánta illius mórs sit maceriés tibi!

MANVBIAS, manus exuvias. Naevius Danae (11):

manubias súbpetat
pró me.

MVTVVM pro mutuo. Lucilius lib. XXVII (44):

étsi maxime, íd quod spero, mútuum hoc mecúm facis.

MORDICVS. lib. XXVI Lucilius (77):

mórdicus petere aúrum ex flamma expédiat, e caenó cibum.

Plautus Menaechmis (195):

. . . iamdúdum oportuit násum ademptum mórdicus.

MONSTRIFICABILE. Lucilius lib. XXVI (50):

. . nunc ignóbilitas his mírum ac mostrificábile.

MENDICARIER pro mendicare et MENDICABVLVM pro mendicatione. Plautus Vidularia (fr. xv):

malím moriri meós quam mendicárier:
boní miserantur íllum, hunc inridént mali.

idem Aulularia (703):

memoráre nolo hóminum mendicábula.

---

3—7 Mad.—pro merc.; 10—13 Mac.—exub.; 16 Mut. p. mut.; 18—19 Mord.—e cenobum; 24—25 Mendicarier—mendicatione.

---

7 mercatibus *BA* || 8 citeri: (*corr. G.*) || 9 conmeatibus: *corr. On.* || 10 Maceria est: (*corr. F*[2]) || 13 exubiae: *corr. Quich.* || 17 id *F*[3]: *om. rell.* || 18 (lucilius lib. XXVI *E*) || 19 ex *Iun.* (ec *Mu.*): et (e *H*[2]) || ecenobum *CA DA* || 21 adeptum (-empt- *E*[1]): abreptum *codd. Pl.* || 22 *null. lemm. in L* || 23 mortif. || 24 Mendicaries *L CA*: -res *DA* || 26 malum *L*[1] || mendicarier *F*[3] *BA*: -care *L.*

MERTARET, mergeret. Accius Antenoridis (122):

fortásse an sit quod híc non mertarét metus. ||

idem Deiphobo (133):

vel hic quí me aperte effrénata inpudéntia
praeséntem praesens díctis mertare ínstitit.

MVGINARI, murmurare. Lucilius lib. VII (25):

muginamur, molimur, subducimur.

Atta Aquis Caldis (4):

. . atque ita múginantur hódie; átque ego occlúsero
fóntem.

MEDVLLITVS, a medullis. Varro Cras Credo, Hodie Nihil (77):

. átque ut igni férvido medúllitus
aquilóniam intus éruat frigédinem.

Plautus Truculento (439):

osténdit sese iám mihi medúllitus,
. ínfidelem númquam, dum vivám, fore.

Ennius Satyrarum lib. III (7):

Enní poeta, sálve, qui mortálibus
versús propinas flámmeos medúllitus.

---

30 Mert. merg.; 4 Mug. murm.; 9 Med. a. medullis.

---

**30** Meditaret meretret *$L^1$* || **31** quos *$B^A$* || non] nos *Lips.* || sint quos hic non *Pius* || mertet: *corr. Iun.* || **2** mea parte: *corr. Roth.* || **4—5** *cf. 346. 15* (*s. v.* moliri, retinere, morari ac repigrare) || **5** molimus *codd. h. l.* || **7** ita *Iun.*: eia || aquae ita *Quich.* || atqui ego *Ribb.* || oculsero: *corr. Both.* || **8** fonteme *L* (*seq.* Me) || font. occl. *Both.*: fore me occl. *Fr. Dousa* || **9—11** *cf. 206. 21* (*s. v.* frigus fem.) || **11** seruat (*praec.* s) *codd. utrobique*: *corr. Bue.* || **13** ostendisse sciam mihi: ostendit mihi iam sese *codd. Pl.*: *corr. Me.* || **13—14** se mihi inf. n. ne vivat f. *codd. Pl.* || **15—17** *cf. 33. 7* (*s. v.* propinare) || **17** -itos *$L^1$*.

MERITISSIMO. Turpilius Paraterusa (169):
meritíssimo te mágni facio.

Caecilius Asoto (15):
meritíssimo hic me eiécit ex hac décuria.

MINITABILITER pro minaciter. Accius in Aeneadis (10):
Caleti vocé canora,
fremitú peragrant minitábiliter.

Pacuvius in Antiopa (15):
mínitabiliterque íncrepare díctis saevis íncipit.

MORSICATIM. Sueius Pullis (fr. I):
síc incedunt ét [in] labellis mórsicatim lúsitant.

MVTATILITER, a mutando. Varro Cras Credo, Hodie Nihil (78):
quíbus instabilis ánimus ardens mútatiliter hávet habere, et nón habere.

MORDICIBVS et MORDICVS pro morsu, pro morsibus.
Plautus Aulularia (234):
ásini me mordícibus scindant, bóves incursent córnibus.

Cicero Academicorum lib. III (II, 51): 'perspicuitatem, quam mordicus || tenere debemus, abesse dicamus'.

MAEANDER est picturae genus, adsimili opere labyrinthorum, claviculis inligatum. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (534):

---

18—22 Mer.—minaciter; 27—29 Morsicatim—a mutando; 32 Mordicibus—morsibus; 2—3 Mae.—inligatum.

---

19 magnificio $L\, C^A D^A$ || 21 eicit $L^1$ || 23 calleti: *correxi* (*Class. Rev. V, 11*) || 26 minitabiter quae $L$: minitabiliter quae $B^A$ || dicitis $L$ || secuis $L^1$ || 27 Sueius *Mu.*: suis || 28 in *del. Both.* || 29 Mutabiliter $C^A D^A$ || 29—31 *cf. 112. 9* || 32 pro morsibus *secl. Mu.*: pro *del. Quich.* || (Mordicibus, morsicicus *index marg. in* $B^A$ *et* [-sicius] *gl.*) || 34 asinis $L$ || scidant $L$ || 1 dicemus *Cic.* || 2—3 labyrinthorum $F^3$: libarinthortum $L^1$: labyrinthorum ortum (hort.) $B^A$.

140 M.

'*περιεχοντάρια* mihi facies maeandrata et vinculata atque etiam adeo indes orbem terrae'. — Vergilius lib. V (250):

victori chlamydem auratam, quam plurima circum
purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit.

MANSVM, mandendum aut mansatum. Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (200):

dein céreali fructu út siccum
parerét mansum, quo vénarum
sanguíne rivos conpléret.

Lucilius lib. XXX (108):

sperans aetatem eadem *me*
haec proferre potesse et mansum ex ore daturum.

MVLIERAVIT, ut effeminavit. Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (205):

et rex
ét misellus ílle pauper ámat habetque ignem íntus acrem.
híc ephebum múlieravit; híc ad moechada ádulescentem
cúbiculum pudóris primus pólluit.

MEMORDI, PEPOSCI, PEPVGI, SPEPONDI in veteribus lecta sunt. Atta in Conciliatrice (6):

ursum sé memordisse aútumat.

---

8 Mans.—mans.; 15 Mul. ut eff.; 20—21 Mem.—sunt.

---

4 *περιεχονταριαν*: *corr. Roeper.*: *περιέχοντα χωρία Mu.* || vermiculata *ed. princ.*: virgulata *Ribb.* || 4—5 atque in medio *Mu. post Vahlen.* || 5 inges: *corr. On.*: pinges *Roth.*: iunges *Quich.* || I || 8 (Mansum a mandendo *gl.*) || ut *Quich.* || 9 certe ali $F^3 L^1$: certe alii $B^A$: *corr. On.*: certo (*Hermann. El. d. m. 388*) alvi *Bue.* || fluctu: *corr. Ries.* || sicum: *corr. Hermann.*: sucum *Bue.* || 13 eandem: (*corr. P*) || me *add. Quich.* || 14 proferre $F^3$: proferro $L B^A$ || posset et m. $F^3$: posset m. $L B^A$: *corr. Gulielm.* || 18 efebitum (eff.): *corr. Cauch.* || adul. $F^3 B^A$: aducentem *L* || 19 pollut $L^1$ || 20 posci pugis pondii $L^1$ || spopondi $C^A D^A$ || 21 Atta Conciliatrice *Gell. VI, 9*: accius honilia atricae (-ce).

Laberius in Gallis (49):

. . . de integró patrimonió meo centum mília
nummúm memordi.

Ennius (Sat. 20):

. nón est: ut si mé canis memórderit.

cetera in obscurioribus invenimus.

METVS nove et eleganter positum. Sallustius Historiarum lib. I (53): 'id bellum excitabat metus Pompei victoris'; hoc est, quod de Pompeio metueretur.

MENDICIMONIVM et MOECHIMONIVM Laberius in libro quem Cophinum (fr. II) inscripsit. in eo verba haec inveniet, qui doctrinae studium putaverit || adhibendum. in eo quoque libro (fr. II) manuatus, quod est furatus, invenire *est*.

MEDIOXIMVM, medie acutum modo. Varro Modio (320):

quid áliud est quod Délphice canát columna lítteris
suís: ἄγαν μηθέν, † iudam nos fácere mortalem ád modum,
medióxime, ut quondám patres nostrí loquebantúr . .?

MASCVLVM pro forti ac vehementi. Varro Ὄνος Λύρας (369): 'si non plus testiculorum offenderis quam in castrato pecore in Apulia, vincor non esse masculum ad rem'.

---

29 Met.—pos.; 32—3 Mend.—med. acutum; 7 Masc.—veh.

---

23 gallis *codd. Gell.*: callis || 26 Enn. in Saturis *Gell.* || 27 meum n. e. *Gell.* || ac si *codd. Gell.* || 30 id $F^3 B^A$ (*cum codd. Gell. IX, 12. 13*): ad *L* || 30—31 pompeiusctoris *L* || 32 Medimonium $C^A D^A$ || moechimonium *codd. Gell. XVI, 7*: moccimonium || 33 cophinum *codd. Gell.*: cropium (gro. $L^1$) || vebba *L* || inveniret $L C^A D^A$: inveniet $B^A$ *ut vid.* (-niet *G*, -niat $H^2$): (-nerit $H^1$) || 2 manuatus *codd. Gell.*: maustus || est *add. Mu.* || 3 medioximim $L^1$ (*null. lemm.*) || medie $F^3 C^A D^A$: medio $L B^A$: mediocre *Quich.* || aut cum *Mu.* || modo *om.* *Σ* || 4 cantat *Bue.* || 5 sanctis *On.*: sculptis *Mu.* || iubens *Bergk. ap. Meinek.*: ni viam *Palmerius* || adit mortalem $B^A$: adiz mortalem *L* (*in ras.*?) (z *in marg. etiam* $F^3$): mortalem ad *Mu. in archetypo signum illud* z *indicavit transponenda esse verba* || 6 quandam *L* || 7 ac ac *L* || 8 sin p. *Ribb.*: si (*del.* non) p. *Mu.* || 9 desse *Mu.*

141. 142 M.

MANCVM, debilem. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. III (30): 'sed etiam alteris tribus, qui mancam fore putaverunt sine aliqua accessione virtutem'.

MINVTVM positum pro brevi. Varro Epistula Latina: 'si venisses Capuam, quod et pueros minutos vides libenter et maioris animadvertere non vis'. — M. Tullius Verrinarum lib. III (II, v, 27): 'reticulumque ad naris admovebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae'.

MACERIAE. Sisenna Historiarum lib. III (24): 'post villarum macerias ac parietinas quinque cohortis in insidiis reliquit'.

MANIPVLATIM, conlecta manu. Sisenna Historiarum lib. III (31): 'requiescendi spatium nacti, cum densiores manipulatim resistere hostibus instituissent'.

MVLTIFARIAM, partibus multis. Sisenna Historiarum lib. III (18): 'quod loca palustriaque erant et alte multifariam confossa'.

MARSVPPIVM, sacculum. Varro Cato vel de liberis educandis (2): 'ex quo perspicuum est maiorem || curam habere nos marsuppii quam vitae nostrae'.

MOLIMENTVM pro conatu. Sisenna Historiarum lib. IV (72): 'Galli contra magno cum molimento ac perpetuo sonu procedunt'.

MODIMPERATORES, quasi modum imperantes. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'in conviviis qui sunt instituti potandi modimperatores magistri'.

---

10 Manc. debilem; 13 Min.—brevi; 18—20 Mac.—manus; 23 Mult. p. multis; 25 Mars. sac.; 2 Mol. p. con.; 5 Mod.—imp.

---

**13—14** Epistulis Latinis, veni sis *Mu.* || **14** venissis $L^1$ || **15** maforis *L* || **15—17** *cf. 221. 34; 350. 13; 411. 27* || **20** manus (*seq.* s) || **21** condensiores: *corr. Me.*: cum densi in orbes *Palmerius* || **22** inetituissent $L^1$ || **24** arte *Mu.* || **26** et quo: (*corr.* $H^3$ *ut vid.*) || **3** galli $F^3$: *om.* $LB^A$ || **4** sona: *corr. Roth.* || **5. 7** Modiperatores: *corr. Popma* || **7** putendi: *corr. Me.* || matristri *L* || mag. mod. (?) *Mu.*: mag. *secl.* (?) *Quich.*

MAGNILOQVENTIA. Cicero in Oratore (191): 'quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiae sit accommodatior'.

MINISTRATRIX positum pro ministra. Cicero de Oratore (I, 75): 'sed omnes comites ministratricesque esse oratoris diceres'.

MALE AVDIAM. Cicero de Oratore lib. II (305): 'in quo ego, non quo libenter male audiam, sed quia causam non libenter remitto, nimium patiens et lentus existimor'.

MVLTITVDO positum pro frequentia aut copia. Cicero de Oratore lib. III (73): 'sed ut pontifices veteres propter sacrorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt'. — in eodem (III, 71): 'hunc etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est'.

MVLIEROSITAS, cupiditas femineae voluptatis. Cicero Tusculanarum lib. IV (25): 'similiterque ceteri morbi, ut gloriae cupiditas, ut mulierositas, ut ita appellem eam quae graece *φιλογυνία* dicitur'.

MEMORIA positum pro vetustate. Pacuvius Chryse (109):

perque nóstram egregiam unánimitatem, quám memoria
déiugat.

MVRMVRILLVM, murmuratio. Plautus || Rudente (1404):

. . nolo ego múrmurillum néque susurrum fíeri. 1

idem (inc. 57):

quid múrmurillas técum et te discrúcias? . . . . .

---

8—10 Magn.—ministra; 12—15 Male—cop.; 19 Mul.—vol.; 23 Mem.—vet.; 25 Murm. murmuratio.

---

9 dactilus || **10—11** de Or. lib. I (?) *Mu.* || **11** sed ut o. *codd. Cic.* || esse de or. || **16** sacrorum $F^3$: sacorum $L^1$: saccorum $B^A$: sacrificiorum *codd. Cic.* || vero (*pro* veros) || **17** idem in eod. *Mu.* || **21** cupitas $L^1$ || ea *L* || **23** Memoriam || **23—24** *cf.* *101. 26* (*s. v.* deiugare) || **24** defugat *L*.

143 M.

MEDIASTRINOS, non balnearum, sed ministros et curatores aedium legimus. Lucilius lib. XV (19):

vilicum Aristocratem, mediastrinum atque bubulcum.

Cato in Praeceptis ad Filium (7): 'illi imperator tu, ille ceteris mediastrinus'.

## INCIPIT PER N LITTERAM.

NVPERVM pro recenti positum, ab eo quod est nuper, id est ante non multum temporis. Plautus Captivis (718):

quid? tu úna nocte póstulavisti ét die
recéns captum hominem, núperum, novícium?

NEMINIS positum pro nullius. Plautus Captivis (764):

néminis
me miseret; nam mei miseret neminem.

Lucilius lib. XXX (109):

neminis ingenium tantum confidere oportet.

NOXITVDO pro noxia. Accius Armorum Iudicio (162):

† ocule nóxitudo oblítteretur Pélopidum
ac pér nos sanctescát genus.

NVBERE veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt. Pomponius Pannuceatis (87):

---

4—5 Med.—leg.; 9—11 INC.—temp.; 14 Nem.—nullius; 22—23 Nub.—dicunt.

---

4—5 non b. solum m. set et c. *Mu.* || 5—6 *cf.* *123. 26; 479. 3* || 5 XVII *codd. h. l.* || 8 -num: *corr. Bentin.*: -no *Mu.* (*qui ante* illi *collocat*) || 9 INC. *om.* $D^A$ || 13 non vitium *L* || 14 Nemini situm: (*corr.* $L^2$) || nalius $L^1$ || 15—16 n. misereri certum est quia *codd. Pl.* || 16 mei *Pl.*: me || 18 ingenio *codd. Prisc. I, p. 207. 6* || 19 *null. lemm.* $L^1$ (Noxitudo, noxa *gl.*) || 20 quei n. *Mu.*: n. (*del.* ocule) *Ribb.*: *fort.* uti (*praec.* o) || 21 santescat.

sé́d meus
fráter maior, póstquam vidit mé vi deiectúm domo,
núpsit posteriús dotatae, vétulae, varicosaé, vafrae.

NITIDITATEM pro nitore. Accius Bacchis (254):

formaé, figurae nítiditatem, hospés, geris.

NVMEN pro ornatu. Vergilius Aeneidos lib. II (396):

vadimus inmixti Danais, haut numine nostro.

NOENVM pro non. Lucilius lib. XXX (23):

sed || tamen hoc dicas quid rest? si noenu molestum est.

Varro epistula ad Fufium: 'si hodie noenum venis, cras quidem, sis, veneris meridie die natalis Fortis Fortunae'.

NEVVLT pro nonvult. Titinius Setina (105):

ipsús quidem hercle dúcere sané nevult.

Plautus Trinummo (1156):

"fíliam meam tibi désponsatam esse aúdio." — "nisi tú nevis."

NIGRET, nigrefit. Pacuvius Chryse (88):

sólisque exortú capessit cándorem, occasú nigret.

---

27 Nit. p. nitore; 29—31 Num.—non; 4 Nev. p. nonvult; 8 Nig. nig. facit.

---

25 me vi dei. *Me.*: me indeiectum: me eiectum *Bue.* || 26 afrae: *corr. Iun.* || 27 Nitiditate *L* $B^A$: Nitidate (-ci-) $C^A$ $D^A$: *corr. Mu.* || nitorem *Mu.* || 28 geris *Me.*: regis || 29 oratu *Stowasser.* (*Arch. Lat. Lex. I, 442*): fortuna *Sittl.* (*ibid.*): nutu *Landgraf.* (*Wochenschr. klass. Phil. a. 1884, p. 1231*) || 30 haut (aut) in n. $C^A$ $D^A$ || 31 pro noni *L* || 1 quid est si $F^3$ $B^A$: quid esti $L^1$: *corr. Lachm. comm. in Lucr. 150*: quid sit *Santen.* || noenum: *corr. Iun.* || 3 sis *Mu.*: si || meridiem d. n.: meridie natali (n. *iam Iun.*) *Scal.* || Fortis $F^3$ $B^A$: *om. L* || 5 d. hanc s. *Quich.* || 7 desponsam (-satam) *codd. Pl.* || 8 Niget $C^A$ $D^A$ || nigreafit $L^1$: nigra fit $B^A$ (*cum gl.*): nigra facit $C^A$ $D^A$: *correxi* || 9 rapessit: *corr. Bentin.* || nigret *ed. princ.*: nigri (*pro* nigrei).

Accius Bacchis (260):

ídem splendet saépe, ast idem nímbis interdúm nigret.

NITIDANT, abluunt: dictum a nitore. Ennius Cresphonte (124):

† opie eam secum ádvocant,
eúnt ad fontem, nítidant corpora.

Accius Thebaide (602):

† quini Dircaeo fóntei advenient, múndule
nitidántur † vulgo quádripedantum sónipedum.

NIXVRIRE, niti velle. Nigidius Commentariorum Grammaticorum XXV (40): 'nixurit, qui niti vult et in conatu saepius aliqua re perpellitur'.

NOTIFICEM, notam faciam. Pomponius Atreo (Pomp. Sec. 1):

nunc te óbsecro,
stírpem ut evolvás meorum *rém*que notificés mihi.

NVMELLAE, machinae genus ligneum, ad discruciandos noxios paratum, quo et collum et pedes inmittunt. Plautus Asinaria (550):

nervós, catenas, cárcerem, numéllas, pedicas, bóias.

---

12 Nit.—nit.; 18 Nix. n. velle; 21 Not. n. fac.; 24—25 Num.—inmittunt.

---

**10—11** baccidem (-cch-) spl.: *corr. Me.* || **12** albunt $F^3$ *ut vid.*: aluunt $L^1 C^A D^A$ || (Nitidant abluunt $F^3$ *mg.*) || **13** Meropam s. abducunt *Mu.*: *fort.* Pelopiae eam s. avocant || **14** fortem: (*corr.* $F^2$, *silente* $F^3$) || **16** quin id circeo $L B^A$: quin idcirco $F^3$ || fonte || qui ubi ad (*Both.*) Dircaeum fontem (*Voss.*): *fort.* qum i || (adveniunt *G*) || ungulae *On. post Bue.* || **17** *fort.* -dentur *vel* -dandum || vulgum *Mu.* || quapripedantur sonipedum $F^3 B^A$: pripedantur soni *L*: *corr. Me.* || **19** nuxurit $F^3$: nuxust re *L* || in eo natu $L^1$ || **20** repellitur *Madvig.*: praepeditur *Mu.* || **21** Pomp. * * * Accius Atreo *Mu.*: *fort.* Pomp. Patruo || **23** rem *add. Mu.*: meque *Ribb.* || **25** quo ei *L* || -tuntur (?) *Mu.* || Asin. *Ald.*: Aulularia || **26** nervus: (*corr.* $F^2$) || boias *om. L.*

NVGIVENDOS Plautus dici voluit omnes eos, qui aliquid mulieribus vendant; nam omnia, quibus matronae utuntur, n u g a s voluit appellari. Plautus in Aulularia (525):

ubi núgivendis rés soluta est ómnibus. ||

NIDVS pro poculo. Varro Quinquatribus (442):

quam lýmpha melius é lacuna fóntium
adláta nido pótili permísceat.

NIDVLANTVR. Varro Hebdomadon I (= Gell. III, x, 5): 'dies deinde illos, quibus alcyones hieme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit'.

NESCIVM pro incognito. Plautus [in] Rudente (275):

quae ín locís nésciís nésciá spé sumús.

NOCTESCERE, caecari. Furius Poematis, etsi est auctoritatis incertae (2):

omnia noctescunt tenebris caliginis atrae.

NEPAM quidam cancrum putant ad illud Plauti (Cas. 443):

retrovorsum cedam; imitabor nepam.

et illud aliud (cf. Enn. trag. 200):

aut cum nepa est.

set dubium in utroque. nam vere n e p a scorpius dicitur. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib.

---

27—29 Nug.—app.; 1 Nid. p. oculo; 4—7 Nid.—incog.; 9—17 Noct.—dicitur.

---

**27** diei $L^1$ || **29** appellare $C^A$ $D^A$ || **1** oculo $C^A$ $D^A$ || **3** adlatatam $L^1$: allatam $B^A$ (*seq.* n) || nidos: *corr. Me.* || poculi *Iun.* || **4** uarro prohepdomadon prima || **5** hiemanaqua $C^A$ $D^A$: hieme anni in a. *codd. Gell. III, 10* || **6** septem *Gell.*: lentem dicit *codd. Gell.* || **7** in *om.* $L^1$ (*habent codd. Gell. IX, 12. 21*) || **8** quae (que $L^1$) in loco si nescis nescias pessumus || **9** Notescere $D^A$ || **10** incaeriae $L^1$ || **11** notescunt $C^A$ $D^A$ || **13** nepa $C^A$ $D^A$ || **15—16** est. set *Mu.*: esset || n. aut exoritur *Enn.* || **16** nepas sc. $C^A$ $D^A$.

V (42): 'serpere anguiculos, natare anaticulos, volare merulas, cornibus uti videmus boves, nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad vivendum ducem'.

NEX pro nece. Sisenna Historiarum lib. IV (114): 'quoniam neque mea nex neque intercessio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam'.

NENIA, ineptum et inconditum carmen, quod a conducta muliere, quae praefica diceretur, îs, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberetur. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'ibi a muliere, quae optuma voce esset, perquam laudari; dein neniam cantari solitam ad tibias et fides'.

## INCIPIT PER O LITTERAM.

OBSCAEVAVIT, quasi scaevum, malum omen || obstulit. Plautus in Asinaria (266):

métuo, cum illic óbscaevavit meaé falsae falláciae.

OPIMITAS, ab opimo. Plautus Asinaria (282):

máximas opímitates, gaúdio exfertíssimas.

idem Captivis (769):

máximas opímitates ópiparasque offérs mihi.

---

21 Nex p. nece; 24—26 Nen.—exhib.; 29—1 INC.—obstulit; 4 Op. ab optimo.

---

18 anauculos *L*: anaticulos $F^3 B^A$: -las *codd. Cic.* || 19 videamus || aculei *L* || 21 pro necessi (*seq.* si) $L^1$: pro neces *Mu.* || 24 neptum $L^1$ || 24—25 a conducta (*Guietus*) muliere *Mu.*: adducta mulier || 25 dicoretur $L^1$ || 26 -ret $B^A$ || 27 opt. *Gul. Canterus*: obtutum a || 28 *cf. 67. 8* || deinne (*seq.* ne) *L* || at tibiis $F^3$ || vides *codd. h. l.* || 29 INC. *om.* $D^A$ || 1 Obscelavit *L* || abstulit: *corr. Mu.* || 3 metuo quod *codd. Pl.*: et vocum || illio obscelavit *L* || 4 Optimitas ab optimo: *corr. Iun.* || 5 optimitas et g. || 7 optimitas || offert (*cf. Class. Rev. XVI, 48*).

OBBA, poculi genus, quod nunc ubba dicitur. Varro Est Modus Matulae, περὶ μέθης (114): 'dolia atque apothecas tricliniaris, Melicas, Calenas obbas et Cumanos calices'.

OPVLENTITAS pro opulentia. Plautus in Milite Glorioso (1171):

quásique eius opuléntitatem révereаris.

Caecilius Plocio (186):

opuléntitate nóstra sibi iniúriam
factám.

ORBITVDINIS pro orbitate. Accius Amphitryone (94):

miserét lacrimarum, lúctuum, orbitúdinis.

Turpilius Thrasyleone (211):

hoc te óro, ut illius cónmiserescas míserai orbitúdinis.

Pacuvius Duloreste (135):

vel cúm illum videas sóllicitum orbitúdine.

OCQVINISCERE est proprie inclinari. Pomponius Prostibulo (148):

ut núllum civem pédicavi pér dolum,
nisi ípsus orans últro qui ocquinísceret.

idem Pistore (125):

. . nisi nunc áliquis subito óbviam occurrít mihi,
qui ócquiniscat, quó conpingam términum in tutúm locum.

OBLITTERARE est obscurefacere et in oblivionem ducere. Accius Agamemnonidis (42):

---

8 Ob.— dic.; 11 Opul. p. opul.; 16 Orb. p. orb.; 22 Oq.— incl.; 28 Obl.— ducere.

---

8 (nunc cubba *Paris. 7666*) || 9—10 *cf. 545. 1. S. 18* (*s. vv.* obba, dolia, calices) || 10 cumanus *codd. h. l.* || 12 -tate || 15 faciam: *corr. Me.* || 16 -tatis *Mu.* || 17 luctum $L^1$ || 19 te oro $F^3 B^A$: theoro *L* || utilius *L* || miserae: miserulae *Ribb.* || 21 illum $F^3 B^A$: ultim *L* || 22 -nare: *corr. Quich.* || 24 ultroque $F^3$ || 27 in tutum in totum *L*: in tutum $B^A$ || 28 obscurare (obc. $L^1$) facere $L^1 C^A D^A$.

ínimicitias Pélopidum
extínctas iam atque oblítteratas mémoria
renováre.

OFFENDO, offensio. Afranius Vopisco (400):

quae núnc offendo saépe procul nostrá sit mala . . . ||

OLAT pro oleat. Afranius Fratriis (178):

nón potest quin ílla stacta lóngeque et multís olat.

Pomponius Aleonibus (6):

áleo
lúdam, sane meae male olant manus.

OBSORDVIT, obsolevit. Caecilius Hypobolimaeo Rastraria (86):

obsórduit iam haec ín mea aerumna míseria.

OBSTRIGILLARE, obstare. Ennius Satyrarum lib. II (4):

réstitant, occúrrunt, obstant, óbstringillant, óbagitant.

Varro Manio (264): 'lex neque innocenti propter simultatem obstrigillat neque nocenti propter amicitiam ignoscit'. — idem de Re Rustica lib. I (2, 24): 'tu, inquit, invides tanto scriptori obstrigillandi causa, ut cum praeclara quaedam ne laudes'. — idem de Vita Populi Romani lib. IV: 'quod Curio, cum [id] fecisset, dicebat

---

33 Off. off.; 1 Ol. p. ol.; 6 Obs. obs.; 8 Obstr. obstare.

---

**30** pelopidarum: *corr. Voss.* || **31** extinctas iam atque $F^3$: extincta tam $L\,B^A$ || **33** (offenso *Montepess., Oxon.*) || **34** quae *Leo anal. Plaut. II, 8*: quoque (*praec.* co) || semper *Both.* || (sint $F^2$) || **2** qui in illas tacta $L$: quin illa tacta $B^A$ || solat (*praec.* s) $L$ || **4—5** a. non l. sane ne m. *Both.*: *fort.* 'áleo' ludám! si ludam, sáne m. || **5** oleant || **7** mea *Fleckeisen.*: me || **8** Obstrigillare $F^3\,L^1\,C^A$ (= *Paris. 7666*) $D^A$: Obstringillare $B^A$ (*cum Lugd. Bamb.*) || **11** -string- $B^A$ || nocent $L$ || **12** ignoscit $F^3\,B^A$: noscit $L$ || V || **12—13** tu inq. inv. *Varr.*: qui quod invidis || **13** obstrigilandi $L$: obstringillandi $B^A$ || ut *om. codd. Varr.* || **13—14** et ob. c. figlinas reprehendis cum p. q. ne l. praetermittas *Varr.* || **14** ne *Varr.*: quae || **15** id *secl. Quich.*

amicis, ut illi renuntiaretur se obstringillaturum, ne triumphus decerneretur aut ne iterum fieret consul’.

OBVARARE, pervertere, depravare: dictum a varis. Ennius Achille (7):

. nám consiliis óbvarant, quibu’ tám concedit hic órdo.

OBSECVNDANTER, obsequenter. Nigidius de Dis lib. I (66): ‘cum autem id quid sit quaerimus, obsecundanter naturae viverent’.

OCVLITVS, ut animitus, medullitus. Plautus Cornicula (67):

ámant ancillam méam Pheidulium óculitus.

OSSICVLATIM, ut si minutatim. Caecilius Fallacia (50):

óssiculatim Pármenonem dé via liceát legant.

OFFICERE, obesse. M. Tullius de Officiis lib. III (66): ‘demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis’. ||

OLIVITATEM, fructus oleae, Varro in Gloria, περὶ φϑόνου (219):

tum dénique, omnis cúm lucerna cónbusta est
in lúcubrando olívitasque cónsumpta est.

idem de Re Rustica lib. I (59, 4): ‘non modo integra eximi, sed etiam maiora quam in arbore umquam pependerint. de olivitate oleas esui optime condi scribit Cato’.

OCCEPSO, coepero. Plautus in Amphitryone (673):

ní ego illi puteó, si occepso, ánimam omnem intertráxero.

---

17 Obv.—varis; 20 Obs. obs.; 22 Oc.—med.; 24 Oss.—min.; 26 Off. ob.; 1 Ol. fr. ol.; 7 Occ. coepero.

---

**16** aut] ac (?) *Mu.* || **19** consilius || iam *Ribb.* || **21** vivere *Rutgers.* || **22—23** corni qui amant: *corr. Ritsch. Parerg. 155* || **23** fedulium || **24** ut (*del.* si) *Mu.* (*cf. 112. 3*): ut sit *Iun.* || **24—25** *cf. 332. 13* (*s. v.* legere, colligere) || **26—27** *cf. 346. 25* || **26** IIII *codd. h. l.* || **1** olei: *corr. Quich.* || in glorio: Inglorio *edd.* || peri oton $F^3 B^A$: pertoton *L* (*seq.* tu) || **2** omnes || lucernae *L* || **3** in lucubrandi || **5** maior || **5—6** pependerit $F^3 B^A$: rependerit *L* || **6** esut *L* || **7—8** *cf. 233. 15; 410. 14.*

OSA SVM pro odi. Plautus in Amphitryone (900):

inimícos semper ósa sum optuérier.

ORBITVM, dictum per orbem. Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (202):

ut sidéra caeli,
divum † ea cum terram atque axem
quae vólvuntur motu órbito.

OPVLISCERE, ab opulento, dictum decore. Furius Poematis (6):

quo magis in patriis possint opulíscere campis.

OCCVLE, occulta. Cicero de Oratore lib. II (177): 'interiuncta argumentorum plerumque occulas, nequis ea numerare possit'. — Vergilius Georgicorum lib. II (346):

quod superest, quaecumque premes virgulta per agros,
sparge fimo pingui et multa memor occule terra.

OPINABILE. Cicero Academicorum lib. I (31): 'itaque hanc omnem artem rerum opinabilem appellabant'.

## INCIPIT PER P LITTERAM.

PAENVLARIVM, quasi theca et vagina paenulae. Novius Fullonico (34):

non múlto post sonárium accepit, ábsedet,
conséquitur paenulárium, ‖ cilotrúm petit.

---

9 Osa — odi; 11 Orb. — orb.; 15 Opul. — dec.; 17 Occ. occ.; 22—2 Opin. — ignobilitatem.

---

9 Occasum $D^A$ ‖ 11 ductum *Chifflet.* ‖ 13 dio *Mu.* ‖ circum *Bentin.* ‖ 14 motu $F^3$: motur $LB^A$ ‖ 15. 16 -lesc- *codd. Gell. XVIII, 11* ‖ 16 patriis *Gell.*: campis ‖ 18 interpuncta *codd. Cic.* ‖ 19 — 20 *cf. 365. 35* ‖ 22 -lem *gl.* ‖ 23 hoc $L^1$ ‖ partem *codd. Cic.* ‖ -le *Orell.* ‖ 24 INC. *om.* $D^A$ ‖ 25 penulae (paen.) $C^A$ (= *Paris. 7666*) $D^A$: pendulae $LB^A$ (*cum Lugd. Bamb.*) ‖ filonico ‖ 26 sonarum: *corr. Ribb.* ‖ abs. *tuentur Stowasser.* (*Dunkl. Wört., p. 6 sq.*), *Heraeus* (*Sprache d. Petron. p. 8*): absdedit *Ribb.*: abscidit *Munk.* ‖ 1 silotrum *Stowasser.*

PLEBITATEM, ignobilitatem. Cato pro Veturio (18, 10): 'propter tenuitatem et plebitatem'. — Hemina in Ann. (17): 'quicumque propter plebitatem agro publico eiecti sunt'.

PETILVM, tenue et exile. Lucilius lib. XII (XXII, 8):

insignis varis cruribus et petilis.

Plautus Plocino (110):

. . . . nám coloratum fróntem habet, petilís, habris.

petilis tenuis dicit, habris mollis dicit.

PACES plurali numero nove positum. Varro de Vita Pópuli Romani lib. III: 'animadvertendum primum, quibus de causis et quemadmodum constituerint paces; secundum, qua fide et iustitia eas coluerint'.

PONDO MILLE OCTINGENTVM nove Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'itaque rettulit auri pondo mille octingentum septuaginta quinque. Graeci enim † heron mole dixerunt'.

PANVS, tramae involucrum, quam diminutive panuclam vocamus. Lucilius lib. IX (28):

foris subteminu' panus.

---

22—2 Opin.—ignob.; 5 Pet.—exile; 10 Pac.—positum; 14 Pondo — nove; 17—18 Pan.—vocamus.

---

2 pro L. Turio *Maians., Popma* || 3 Ann.] annos: hos (?) *Mu.* || 5 (Petulum, tenue *gl.*) || 6 variis crucibus: *corr. Bentin.* || 7—8 *cf. 205. 3* (*s. v.* frontem masc. gen.) || 8 na *L* || petilis habis *codd. h. l.* (habris *in v. 9*): petilis (-tulis) *codd. 205*: p. labris *Iun.*: *fort.* petilest, h. || 9 petili: (*corr. H*) || m. dici: *corr. Ald.* || pet.— m. dic. *secl. Iun.* || 10 Parces $C^A D^A$ || 15 III $F^3$: IIII $L B^A$ || 16 quinque' * * * Gr. etc. (*verba Nonii*) *Mu.* || heron $F^3$: herona $L B^A$ || mille *ed. a. 1476* || *fort.* αἱροῦν (*cf. Rhein. Mus. LVI, 324*) MDL edix. (*vel.* esse dix.) || 17 (Panus, panucla *index marg. in* $B^A$: Panus panucula *gl.*) || 19 subteminus $F^3$: substeminus *L*: substeminis $B^A$ || panus est *vel* panust *edd. ante Mu.* (*cf. v. 20*).

est tumor quoque inguinum; ex formae similitudine sic vocatur. Afranius Matertera (218):

. ín quem plemen, pápulam, panum, týmpanum.

Novius Optione (64):

. quí me miserum míseriorem réddidit
quam pánus puerum;

quod pueri aegrius patiantur hoc genus morbi.

PENICVLAMENTVM a veteribus pars vestis dicitur. Ennius lib. XI Annalis (394):

pendent peniculamenta unum ad quemque † pedum.

Lucilius lib. XIX (6):

peniculamento vero reprehendere || noli.

Caecilius Feneratore (132):

volat exsánguis, simul anhélat;
penículamentum ex pállio datur.

PROGNARITER, strenue, fortiter et constanter. Plautus Persa (588):

"égo scio hercle utrúmque velle." — "age, índica pro-
gnáriter."

Ennius Annalium lib. VI (210):

divi, hoc audite parumper,
ut pro Romano populo prognariter armis
certando prudens animam de corpore mitto.

---

27 Pen.—dic.; 5 Progn.—constanter.

---

21 vocatus *Mu.* || -teris *Passerat.* || 22 inguen *Passerat.* || plemen *Bue.*: plenam || 24 q. me nimirum *Mu.* || 28 XI *B*[4] (*silente F*[3]): XII *L*[1] || 28—29 Annalium splendent *Mu.* || 29 ad quodque pedūle *Scal.*: *fort.* pedītum (*ut impedio, praepedio*) || 1 penulamento vere: *corr. Ian. Dousa* || 3 exs. *Both.*: sanguis || 4 e *Bue.*: et || pen. tenet | pálliolatim *Ribb.* || 5 *cf. 'Non. Marc.' p. 93* || 6 (age—pro.) *cf. 154. 28* || persecor scio || 6 utrum belle || ate *codd. h. l.* || indie a *L*[1] || 8 divi *Iun.*: diu || 10 anima.

PERPEROS, indoctos, stultos, rudis, insulsos, mendaces. Accius Pragmaticis (inc. 1):

describere ín theatro pérperos
pópularis.

idem eodem (inc. 2):

ét eo plectuntúr poetae quám suo vitio saépius,
ductabilitáte *animi* nimia véstra aut perperitúdine.

PRAECOX, [et] praecoca, quod est inmatura. Ennius Annali lib. VIII (289):

praecox pugna est.

Lucilius lib. III (XXVIII, 20):

amícula aspera átque *praecox.*

*Varro Syncphcbo, περὶ ἐμμονῆς* (514): '*cum tempus revocat, ea* praecox est fuga'.

Novius (106):

huíc puellae praécoquis libído inest.

POPVLATIM, per populos. Pomponius † magnius (182):

poema plácuit populatim ómnibus.

PRAEMIATORES NOCTVRNI, praedones. Naevius Agrypnuntibus (17):

nam in scéna vos noctúrnos coepit praémiatores tóllere.

---

11 Perp.—mend.; 18 Praecox—inm.; 26 Pop. p. populos; 28 Praem. noct. praedones.

---

11 r. et i. $B^A$ || 13 discr. *L* || 16 ideo *Iun.* || 17 d. animi n. *On.*: aut d. n. *Hermann.* || 18 et *seclusi* || *fort.* P. est p. (*cf. 156. 30*) *vel* P. et Praecoquis || 21 XXVIII *Mu.* || 22 amicula *v. c. Dousae, ed. a. 1471*: anicula || 22—23 *lacunam agnovit Palmerius. Excidit unus versiculus archetypi* || 23 *cf. 157. 2* || 26—27 Maccis, huius (cuius *Bue.*) p. *Mu. in app.*: Maccis Geminis, p. (?) *Iun.*: Maccis (*i. e.* Plautus) poeta *Bergk.*: magnus poeta *edd. ante Iun.* || 28 *cf. Heraeus* (*Sprache d. Petron. p. 8*) || 29 scenam *Mu.*

POPVLACIA, ut nugalia vel puerilia. Laberius Late Loquente (57):

ibus dum populácia
agimús per ludum.

POSSESTRIX, a possidendo. Afranius Liberto (204):

éius monilis póssestricem.

ita tonstrix, ita inpulstrix, ita curstrix, ita plaustrix, ita adsestrix.

PERPETVASSIT, *sit* perpetua, aeterna. Ennius Annali lib. IX (333):

libertatemque, ut perpetuassit,
† que maximae.

PRAECISVM et OMASVM, partes carnis et || viscerum. Naevius Nervularia (65):

. praecisum, omásum, pernam, cállos, † glifis, glándia.

---

30—33 Pop.—a poss.; 37 Perp.—aet.; 1 Praec.—viscerum.

---

30 Populatia: -ria *Gesner. s. v.* || vel puerilia *om.* $L^1$ *In marg. archetypi erant* (*cf. ad v. 31*) || **30—31** loquentibus e (et $H^1$, *vix* ${}_eF$) dum: *corr. On.*: *fort.* Loq., ibi dum (*potest tamen* loquentibus dum *in archetypo fuisse, i. e.* Loquente, dum) || **31** populacia *edd.*: puerilia || **33** Possestria *L* $C^A$ $D^A$ || **33—34** Liberto *Me.*, eius *Scal.*: alibertotius || **35** tontrix $L^1 F^3$ *ut vid.*: tonstrix $B^A$ (*cf. Ribb. Coroll. Com. p. LXXII*) || impultrix $F^3$ *ut vid.*: inpulsatrix (imp.) *L* $B^A$: (impulstrix $F^1$) || curitrix $L^1$: curatrix $B^A$: curstrix *Mu.* || plautrix: plaustrix $\Sigma$ || **36** adsextrix $L^1$ (assestrix $F^3$ *mg.*) || **37** Perpetuitas sit perpetua aeterna: *correxi post Iun.*: Perpetuassit, perpetuet, aeternet *Quich.*: Perpetuassint (*Bentin.*), perpetua, aeterna fecerint *Mu.*: Perpetuassit. perpetua, aeterna *On.*: (Perpetuitassent, perpetuam fecissent *index marg. in* $B^A$: Perpetuassent, perpetuum fecissent *gl.*) || **39** perpetias sint $L^1$: perpetuitas sint $B^A$: perpetuassint *edd.*: -sit *scripsi* || **40** Maxime (*del.* que) *Merul.*: quaeque axim *Mu.* || **2** Nerv. *Ritsch. Parerg. 97*: ·herularia || **3** gallus: *corr. On.*: callum *Bentin.* || *fort.* perna, callus || glifis $F^3 B^A$: clifis *L*: glires *Bentin.* || glandia *ed. princ.*: grandia.

Lucilius lib. XX (2):

illi praeciso atque epulis capiuntur opimis.

PISCVLENTVM positum piscosum, ut pulverulentum. Cato Originum lib. V (97): 'origine fluvium Naronem magnum, pulchrum, pisculentum'. — et lib. VII (110): 'fluvium Hiberum; is oritur ex Cantabris, magnus atque pulcher, pisculentus'.

PASCEOLVS, ex aluta sacculus. Plautus Rudente (1314):

praetérea centum dénaria philippea ín pasceolo seórsum.

Lucilius lib. XIII (14):

adde Syracusis sola pasceolum † alutamen.

Cato in Pansam (49): 'pueris in ludo stilos, pasceolos furare'.

PIEM, colam, custodiam. Plautus Asinaria (506):

úbi piem pietátem, si istoc móre moratám tibi
póstulem placére, mater, míhi quo pacto praécipis?

PORTISCVLVS proprie est hortator remigum, id est, qui eam perticam tenet, quae portisculus dicitur, qua et cursum et exhortamenta moderatur. Plautus Asinaria (515):

ét meam partém loquendi ét tuam tradó tibi:
ád loquendum atque ád tacendum túte habes portísculum.

---

6 Pisc.—pulv.; 10 Pasc.—sacc.; 15 Piencolam custodiam; 18—20 Port.—moderatur.

---

5 praecioso $L^1$ || 7 or. *secl. Me.* || 9 (fluvius hiberus or. $F^2$) || Cantabris *Iun.*: catinatis || 11 c. mna *codd. Pl.*: c. minaria *Leo* || sorsus *codd. Pl.* || 13 pasceolumque et alutam (al. *iam ed. princ.*) *I. Dousa* || 14 ludos tellos: *corr. Roth.* || 15 Piencolam || 15—17 *cf. 375. 18* || 16 piem $L^1$: piencolam $B^A$ || 18 idem (*pro* idē *i. e.* id est): (*corr. Bamb.*) || 19 eam *v. d. ap. Quich.*: eandem (eadem $L^1$) || tene $L^1$ || 19—20 qua excursum $B^A$ $C^A$ $D^A$ *ut vid.* (qui exc. *Montepess.*, *Oxon.*): quae exc. *L*: *corr. Quich.* || 20 et hortamenta *ed. princ.* || 21 tum tardo || 22 iacendum || tute habes *codd. Isidor. XIX, 2. 13*: tute habeas *codd. Pl.*: tu ut habes.

151. 152 M.

Ennius lib. VIII Annalium (VII, 241):

tusam ante tenentes
parerent, observarent, portisculu' signum
cum dare coepisset.

Laberius Cythera (53):

néc palmarum púlsus nec portísculi.

PERPLEXABILE, figuratum; quod aliud audiatur, aliud sentiatur. Plautus Asinaria (792):

nec úllum verbum fáciat perpléxabile.

PRAESEGMINA proprie Plautus in Aulularia ea dici voluit quae unguibus eminulis praesecantur (312): ||

quin ípse pridem tónsor ungues démserat;
collégit, omnia ábstulit praeségmina.

PIPVLO pro convicio. Plautus Aulularia (445):

ita me bene amet Laverna! te iam, nisi reddi
mihi vasa iubes, pipulo te hic differam ante aedis.

PICOS veteres esse voluerunt quos Graeci grypas appellant. Plautus Aulularia (701):

Picí divitiis, qui aúreos montés colunt,
eos sólus supero.

PERCELLERE, evertere, percutere. Varro Parmenone (392):

áliu' téneram ábietém sólu' pércéllit.

---

29—30 Perpl.—sent.; 32—3 Praes.—conv.; 6—7 Pic.—app.; 10 Perc. ev. percutere.

---

24 tonsam ante *Scal.* (*cf. Class. Rev. V, 11*): tusante: tonsamque *Carrio* || 27 Hetaera *Carrio* '*ex—libris*' || 29. 31 Perpexabile (Perpexabile perplexum $F^3$ *mg.*) || 33 eminuli *L* || 1—2 *cf. 273. 30* || 1 ipsi *codd. Pl.* || quidem *codd. h. l.* || deserat *codd. h. l.* || 4 (nisi)—5 *cf. 284. 27* || 8 picis *codd. Pl.* || quia (*seq.* a) *L* || 9 ego so. *codd. Pl.*

PINSERE, tundere vel molere. Varro Ταφῇ Μενίππου (527): 'nec pistorem ullum nossent, nisi eum qui in pristino pinseret far'. — idem de Vita Populi Romani lib. I: 'nec pistoris nomen erat, nisi eius qui ruri far pinsebat. nominati ita eo quod pinsunt'.

PORCAS. Varro Ταφῇ Μενίππου (535): 'non vides in publico ante tabernas, qua populus ambulando proinde ut in arato porcas reddit?'

PVTIDVM, putre. Varro Ταφῇ Μενίππου (523): 'inde putidas uvas acinis electis et comestis extendit in lectis quondam'. — Cato Originum lib. II (65): 'si inde in navis putidas atque sentinosas commeatum onerare volebant'. — Caecilius Andria (6):

condúcit navem pútridam.

Afranius Augure (14):

† uset falláci aspectu páries pictus pútidus.

PAENITVDINEM Pacuvius Teucro (313):

quae désiderio alúmnûm, paenitúdine
squalés scabresque incúlta vastitúdine.

---

12 Pins.—mol.; 18 Put. putre; 25—28 Paen.—exhibendo.

---

**13** farinam idem: *corr. Schneider. ad Varr. R. R. I, 69* || **14** nisi eius qui *ed. a. 1480*: qui nisi eius || tar *L* || **15** nominativa (-tua *B^A ut vid.*) quod eo pisunt (pins.): *correxi*: n. ab eo q. p. *ed. a. 1480*: *del. Quich.* || **16** *null. lemm.* || **17** in publico (*Gerlach.*) ante ta. *Vahlen.*: in publica nocte te ta. || **19** excendit *L*[1] || **20** V *Mu.* (*cf. Liv. XXV, 3, 11*) || **20—21** inde ignavis: *corr. Roth.*: indu n. *Scal.* || **21** potidas a. sentinotas *L*[1] || onerare *Scal.*: onere: ponere *Lips.* || solebant *Mu.* || andrea || **22** (putidam *F*[2] [*F*[3]?]) || **23—24** augurius et: Aug., voltus est *Ribb.*: Aug., visus est *Mu.*: Aug., impurus et *On.* || **24** paries *F*[3]*B^A*: partes *L* || **25** -ne *Quich.* || **25—27** *cf. 169. 28* (*s. v.* scabres); *185. 2* (*s. v.* vastities, vastitudo, vastitas); *243. 5* (*s. v.* alumnum, filium) *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 52*) || **26—27** penitudinis quales caverisque *codd. h. l.*

PRAEBITIO, a praebendo, id est exhibendo. Varro Eumenidibus (143): 'quod ea die mea erat praebitio, ‖ in ianuam «cave canem» inscribi iubeo'.

PVEROS pro servis. Varro Eumenidibus (146): 'vix vulgus confluit non Furiarum, sed puerorum atque ancillarum'.

PAXILLVS, diminutivum, a palo. Varro Eumenidibus (164): 'ubi dicitur primus

«Zenón novam haeresím novo paxíllo suspendísse.»'

idem Bimarco (69): 'ut novum cribrum novo paxillo pendeat'.

PROXVMI, id est proxumo. Cato contra Furium (19, 7): 'die proxumi hoc' dicit; sed ea declinatione a veteribus et crastini et pristini et praefiscini dictum est.

PROPERATIM, id est properanter. Caecilius (167):

properátim in tenebris ístuc confectum ést opus.

PERMITIES, periculum, exitium. Lucilius lib. XXIX (111):

nunc tu
contra venis? vel quî in nuptis versasse neges te,
nec sine permitie?

Plautus Asinaria (133):

péllecebraé, pérmitiés.

---

25—28 Paen.—exhib.; 2 Pu. p. servis; 4 Pax.—palo; 9 Prox.—prox.; 12 Prop.—prop.; 14 Perm. per. exitium.

---

28 id est exh. *om. L* (*propter homoeotel.*) ‖ 29 praebitio *Ald.*: praebitioni ‖ 1 in ianua *Quich.*: in ianua mea *On.* ‖ 2—3 *cf. 242. 29; 421. 7* (*s. v.* vix) ‖ 5 dicitur $F^3$: dicatur $L B^A$ ‖ 7 *vel iamb. metr.* ‖ 9 Proxumi Die, id est pr. *Mu.* ‖ 10 die proxumo (-imo): die proxumi $H^3$ (-imi $L^2$) (*cum Gell. X, 24. 10*): *secl. Mu.* ‖ hoc *om. codd. Gell.* ‖ eadem de. *Mu.* ‖ a veteribus $F^3 B^A$: auctoribus *L* ‖ 11 est $F^3$: *om.* $L B^A$ ‖ 12 id est $B^A$: dictum est *L* ‖ 13 *cf. 155. 4* ‖ 14. 19 Permitiis (Permitiis pernicies $F^3$ *mg. cum ind. marg. in* $B^A$ [-ties] *et gl.*) ‖ 14 XXVIII $B^A$ ‖ 16 nuptiis ‖ versasse *scripsi* (versere *Me.*): vel sese ‖ neges $F^3 B^A$: neces *L*.

PARCVIT, pepercit. Naevius Quadrigeminis (69):

suo labóri is nullus párcuit.

PERBITERE, perire. Pacuvius Periboea (287):

nam mé perbitere, íllis opitulárier
quovís exitio cúpio, dum prosim . .

Titinius Fullonia (17):

iam pridem égressa aut perbíteres.

Livius Tereo (26):

. ego puerum intérea ancillae súbdam lactantém meae,
né fame perbítat.

Ennius Hecuba (173):

set númquam scripstis, quí parentem aut hóspitem
necásset, quos quis crúciatus perbíteret.

PIGRARE, retinere. Accius Epigonis (294):

fáteor; sed cur próferre haec pigrem aút huius dubitem párcere
cápiti?

idem Chrysippo (267):

meliús || pigrasse, quám properavisse ést nefas.

PROVIGERE, promovere, ecferre. Pacuvius Teucro (341):

aut me óccide, illinc sei úsquam provigeám gradum.

---

20 Parc. pep.; 22—24 Perb.—dum prosim; 33 Pigr. ret.; 2 Prov.—et ferre.

---

**21** labori is *Mu.*: laboris: labori *edd.* || **23—24** n. m. p. | q. e. c. d. possim i. o. *Quich.* || **24** *fort.* pr. tibi (*seq.* titi) || **26** eg. esses aut *On.*: aegreres aut *Bue.* || perbiteris || **28** laetantem: (*corr. F ut vid.*): lactentem *Bongars.* || **32** necassat: *corr. ed. princ.* || cruciatur: *corr. Mu.* || quo quis cruciatu *Iun.* || **33** timere *Mu.* || ericonis (erig-) || **34** pateor *L* || proferre *F*[3]: propterre *L B*[A] *ut vid.* (proterre *H*[2], sed propter cur repigrem *G*) || **1** q. properasse: quam deproperasse *Ribb.*: quoniam (*vel* quando) properasse *Mu.* || **2** Providere: *corr. Guietus* (*idem vitium p. 217. 9*): Probitere *Stevech.*: Progredere *On.* || **3** illinc si *Voss.*: illa hinc sine || provideam.

154 M.

PVELLASCERE, ecfeminari vel evirescere. Varro Bais (44): 'quod non solum innubae fiunt communis, set etiam veteres puellascunt, et multi pueri puellascunt'.

PALAESTRICOS, quasi ex usu palaestrae. Afranius Excepto (154):

étiam depellís mihi
mánum, papae!, palaéstricos?

POPVLATIM. Caecilius Obolostate (124):

. . . . "ego pérdidi te, qui ómnes servos pérdo
populátim." — "quaeso, ne ád malum hoc addás malum . . ."

PRAESENTE, coram vel praesentibus. Pomponius Syris (168):

*qui* quidem aput forúm praesente téstibus mihi véndidit.

Accius Melanippo (428):

ést res aliqua, quám praesente his príu' maturare ínstitit.

Fenestella Annali lib. II (1): 'et quaedam exta praesente † exuis, quaedam absente porrecissem'. — Novius Minta Medica (57):

té volumus donó donare púlchro, praesente ómnibus.

---

4 Puell.—revirdiscere; 7 Pal.—palaestrae; 10—11 Pop.—te; 13 Praes.—praesentibus.

---

4 vel evirescere $F^3$: vel revirdiscere *rell.* (*cf. Sittl. Arch. Lat. Lex. I, 488*) || 5 *vel* quot || se $L^1$ || 6 v. puerascunt *Friedlaender, On.*: v. repuer. *Bue.* || 9 pape palestricos $F^3 B^A$ *ut vid.*: paperalestricos *L*: pape *del. Both.* || 11 s. perduo *Ribb.*: perdo servolos *Mu.* || 14 qui *add. Mu.* || quidam *Iun.*: quine (?) *On.* || uindedit $L^1$ || 15—16 *cf. 349. 2* (*s. v.* maturum, celer) || 16 quam *Grotius*: quae: *om. codd. 349* || praesente (-tem *L*) te his p. matura *codd. h. l.* || 17 extra: *corr. Palmerius* || 18 exuis *L*: exsius $B^A$ (= *G*): suis *ed. a. 1476*: *fort.* tuis (ex *pro* et) || proiecissem: *corr. Palmerius*: -ent *Quich.* || minta $F^3$: mania $L B^A$.

PRIMITER pro prime et PRIMITVS pro primo. Pomponius Maccis Geminis (70):

"quín bono animo es!" — "vídeo, erepsti prímiter de
pánnibus."

Lucilius lib. V (28):

sicuti, cum primos ficos propola recentis
protulit et pretio ingenti dat primitu' paucos.

PROGNARITER, audaciter. Plautus Persa (588):

age, índica prognáriter.

PROPERATIM et PROPERITER, celeriter, properanter. Quadrigarius Annali lib. II (35): 'eo consules ‖ propere exercitum redducunt'. — Pomponius Buccone Adoptato (26):

pergís properatim?

Caecilius Plocio (167):

properátim in tenebris ístuc confectum ést opus.

Pacuvius Teucro (331):

mihi classem ínperat
Théssalûm nostrámque in altum ut próperiter dedúcerem.

Accius Telepho (629):

. . . remísque nixi próperiter navem ín fugam
trádunt.

---

20 Primiter — primo; 26 Pr. aud.; 28 Properat. — properanter.

---

21—22 *cf. 488. 34* (*s. v.* pannibus); *506. 28* (*s. v.* es pro esto) ‖ 22 est *codd. h. l.* ‖ erepsti *Bue.*: eripis *codd. h. l.*: eripisti *codd. 488*: derepis *codd. 506* ‖ 23—25 *cf. 279. 9* (*s. v.* dare) ‖ 24 primus *codd. 279* ‖ propula *L* ‖ 25 protulit et *Iun.*: protuli item *F*³ *B*ᴬ: item protuli *L*: pirotulit et *codd. 279* ‖ dat *codd. 279*: ad *codd. h. l.* ‖ 26—27 *cf. 150. 5* ‖ 28 Propere *praef. Quich.* ‖ 1 *fort.* properatim (properī *in archetypo, seq.* e) ‖ 4—5 *cf. 153. 12* ‖ Caec. — properatim *om. L* ‖ 5 istuc *F*³: tunc (*praec.* is) *L B*ᴬ ‖ 7 inpetrat (imp.): *corr. Passerat.* ‖ 8 -lam *Bentin.* ‖ 9—11 *cf. 307. 31* (*s. v.* fuga); *347. 13.*

PRAEFRACTVM, durum, inflexibile. M. Tullius de Officiis lib. III (88): 'ego etiam cum Catone meo saepe dissensi. nimis mihi praefracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare'. — et in Hortensio (38): 'his contrarius Aristo Chius, praefractus, ferreus, nihil bonum nisi quod rectum atque honestum est'.

PVLCRITAS pro pulcritudo. Caecilius Harpazomene (54):

dí boní! quíd illud ést púlchritátís . .?

PROLETARII cives dicebantur qui in plebe tenuissima erant et non amplius quam mille et quingentos aeris in censum deferebant. Ennius Annali (183):

proletariu' publicitus scutisque feroque
ornatur *ferro*.

PROSPICA et DESPICA, intenta et contemplata. Naevius Astiologa (25):

hác sibí próspica, hác déspica . . . .

potest ergo prospicus et despicus dici.

POLLENTIA, potentia: a pollendo dicta. Plautus Rudente (618):

ne ínpiorum pótior sit polléntia.

pollere ergo conmune est.

---

12 Praefr. d. infl.; 17 Pulc. p. pulc.; 19—21 Prol.—def.; 24 Prosp.—cont.; 27 Polentia—dicta.

---

14 praefracte $F^3$: praefractum $L B^A$ || 16 aristotius $B^A$ || 19 dicebatur $L^1$ || qui *om.* $L^1$ || -mi *Me.* || 20 et quingentos *om.* $D^A$ || 22 proletarius *codd. Gell. XVI, 10*: proletari ut scutaque: sicuti isque *codd. Gell.*: *corr. ed. Iuntin. Gellii* ferique: feroque *Gell.* || 23 ornatus: ornatur ferro *codd. Gell.* || 24 contempla: *corr. On.*: contenta *Mu.*: contemta *Me.* || assitogiola: *corr. Ribb.*: Asoto, † giola *On.*: Astrologa (?) *Ribb.* || 25 ac—ac: *corr. Both.* || 28 ineptorum.

PROPITIABILIS, a propitiando. Ennius Caupuncula (1):

hinc est ánimus propitiábilis.

ita et adulabilis.

PAVXILLISPER, a pauxillo. Plautus Truculento (913): ||

plús decem pondó — amoris paúsillisper pérdidi;

id est, per particulas.

PONDERITATEM, a pondere, ut gravitatem. Accius Pragmaticon lib. I (1):

et cúncta fieri cétera
inbecilla † non quod ponderitatem gravitatemque nominis.

PVRITIA, puritas. Varro Rerum Divinarum lib. I (38): 'quae puritia est infrequens polluta'.

PRAELVMBARE, lumbos perfringere. Novius Vindemiatoribus (93):

. . coepit únumquemque praélumbare fústibus.

PVERAE pro puellae. Varro Devictis, περὶ φιλονικίας (87):

properáté
vívére, pueraé, quá sinit aétátula . .
lúdere, ésse, amáre ét Venerís tenére bígás.

idem de Vita Populi Romani lib. II: 'sic in privatis domibus pueri liberi et puerae ministrabant'.

---

30 Prop. a prop.; 33 Paux. a paux.; 3 Pond.—gravitatem; 7 Pu. pur.; 9 Prael. l. perfr.; 11 Pu. p. puellae.

---

30 ad propitiandum *L B*^A || cupiuncula: *corr. Ribb.*: Cupuncula *Vahlen.*: Coponicula *On.* || **31** huic *ed. a. 1476* || **32** adorabilis (?) *Mu. in append.* || **1** moris *codd. Pl.* || perdidit || **3** -tico || **6** inb. ob pond. *Madvig. Opusc. I, 110*: inb. nunc | ob pond. (*iamb.*) *Havet.* (*Rev. Philol. 1891, p. 130*) || hominis: *corr. Madvig.* || **7** Pueritia: *corr. Passerat.* || puerilitas (?) *Mu.* || **8** quae in puritia (*i. e.* pueritia) est frequens poll. *Mu.* || **9** praefr. *ed. a. 1471* || **10** coepi ún. *Bue.* || **11** Vae Victis *Iun.* || **13** quas s. *B*^A || etatula *F*^3: ettula *B*^A (= *G*): atula *L* || **15** sig in privatas *L.*

PVPAE et PVPI. Varro Aboriginibus, *περὶ ἀνθρώπων φύσεως* (4): ‘itaque brevi tempore magna pars in desiderium puparum et sigillorum veniebat’. — idem Tithono, *περὶ γήρως* (546):

ac mammam lactis sugentem pascere pupum.

PIPARE proprie gallinae dicuntur. Varro Aboriginibus, *περὶ ἀνθρώπων φύσεως* (3):

múgít bovis, óvi’ bálat, equi hínniúnt, gallíná
pípát.

PROCVDERE dixit prolatare, producere Varro *Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐκαιρίας* (551): ‘legendo autem et scribendo vitam procudito’. — Vergilius Georgicorum lib. I (261):

durum procudit arator
vomeris obtunsi dentem.

PRAECOX, id est praecoqua. Varro Synephebo, *περὶ ἐμμονῆς* (514): ‘verere, ne manu non mittat, cum tot Romae mendicari honestos audissemus? dare possis; ‖ mittet; quod si non mittet, fugies, si me audies. cum tempus revocat, ea praecox est fuga’.

PAVPERAT, id est pauperem facit. Plautus in Milite Glorioso (729):

quae ínproba est, pro mércis vitio dóminum pretio paúperat.

item Acharistione (1):

quám ego tanta paúperavi pér dolum pecúnia?

---

21 Pip.—dic.; 25 Proc.—prod.; 30 Praec.—praecoqua; 3 Paup.—facit.

---

20 mamniam *BA* ‖ iactis *L*: lacti *Mu.* ‖ pascere et: *del.* et *ed. a. 1476* ‖ **31—32** toctromedicarios: tot Romae mendicarier *On.*: tot Romae vicarios *Oehler.* ‖ **32** honestoc *L* ‖ **2** *cf. 150. 23* ‖ es f. *codd. h. l.* ‖ **3** Pauperavit: *corr. Quich.* ‖ (fecit *F*² *cum gl.*) ‖ **4** praetium *L* ‖ pauperet (-per erit) *codd. Pl.* ‖ **5** idem *Ald.* ‖ acaristione *F*³ *BA*: acaristudio *L*.

Titinius Privigna (65):

nam quíd ego feci té advorsum aut patrém meum,
quem paúperetis ámbo vestris súmptibus?

idem Varo (134):

aecum ést me habere: eos paúperem sumptú meo?

POTVS [a bibendo]. Lucilius lib. XXX (53):

serus cum e medio hac ludo bene potu' recessit.

PAVCIENS pro raro dici veterum auctoritas docet. Titinius Gemina (39):

postquam factu's maritus, hac domo
abhorres, tuam etiam uxorem paucies video.

idem in eadem (41):

. . tu facis iníque; in urbem paúcies veníre
solés.

Caelius Annalium lib. VI (43): 'consulto non pauciens arcessitum'.

POLLICTORES sunt qui mortuos curant. Varro Mutuum Muli Scabunt, *περὶ ψωρισμοῦ* (324): 'itaque si plures dies inter medici discessum et adventum pollictoris interfuerunt, et id aestate, videas'. Varro Cosmotoryne, *περὶ φθορᾶς κόσμου* (222):

proptér cunam capulúm positum
nutríx tradit pollíctori.

---

12 Potus a bib.; 14 Pauc. p. raro; 22 Poll.—curant.

---

7 privia $L^1$: Prilia *Mu.* || 8 feci $F^3$: fecit $L B^A$ || te *Iun.*: et || aut p. adv. meum *Mu.*: adv. aut patruom meum *Bue.* || 12 a bibendo *om.* $L^1$ (Potus a bibendo *etiam index marg. in* $B^A$) || 13 secus: *corr. I. Dousa* || e *I. Dousa*: eo || ac l.: ac *del. Gerlach.*: l. ac *quid. ap. Mu.* || 16 hanc (*pro* hác) || domum $\Sigma$ || 17 pauciens videbo *codd. Paul. 220* || 18 eandem *L* || 19 tus ac iniqui: *corr. C. F. Mueller.* (in. *iam Iun.*): t. f. inique qui *Ribb.* || 20 solens (-es) *Mu.* || 24 medici *ut vid.* $F^3$: medicis $L^1$: medicos $B^A$ || 25—27 *cf. 5. 2* (*s. v.* capulum) || 26 caputum $L^1$ || 27 pollicturi $L^1$.

Plautus Asinaria (910):

écquis currit póllictorem accérsere?

PVTAMINA non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgamenta; nam quidquid ex quacumque re proicitur, putamen appellatur. Plautus in Captivis (655):

núculeum amisí; reliqui pígneri putámina.

PESTILITAS, pestilentia. Lucretius lib. || VI (1098):

atque *ea* vis omnis morborum pestilitasque.

PAENITVRVM. Accius Epinausimache (312):

quod sí procedit, néque te neque quemquam árbitror
tuae paéniturum laúdis. quam ut servés, vide.

PAVSA est quies alicuius rei. Accius Epigonis (289):

sed iam Ámphilochum huc vadére cerno et
nobís datur bona pausá loquendi.

Lucilius Satyrarum lib. I (13):

haec ubi dicta dedit, pausam *dedit* ore loquendi.

PROSPERARI, inpetrari. Lucilius lib. XXVI (47):

néc Minervae prósperatur páx, quod Cassandrám *suo*
sígno deripuít.

PVELLOS, pueros. Varro Testamento, *περὶ διαθηκῶν* (540):

. . síc ílle puéllús Venerís repénte Adón
cecidít cruéntus ólím.

---

30—32 Put.—app.; 1 Pest. pest.; 6 Pausa—rei; 11 Pros. inp.; 14 Pu. pueros.

---

**30** arbores $C^A$ $D^A$ || **31** quid $L^1$ || **2** atque v. omnium m. (*om.* ea) || **10** dedit *addidi*: facit *ed. princ.* || **11** Prosferari $B^A$ $C^A$ $D^A$ (p *pro* f, *ut saepe*) || **12** minimo et: Minervae ei *On.*: minima ēï *Mu.* || prosf. || suo *add. On.* || **15** sic sic *Mu.* || vadon: *corr. Me.*: Adónís *Guietus*.

Lucilius Satyrarum lib. IV (28):

cumque hic tam formonsu' tibi ac te dignu' puellus.

Lucretius (IV, 1252):

pos *sunt* tamen unde puellum
suscipere et partu possent ditiscere dulci.

Ennius (Ann. 233):

suos divis sacrificare puellos.

Varro Marcipore (285):

Pélianne ei permísisse, ut se vél vivum deglúberet,
dúm modo redderét puellum?

*idem* Sexagesi (485):

o stúlta nostri péctoris dormítio
vigilábilis, quae mé puellum inpúberem
cepísti!

PECVS. non solum quadrupes animal, verum omnia animalia pecudes dicuntur. Plautus Rudente (942):

non vídes referre me úvidum reté sine squamosó pecu?

Livius Aegistho (5):

tum autém lascivum Nérei simúm pecus.

Vergilius Georgicorum lib. IV de apibus (327):

et pecudum custodia sollers.

---

31—32 Pecus — dicuntur.

---

20 nactae pos sunt *Lucr.*: nos || puellos *Lucr.* || **21** partus posset || **25** pelianme et p.: Pelian (-am) ei p. *Mu.*: P. Medae (-deae *Iun.*) permisse (?) *Mu.* || ut seu eluvium $B^A$ || **26** dummadore addere (addere $F^3 B^A$: *om. L*): *corr. Iun.* || **27** idem *add. ed. princ.* || **27—29** (vig.) *cf. 100. 1* (*s. v.* dormitio) || **27—28** sexagesimos ultra nutri *codd. h. l.* || **29** inpubere: -rem *ed. a. 1476* || **31—159. 22** *fort. post 157. 33 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 53*) || **31** Pecus et Pecudes *edd.* || quadrupedes *L* || **33** uiduum $L^1$ || retem *Pl.* (*teste Prisc. I, 332. 15*) || **34—35** *cf. 335. 28* || **35** rei *codd. h. l.*: nereis *codd. 335* || **36—37** *cf. 460. 3.*

Lucretius lib. II (342):

praeterea genus humanum mutaeque natantes
squamigerae pecudes.

Lucilius Satyrarum || lib. V (42):

lascivire pecus Nerei rostrique repandum.

PERCITVM dictum est percussum. Plautus Amphitryone (727):

. . . "delírat uxor." — "átra bili pércita est."

PECVA et PECVDA ita ut pecora veteres dixerunt.

Naevius Gymnastico (56):

hómines, pecua béluasque.

idem Lycurgo (44):

sine férro pecua mánibus ut ad mortém meant.

Accius Astyanacte (177):

in celsis móntibus
pécua atque inter cólles pascunt Dánai in Phrygiae términis.

idem Medea (409):

. . . vagánt, pavore pécuda in tumulis déserunt:
quís nos pascet póstea?

M. Tullius de Republica lib. IV (1): 'cum adhibent in pecuda pastores'. — Accius Diomede (271):

passímque praeda pécua vallebánt agris.

---

3 Perc.—perc.; 5 Pecua—dixerunt.

---

2 Nerei *On.*: niri $L^1$: nisi $B^A$: nasi *Balth. Venator ap. Gebhardum* || nostrique: *corr. Crinitus* || 3—4 (ux.) *cf. 18. 6* || 9 pecora: *corr. Me.* || p. m. ad (ut *del.*) *quid. in mg. Iun.*: m. p. ut ad *Mu.*: p. mansueta ad *Bue.* || 12 Phrygiae t. *ed. princ.*: froegia et t. || 13—14 *cf. 467. 37* (*s. v.* vagas pro vagaris) || 14 sederunt *codd. h. l.* || 15 qui $B^A$: a! quí *Ribb.* || uos *D. Heinsius* || 18 vallebant $B^A$ (= *G*): vellebant *L*.

Caecilius Imbriis (93):

et homini ét pecudibus ómnibus.

Sisenna Historiarum lib. IV (76): 'iumenta, pecuda locis trepidare conpluribus'.

PVTRET. Pacuvius Teucro (340):

. . . . quámquam annisque et aétate hoc corpús putret.

Accius Erigona (56):

. quámquam exangue est córpu' mihi atque annís putret.

PROTOLLERE est differre. Lucilius Satyrarum lib. I (33):

si non amplius, at lustrum hoc protolleret unum.

PRIVA significat singula. Lucilius Satyrarum lib. I (34):

ad cenam adducam et primum hisce abdomina thunni
advenientibu' priva dabo.

Lucretius lib. III (722):

quodsi forte animas extrinsecus insinuari
vermibus et privas in corpora posse venire
credis.

PRODIGITAS dicta profusio. Lucilius Satyrarum lib. VI (4):

nequitia occupat hos, petulantia prodigitasque.

PORCET significat prohibet. Pacuvius Atalanta (67): ||

mi gnáte, ut verear éloqui porcét pudor.

---

27 Prot. e. diff.; 29 Pri. s. sing.; 36 Prod. d. profusio; 38 Porc. s. prohibet.

---

20 pecubus (*vel* pecudis) *Spengel.* || 26 nam q. *Ritsch. Opusc. II, 621* || 28 iustrum || 30 (abd.) — 31 *cf. 35. 20* || 30 addominat hymni (hi.) *codd. h. l.* || 32 lucilius || 33 invadi || 34 corp.] eorum || 37 hos *Dousa pat.*: hoc || peculantia (penulentia *G*): *corr. Bentin.* || 1 (magna te *G*) || id v. *Mu.* || el. *Iun.*: loqui.

Accius Epigonis (285):

. quibus oculis quísquam nostrum póterit illorum óptui
vúltus, quos iam ab ármis anni pórcent?

Ennius Telamone (282):

deûm me sentit fácere pietas; cívium porcét pudor.

Varro Manio (251):

húnc Ceres cibí ministra frúgibus suís porcet.

Lucilius lib. VI (27):

non te porro procedere porcent.

PROLIXITVDINEM. Pacuvius Duloreste (127):

óro: minime fléctas fandi mí prolixitúdinem.

PERFICA, perfectrix. Lucretius lib. II (1116):

denique ad extremum crescendi perfica finem
omnia perduxit rerum natura creatrix.

PETIOLVS, a pede, diminutive. Afranius Excepto (155):

atque ádeo nolo núdo petiolo ésse plus.

PETIGO, genus morbi. Lucilius lib. XXX (88):

inluvies, scabies oculos huic denique petigo
conscendere.

---

13 Perf. perf.; 16 Pe.—dim.; 18 Pet. g. morbi.

---

2 Epig. *Iun.*: egones *L*: ligones *BA* (= *G*) || 4 quos *Scal.*: quod || 6 sancit *Bergk.*: sinit id *Bue.*: sentit *tuetur Vahlen.* (*Herm. XV, 260*) || 8 ceris tibi: *corr. Popma* || porcit || 12 te oro (*praec.* -te) *On.* || minime fl. *Ribb.*: mine fl.: nive offl. *Bue.* || me prolixitudine *Ribb.* || 13 perfectrix *Lachm. ad Lucr. II, 1116*: perficeris: perficiens *Iun.* || 14 donique *Lucr.* || 15 naturae: (*corr. H*²) || 16 Petiolus *L BA*: Peciolus *CA DA* (*cf. Romania XXII, 147*) || *fort.* a pede *secludend.* (*sed. cf. Thes. Gloss. s. v.*) || 17 peciolo *L*¹: petiolo *BA* || esse plus *Both.*: es pus: es. PVS * * * *Ribb.* || 18—20 *cf. 125. 29* (*s. v.* inluvies) || 19 deque p. *Fruter.*: deinque p. (?) *Iun.*: denique spei *codd. 125.*

PORRIGO, morbi genus. Lucilius lib. XXX (97): tristem et corruptum scabie et porrigini' plenum.

PROFLIGARE verbum pessimum ad usum trahi coeptum est. nam cum sit profligatum perditum et ad internicionem adductum, nunc perfectum, absolutum aut aedificium aut aliquod utile inceptum dicendum putant; cum adfectum dici debeat, non profligatum. M. Tullius tamen Tusculanarum lib. V (15): 'profligata iam et paene ad exitum deducta quaestio est'. — idem de Provinciis Consularibus (19): 'bellum adfectum videmus'. — et infra (29): 'nam ipse Caesar quid est quod in ea provincia conmorari velit, nisi ut ea, quae per eum adfecta sunt, || perfecta rei publicae tradat?' — et in Oeconomicis (17): 'cum vero adfecta iam prope aestate a sole mitiscere tempus est'.

PATRITVM, ut avitum. Varro Manio (258): 'funere familiari conmoti avito ac patrito more precabamur'. — idem Rer. Hum. lib. XX: 'secundum leges avitas et patritas'. — Cicero Tusculanarum lib. I (45): 'patritam illam et avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam'.

PERTIDERE, valde taedere. Cicero in Oratore (159): 'concisum, non concaesum. ex quo quidam pertisum etiam volunt'.

---

21 Porr. mor. g.; 23—27 Profl.—profl.; 4 Patr. ut avitum.

---

**21** g. m. *Quich.* || **22** tritum *Mu.* || **24—25** interricionem (-eri-) $C^A$: internicionem (-nec-) $F^3$ ($F^2$?) $D^A$: interitionem $L\,B^A$ || **25** p. solutum (p. solum tum $L$): p. prope et absol. *Mu.*: p. solum et absol. *On.* || **26** inceptu (?) *Mu.* || **29** adducta *codd. Cic.* || **1** adfecta sunt perfecta sunt perfecta $L$: adfecta sunt perfecta $B^A$ (= *G*) || **2** -ico *codd. Gell. XV, 5* || **2—3** aestate uvas a s. *Gell.*: aetate a s. || **5** commoti $F^3$: conmoto (comm.) $L\,B^A$ || habito $L$ || ac $F^3$ ($F^2$?): at $L\,B^A$ || **6** Rer. Hum. *Popma*: reipublicae || avitas et *Roth.*: habitasset || **8** ut $F^3\,B^A$: et $L$ || **9** Percidere vel decidere $F^3$ (*cum* $H^2$ *mg.*): Percedere vel decedere $L\,B^A$: Pertidere, pertaedere, valde taedere *On.*: Pertidere ut distidere *Mu.* || **10** et quod q. || percisum $F^3$ (*cum* $H^2$ *mg.*): percesum $L\,B^A$.

POPINONES, vel hi, quos nunc dicimus tabernarios, a popinis, vel luxoriosi, qui se popinis dedunt. Varro Modio (308):

. . . . quis póculis argénteum chorum íntro
ibít popino?

Lucilius lib. I (18):

infamam † honestam turpemque odisse popinam.

PVTIDVM, non putre, sed odoris mali. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (38): 'non inscite illud dictum videatur in sue, animum illi pecudi datum pro sale, ne putesceret'.

PERCVRSIONEM. Cicero Tusculanarum lib. IV (31): 'propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem'.

PRAEFESTINATIM. Sisenna Historiarum lib. III (117): 'idemque perseveraverunt, uti lex perveniret ad quaestorem ac iudices, quos vellent, instituerent praefestinatim et cupide'.

PRAESTOLARI est expectare vel manere. Sisenna Historiarum lib. III (25): 'occulte tacitique advenientium cohortium praestolari occipiunt'.

PERMITTERE pro mittere, incitare vel || praecipitare. Sisenna Historiarum lib. III (32): 'et inde ecum concitatum princeps ad hostium permittit aciem'. — idem lib. IV (85): 'multi praemissis armis ex summo se permitterent'.

---

11—12 Pop.—ded.; 17 Put.—mali; 25 Praest.—manere; 1 Perm.—praecipitare.

---

**11** Pop. a pop. vel *Mu.* || hic quos $L^{1}$ || **13** quis $B^{A}$: qui *L* || ardentium *Oehler.* || int. ibít ch. popíno *Mu.* || **16** infamam (*del.* hon.) *Fischer de voc. Lucil. 1881*: infamem (*ed. a. 1476*) quaestum *Baehrens.*: *fort.* infamam vestem || inf. inhon. (*Iun.*) turpem o. *Schmidt.* || **17** putre $F^{3}$ (?): putrem *rell.* || **18** ut non *Cic.* || **19** sue *Cic.*: suave || **20** V || **21** percursiones || **22** III *Ries.* (*seq.* i-, *olim* ii-?) (*cf. Rhein. Mus. LVII, 203*): IIII || **25** Prestolare $L^{1}$ || **26** occulti *Wernick.* || taciteque *Iun.* (*sed vid. Sjögren., Partic. Copulat., Upsal., 1900, p. 61*) || advenientiam *Popma*: adventum *Iun.* || **27** accipiunt: *corr. Passerat.* || **2** exinde (?) *Mu.* || **3** praeceps *Peter.* || **4** se permitterent $F^{3}$ $B^{A}$: perm (*sic*) (*om.* se) $L^{1}$.

PROICERE honeste positum. Sisenna Historiarum lib. IV (95): 'tum postquam aput Iguinos ac Perusinos eius facti mentionem proiecit'.

PETVLANTIAM pro inprobitate Cicero de Oratore lib. II (305): 'illud adsequor, ut, siqui mihi forte maledicat, petulans aut plane insanus esse videatur'.

PRESSV, quasi conpressione. Cicero de Oratore lib. III (43): 'Valerium Soranum lenitate vocis atque ipso oris pressu et sono facile vincat'.

PAVPERTATES nove positum numero plurali. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'quid inter hos Ioves intersit et eos, qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt potes animadvertere et horum temporum divitias et illorum paupertates'.

PAVPERTINVM. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'ut in cetero cultu quae sunt, consentanea, quod sunt paupertina, sine elegantia ac cum castimonia'.

PLVMARIVM. Varro Cato vel de liberis educandis (33): 'etenim nulla, quae non didicit pingere, potest bene iudicare quid sit bene pictum plumario aut textore in pulvinaribus plagulis'.

PVRPVRASCIT. Cicero Academicorum lib. II (fr. 7): 'quid? mare nonne caeruleum? at eius unda, cum est pulsa remis, purpurascit, et quidem aquae tinctum quodam modo et infectum'.

PERPENDICVLI et NORMAE. Cicero || Academicorum lib. II (fr. 8): 'atqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis'.

---

8 Pet. p. inpr.; 11 Pres. q. conpr.; 14 Paup.—plurali.

---

6 Iguvinos *Popma*: eginus || **10** sane || **11** conpressiones *L* || **12** levitate focis || oris *Cic.*: vocis || **14** Varro] uero *ex* numero $L^1$ || **15** I $F^3$: XI $B^A$: *om.* $L^1$ || **17** anima advere $L^1$: animo advertere $B^A$: (*corr.* $L^3$) || horum] orbi $L^1$ || **19** ut inciter ocultuque (occ.): *corr. Scal.* || **23** autextore *L*: *secl. On.*: a textore *Roth.*: aut textorei *Mu.* || **24** plagiis: *corr. On.*: plagis $\Sigma$ || **26** adius u. $L^1$ || **27**—**28** aqui etinctum quod ad modo $L^1$ || **2** non egeremus $F^3 B^A$: *om. L.*

163 M.

PINGVE positum pro inpedito et inepto. Cicero Academicorum lib. IV (II, 109): 'quod ipsi Antiocho pingue videtur et sibi ipsum contrarium'.

PROBATV DIFFICILE. Cicero Tusculanarum lib. V (1): 'quod etsi difficile est probatu propter tam varia et tam multa tormenta fortunae'.

PALPO, quasi a palpando. Plautus Mercatore (153):

palpo pércutit.

PAEMINOSVM, mali odoris: a paedore dictum. Varro de Re Rustica lib. I (51, 1): 'solida terra pavita, maxime si est argilla, ne, situ paeminosa, in rimis eius grana oblitescant'.

PISARE, frangere vel tundere. Varro de Re Rustica lib. I (63): 'promendum hieme, ut in pristino pisetur ac torreatur'.

PRAECIDANEVM est praecidendum. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'quod humatus non sit, heredi porca praecidanea suscipienda Telluri et Cereri. aliter familia pura non est'.

PALANGAE dicuntur fustes teretes, qui navibus subiciuntur, cum adtrahuntur ad pelagus vel cum ad littora subducuntur. unde etiamnunc palangarios dicimus qui aliquid oneris fustibus transvehunt. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'cum Poenus in fretum obviam venisset nostris et quosdam cepisset, crudelissime pro palangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros'.

---

4 Ping.—inep.; 10 Palpo—palpando; 12 Pem.—dictum; 15 Pis.—tund.; 17 Praec. e. praec.; 20—22 Plagae—subduc.

---

**4** inpedimento (imp.) $C^A$ $D^A$: imperito *Gulielm.* || **5** ipso *L* || **6** videbatur *codd. Cic.* || **7** Probatur (prob.) || **8** probatum $L^1$ **8—9** varietatem e multa $L^1$ || **10** Panpo $L^1$ || a *del. Quich.* **11** percutis *codd. Pl.* || **14** situ: aestu (es.) *cod. Varr.* || rinis *L* **16** diem || pistrino $B^A$ (= *G*) || **18** III $B^A$: IIII *L* || **19** suscipiendum *Mu.* || **20** Plage (-gae) $C^A$ $D^A$ (Plance, fustes *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || terentes *L* || **22** subducantur *L* || **24** III *Thilo, Kettner.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 54*): IIII || **25** credulissime *L.*

PONDO DVCENTVM nove Varro [saepe] de Vita Populi Romani lib. III: 'Delphos Apollini munera missa, corona aurea pondo ducentum'. ||

## INCIPIT PER R LITTERAM.

RVTVNDE positum eleganter, concinne vel collecte. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. IV (7): 'regem, dictatorem, divitem solum esse sapientem, a te quidem apte ac rutunde. quippe; habes enim a rhetoribus'.

RVTA dicuntur diruta. Cicero de Oratore lib. II (226): 'set dicis te, cum aedis venderes, ne in rutis quidem et caesis solum tibi paternum recepisse'. — Vergilius Georgicorum lib. I (105):

cumulosque ruit male pinguis harenae.

RAVVM, fulvum. Cicero Academicorum lib. IV (II, 105): 'quia nobismet ipsis tum caeruleum, tum ravum videtur; quodque nunc a sole conlucet'.

RAVIS est raucitas. Plautus Aulularia (336):

ubi, síquid poscam, usque ád ravim poscám prius.

idem Cistellaria (304):

expurgabo hercle omnia ad raucam ravim.

RVRANT pro rusticantur. Plautus Captivis (84):

dum *rúri* rurant hómines, quos ligúrriant.

Varro Serrano, *περὶ ἀρχαιρεσιῶν* (457): 'dum in agro studiosius ruror, aspicio Triptolemum sculponeatum bigas sequi cornutas'.

---

27 Pon. duc. nove; 1—2 INC.—coll.; 6 Ruta d. diruta; 10 Rav. fulv.; 13 Rav. e. rauc.; 17 Rur. p. rusticantur.

---

27 saepe $L B^A$: *om.* $F^3$ || 1 INC. *om.* $D^A$ || 2 (vel lecte $G^1$) || 4 adaequitem (-eq-) || 6—8 *cf. 54. 17; 384. 15* || 7 et *codd. h. l. et 384* || 8 solium *codd. Cic.* || 8—9 *cf. 380. 16* || 8 II *L* || 10 furvum *Mu.* || 13—14 *cf. 374. 10* || 16 expurigabo *docti ap. Pl.* || ravinum *L* || 18 ruri *om.*

RARENTER pro rare. Caecilius Plocio (183):

tú nurum non vís odiosam tíbi esse, quam rarénter videas?

Pomponius Ergastilo (45):

lónge ab urbe vílicari, quó erus rarentér venit,
*íd* non vilicári, sed dominári est mea senténtia.

RVCTVS a ructando dictus. Plautus Pseudulo (1300):

"pérgin rúctáre in ós mihí?" —
"suávi' rúctús mihi ést. síc sine, Simón."

Lucilius Satyrarum lib. III (52):

exhalas tum acidos ex pectore ructus. ||

RESVPINAS, honeste, id est, ab incepto revocas vel pervertis significat. Accius Antigona (135):

quid agís? perturbas rem ómnem ac resupinás, soror.

RINGITVR, irascitur. Terentius in Phormione (341):

cúm tibi sit quod pláceat, ille ríngitur, tu rídeas.

RISCVS, loca in parietibus angusta. Terentius Eunucho (754):

in rísco. odiosa, céssas.

RECIPROCA * * *

*reciproca* animum, inquam, odiose!

Ennius Andromeda (104):

. . . . rúrsus prorsus réciprocat fluctús feram.

---

21 Rar. p. rare; 26 Ruct.—dict.; 1—2 Res.—significat; 4 Ring. ir.; 6 Risc.—angusta.

---

23—25 *cf. 186. 2* (*s. v.* vilicari); *515. 31* || 25 id *add. Both.*: *om. codd. utrobique* (*praec.* -it) || sed dominari *om. L* || mea est *codd. 186* || 27 percin $F^3 B^A$: percinc *L* || 30 tam *Mu.* || 1 id est *secl. Mu.*: dictum (?) *Mu.* || 2 pertis *L* || 3 sorori: *corr. Iun.* || 5 dum t. fit *Ter.* || turgideas *L* || 6 longa $L^1$ || 8 *lacun. agnov. Me.* || 9 *cf. 'Non. Marc.' p. 97* || 10—11 *cf. 384. 36* (*s. v.* rursus, retro) || 11 rursus] riscus $B^A$ || fructus *codd. h. l.* || fera *Bergk.*

REPEDARE. Lucilius lib. XXVI (78):

rédiisse ac repedásse, ut Roma † vítet gladiatóribus.

idemque (inc. 165):

† sanctum ego a Metello Romam repedabam munere. †

REDANDRVARE, redire. Lucilius lib. IX (62):

ut vulgu' redandruet inde.

Pacuvius Chryse (105):

Gráecos nihil mediócriter
redándruare.

REDHOSTIT, reddit. Accius Amphitryone (92):

écquid hic redhóstit vim, quo † métem obiectet fácilius?

idem Didascalicon lib. II (1):

út, dúm brevitátém velint cónsequí verbórúm,
áliter ác sit réllatúm, redhóstiánt respónsúm.

REPVERASCERE. Novius Agricola (2):

"quíd ita?" — "quia enim répuerascis, fúgitas personás,
pater."

---

16 Redandruarere; 21 Red. red.; 26 Rep. in pu. redire.

---

13 ut Romam bitat *Scal.*: ut Roma invitat *Quich.* (-tet *On.*): *fort.* Roma, ut vitet || **14—15** idem, queis actis *Gulielm.* || **15** *fort.* sancto || a Metelli *Mu.* (*qui secl.* Romam) || reppedabam *On.* || **16** Redandruarere (*seq.* re) $C^A$ $D^A$ || reddere *vir doct. ap. Quich., sed vid. Lagercrantz.* (*Kuhns Zeitschr. XXXVII, 160*) || **19** Graios *Fest. 270* || **21** redit: *corr. Iun.* || **22** quid (*praec.* e): cedo ecquid *cod. Fest. 270* || hic redostit viam: te redhosti titum *cod. Fest.*: *corr. Quich.* || cometem: cum eas sem *cod. Fest.* || obtet *L*: obbiet $B^A$: obiectet *cod. Fest.* || quo (*Me.*) mortem (*an* necem?) obītet *On.* (obb. *iam Ribb.*): *fort.* quo mentem oblectet || **23** -co || lib. II *om. L* || **24** brev. vel. *Lachm.*: velint (velin *L*) brev. || **25** aliter assit $F^3$: aliter aliter *L* || relatum redhostire (-dost-) sponsum: *corr. Hermann.* || **26** Rep. in puerum redire $C^A$ $D^A$ || **27** quid *Ald.*: quod || fugit has: (*corr.* $F^1$).

M. Tullius de Senectute (83): 'et siquis deus mihi largiatur ut ex hac aetate repuerascam et in cunabulis vagiam'. — et de Oratore lib. II (22): 'cum Scipione solitum rusticari eosque incredibiliter repuerascere esse solitos, cum rus ex urbe, tamquam ex vinculis, evolavissent'. ||

RHETORISSAT. Pomponius Medico (82):

"dolásti uxorem; núnc eapropter mé cupis
concídere?" — "etiam rhétorissas?"

RAMITES dicuntur pulmones vel hirnea. Plautus Mercatore (138):

tui caúsa rupi rámites, atrúm dum sputo sánguinem.

idem Poenulo (539):

néque nos quemquam flágitamus néque nos quisquam flágitat;
túa causa nemó nostrorum est suós rupturus rámites.

Varro Trihodite, *περὶ ἀρετῆς κτήσεως* (561): 'priusquam in orchestra pythaules inflet tibias, domi suae ramites rumpit'. — Lucilius Satyrarum lib. IX (72):

quod deformi' senex, *ἀρθριτικὸς* ac podagrosus
est, quod mancu' miserque, exilis, ramite magno.

Varro Gerontodidascalo (192): 'rapta a nescio quo mulione raptoris ramites rumpit'.

---

4 Ram.—hirn.

---

28—33 de or. lib. II eosque incred.—vagiam et de or. lib. II cum scip.—solitos: *restitui* (*Class. Rev. XVI, 49*) || 2 dolasti $F^3$: dalasti $L B^A$ || 4 Ramites $L^1$: Ramices $B^A C^A D^A$ || pamones $L C^A D^A$ || 5 tua *codd. Pl.* || ramites $L^1$ (*cum codd. Pl.*): -ices $B^A$ || a. d.] iamdudum *codd. Pl.* || puto $L$ || 7 flagius neque $L$ || 8 nostrum || rupturos || ramittes $L^1$: -ices $B^A$ || 9 Trih. Tripylio, *περὶ ἀ. κτ.* (?) *Mu. in ind. auctorum* || 11 raamites $L$: -ices $B^A$ || 12 as: (ac $H^2$) || 13 macerque *Mu. post I. Dous.* || ramite $L$: -ice $B^A$ || 14 an: a $H^3$ *ut vid.* || 15 rapturis: *corr. Popma* || ramitis $L^1$: -icis $B^A$.

RVSPARI est scrutari. Accius Nyctegresia (489):

iúbe nunc adtemtáre, iube nunc ánimo ruspari Phrygas!

idem Meleagro (441):

vagént ruspantes sílvas, sectantés feras.

REGREDERE, revocare. Ennius Achille (4):

quo núnc incerta re átque inoratá gradum
regrédere conare?

RVMINARI dictum in memoriam revocare. Varro Tanaquile (1): 'non modo absens quicquam de te sequius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem'. — Livius Aegistho (8):

nemo haéc vostrorum rúminetur múlieri.

RVSTICATIM pro rustice. Pomponius Aleonibus (7):

át ego rusticátim tangam; úrbanatim nescio.

RVMIFERARE dictum honeste rumoribus || ferre. Plautus Amphitryone (678):

quámque adeo civís Thebani véro rumiferánt probam.

RETVRARE, aperire, contra id quod dicitur opturare. Varro Agathone (10): 'pueri obscenis verbis novae nuptulae aures returant'.

RVTVBA, perturbatio. Varro Sexagesi (488):

ergo tum Romae parce pureque pudentis
vivere † in patriam; nunc sumus in rutuba.

---

16 Rusp. e. scr.; 20 Reg. rev.; 23 Rum.—rev.; 27 Rust. p. rust.; 4 Redurare—opturare.

---

16 Ruspicari $C^A$ $D^A$ || 17 iuben—iuben *Mu.* || anime *Ribb.* || 19 rospantes *L* || sectantes *cod. N. Fabri*: sextamtes || 20 Regedere $C^A$: Redegere $D^A$ || 23 Ruminare: *corr. Voss.* || 24 n. m. non a. *Quich.* || 25 etiam tuam r. *Quich.* || 26 voster: *corr. On.*: vostrum *D. Heinsius* || 27—28 *cf. 408. 40* (*s. v.* tangere, circumvenire) || 3 q. ad. *Pl.*: quamquam (quanquam) ideo || 4 Redurare: *corr. Iun.* || 5—6 *cf. 357. 1* (*s. v.* obscenum) || 6 nuptae *codd. h. l.* || returant *codd. 357 fere*: habeant *codd. h. l.* || 9 vixere in patria *Gulielm.* || en patriam *Lachm. in Lucr. p. 56.*

REVOCARE positum per vices mutuo vocare. Varro Sexagesi (504): 'qui nobis ministrarunt pueri diebus festis cicer viride, qui nos provocare, advocare cum audeant, nos illo revocare timemus?'

RECENTARI honeste positum pro novari. quod est graece ἀνανεοῦται. Matius (9):

iamiam álbicascit . . et recéntatur
commúne lumen hóminibus . . . .

RAPINATORES pro raptoribus. Varro Bimarco (65): 'in invidiam veniant in hoc ipso rapinatores'. — Lucilius lib. II (1):

homo inpuratus et inpuno est rapinator.

REDA. Varro Epistula ad Varronem: 'quodsi tuam heri redam non habuissem, varices haberem'.

RECENTIORVM. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (82): 'horum recentiorum, numquam dictum ab illo, quod sciam'.

RVMAM veteres mammam dixerunt. Varro Cato vel de liberis educandis (7): 'his Semonibus lacte fit, non vino; Cuninae propter cunas, Ruminae propter rumam, id est prisco vocabulo mammam; a quo || subrumi etiamnunc dicuntur agni'.

---

10 Rev.—voc.; 13—14 Rec.—ἀνα.; 20 Reda veh.; 22 Rec. nov.; 24 Rum.—dixerunt.

---

**11** v. nos (*del.* qui) *Duentzer.* || *fort.* quî n. provocarent || **12** illos *edd.* || **13** Recentare—novare: *corr. edd.*: *fort.* Recentatur—novatur || **14** ananeute || maccius $L^1$: accius $B^A$: Matius *codd. Gell. XV, 25* || **15** alb. Phoebus et *Gell.* || recentur *L* || **17** pro $F^3 B^A$: *om. L* || **18—19** *cf. 129. 27* (*s. v.* inpuno, inpudens) || **19** inpudicus et inpune *codd. h. l.* || rapister *codd. 129* || estque rapister *Mu.* || **20** Reda vehiculum $C^A D^A$ || **20—21** *cf. 26. 10* (*s. v.* varices) (*cf. Class. Rev. XVI, 48*) || **20** ad Neronem *Popma* || **21** h. r.] heredam $L^1$ || heri *om. codd. 26* || hab. var. *codd. 26* || **22** Recentiorum novorum $C^A D^A$ || **25** his (*vel* dis) Sem. *Lips. Antiq. Lect. II, 18*: hisce manibus: hisce numinibus *Preller. Mythol. Rom.*$^1$ *p. 54*: hisce omnibus (?) *Mu.* || **26** cunina: *corr. Iun.* || rumine $F^3 B^A$: *om. L.*

REICVLAS oves, aut aetate aut morbo graves. Varro Cato vel de liberis educandis (29): 'et ut in grege opilio oves minus idoneas removere solet, quas reiculas appellant. saepe enim unus puer petulans atque inpurus inquinat gregem puerorum'.

## INCIPIT PER S LITTERAM.

SALTVATIM. Sisenna Historiae lib. I (127): 'nos una aestate in Asia et Graecia gesta litteris idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos inpediremus'.

SCAPVM. Varro Bimarco (58): 'mihique dividum stilo nostro papyrino levi scapum † scapitio novo partu poeticon'.

SVTRINAS, a suendo. Varro Hercule Socratico (211): 'quid? sutrinas facere inscius nihil, homo, agis?'

SCABRE. Varro Manio (254): 'derelinqueretur ac periret:

«squalé, scabreque inlúvie et vastitúdine.»' (cf. Pacuv. 314.)

STRIGOSVS aput veteres morbus dicitur iumentorum, qui corpora stringat aut fame aut alia vitii causa, quasi stringosus. Masurius Sabinus lib. XVII (Memorial. 3):

---

2 Reic.—grav.; 6 INC.—LITT.; 12 Subtrinas a suendo; 16—18 Strig.—stringosus.

---

3 et *secl. On.*: seicut *Mu.* || 4 appellat: *corr.* *Σ* || 5 inquid (-it): *corr. Ald.*: inficit *On.* || 6 INC. *om.* $D^A$ || 7 VI *Gell. XII, 15* || 7—9 *cf. 187. 32* (*s. v.* vellicatim) || 8 aetate: *corr.* $H^3$ || 9 aut s. *codd. Gell.* || 11 istilo $F^3$ || levii scapo: *corr. edd.* || scapitio *secl. On.*: concipio novom partum *Ries.* || *fort. choliamb. dimetr.* m. d. nostro | st. p. lēvi | sc. aptito n. partu | po. (*cf. Class. Rev. XVI, 52*) || 12 Subtrinas || 13 qui *L* || subtrinas || nihili h. a. *On.*: nihilo magis *Roth.* || 14 (Scabre sordide putide $F^3$ *mg. cum ind. marg. in* $B^A$) || 14—15 *cf. 125. 32* (*s. v.* inluvies); *185. 14* (*s. v.* vastescant); *226. 5* (*s. v.* squalor) || 14 derelinquere quam perire *codd. h. l.* || 15 sicuale scabre atque *codd. h. l.* || illuve $F^3$: inluae $L^1$: illuvie *ut vid.* $B^A$ || 18 strengosus *L* || Sabinus *Gell. IV, 20*: scabrius || VII *codd. Gell.*

'censores', inquit, 'Publius Scipio Nasica et Marcus Popilius cum equitum censum agerent, ecum nimis strigosum [equitum] ėt male habitum, sed equitem eiuş ubеrrimum et habilissimum viderunt'.

SVSPICIOSVM, qui in suspicione sit. Cato de Re Floriana (57, 1): 'sed nisi qui palam corpore pecuniam quaereret aut se lenoni locavisset, etsi famosus et suspiciosus esset, vim in corpus liberum non aecum censuere adferri'.

SVBICES nove positum, non a subiciendo, || sed altitudine. Ennius Achille (2):

. . . . . . per ego déûm sublimas súbices,
úmidas, unde óritur imber.

Vergilius Georgicorum lib. IV (385):

*ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.*

*idem* in Bucolicis (X, 74):

quantum vere novo viridis se subicit alnus.

SCRAPTAS, SCRVPEDAS, STRICTIVELLAS, exprobratio vitii aut deformitatis meretricum. Plautus Nervularia (100):

scrattaé, scrupedae, stríctivillae sórdidae.

SABVLVM. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (536): 'non vides in magnis peristylîs, qui cryptas domi non habent, sabulum iacere a pariete aut e xystis, ubi ambulare possint?'

---

22 Susp.—sit; 1—2 Sub.—altitudine.

---

**19—20** strigosum $F^3$: stricosum $LB^A$ || **20** equitum *om. codd. Gell.* || **21** habitissimum *codd. Gell.* || **23** nisi *codd. Gell. IX, 12. 7*: si $B^A$: *om.* $L$ || torpore: *corr.* $H^3$ || **25** fuisset *codd. Gell.* || liberam || censueri acferri || **1—2** sed ab al. *Me.* || **5—8** *cf. 387. 19* || **5—7** georg. libro IIII $L$: in buc. $B^A$: *restit. Mu.* || **9** expraebatio (-proba- $E$) || vitii *Bentin.*: lutio: vitiorum *On.* || **10** Nervularia *Gell. III, 3. 6*: aulularia || **11** escrate $L$: escrapte $B^A$; scratie *cod. Varr. L. L. VII, 65*; scratte *codd. Gell.* || crupede: sruppaeide *cod. Varr.*: scrupede *codd. Gell.* || strictibile: srittabillae *cod. Varr.*: strittivillae (srítiville) *codd. Gell.* || sordide || **13** perstilis (*fort. recte* perst-, *ut* perstroma *Lucil.; cf. Berl. Phil. Woch. XXII, 844*) || **14** xystis *Scal.*: gistis.

SVCTV. Varro *Γνῶθι σεαυτόν* (199):

út cremento córpora
fierént maiora párvo, ut suctu cándidi
lactís.

SVPER, valde, vehementer. Vergilius Aeneidos lib. I (29):

his accensa super iactatos aequore toto
Troas.

et lib. III (489):

o mihi sola mei super Astyanactis imago!
sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

SCABRES pro scabra es. Ennius Andromeda (100):

scrúpeo investíta saxo, atque óstreis squamaé scabrent.

Pacuvius Teucro (313):

quae désiderio alúmnûm, paenitúdine
squalés scabresque incúlta vastitúdine.

SECVNDARE, prosperare. Vergilius lib. VII (259):

di nostra incepta secundent!

Propertius Elegiarum lib. IV (21, 14):

iam liquidum nautis aura secundat iter.

SIMAT, deprimit. Lucilius lib. VII (14):

si movet ac simat nares, delphinus ut olim.

SCVRRILE, quasi vulgare; ab scurris. || Cicero de Oratore lib. II (239): 'vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus'.

---

30 Sec. prosp.; 34 Sim. depr.; 1 Scurr.—scurris.

---

**16** crementa: *corr. Iun.* || **17** parva *Popma* || candida: *corr. Ribb.* || **20** accenso *L* || **20** (iact.)—**21** *cf. 328. 1* || **24** ille *om.*: (*add.* $F^2$) || **25** Scapres pro scabres: *corr. Quich.* || **26** screpeo *L* (*pro* scrypeo?) || squamae scabrent *Me.*: quam excrabrent: squamis scabrent *On.* || **27**—**29** *cf. 152. 25* (*s. v.* paenitudinem); *185. 2* (*s. v.* vastities, vastitudo, vastitas); *243. 5* (*s. v.* alumnum, filium) || **29** scabres qua *codd. h. l.* || **35** sic *Mu.* || ac simat *Roth.*: aximad || **3** mimicus $H^3$: amicus *rell.*

170 M.

SORDET, sordidata est. Accius Aegistho (23):

cui mánu' materno sórdet sparsa sánguine.

SVBLABRARE, cibum intra labra mittere. Novius Decuma (13):

iam égo illi subiens súblabrabo ésui illud sínciput.

SVBLIMARE, extollere. Ennius Medea (234):

sol quí candentem in caélo sublimát facem.

SVPERSTITENT, salvent. Ennius Melanippa (249):

regnúmque nostrum ut sóspitent, supérstitentque . . .

SAEPTVOSE, obscure. Pacuvius Antiopa (5):

ita saéptuose díctione abs té datur,
quod cóniectura sápiens aegre cóntulit.

SEMPITERNE. Pacuvius Medo (234):

populóque ut faustum sémpiterne sóspitent.

SEPTEMFARIAM, ut multifariam. Santra de Verborum Antiquitate III: 'quod volumen unum nos lectitavimus, et postea invenimus septemfariam divisum'.

SIMVLTER pro similiter. Plautus Pseudolo (382):

éxossabo ego illúm simulter ítidem ut murenám cocus.

SCRIPTA, puncta tesserarum. M. Tullius in Hortensio (60): 'itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis

---

4 Sord. sord. est; 6 Sub.—mitt.; 8 Subl. ext.; 10 Sup. sal.; 12 Sept. obsc.; 20 Sim. p. similiter.

---

4 Sordes $C^A$ $D^A$ || sordita $L^1$: sordida $\Sigma$ || 5 cum $L$ || sparso: *corr. Bentin.* || sparsa sordet (?) *Ribb.* || 6 Subarrare $D^A$ || 10 Superstent $D^A$ || 10—11 *cf. 176. 2* (*s. v.* sospitent) || 11 ut *om. codd. 176* || 12 Pacuvius *cod. Scriverii, Bergk.*: livius || 13 saeptuosa *Ribb.* || dictio: *corr. Ribb.* || tete *Lipsius* || 14 consectura $L$: consecutura $B^A$: *corr. Roth.* || contuit *Voss.* || 15—16 *cf. 176. 5* (*s. v.* sospitent) || 16 populoque $F^3$: puloque $L$ $B^A$ || 17 Septetfariam (-tecf-?) $L$: Septifariam *ed. princ.* || 18 Ant. III (*vel* II) *Lersch.*: antiquitate in (-tem $L^1$) || 22 Scripta (*Bentin.*) puncta *Roth.*: Scriptat cuncta.

solemus, ut calculum redducas, si te alicuius dati paenitet’.

SVCCIDIAM, successionem necessariam. M. Tullius de Senectute (56): ‘iam hortum ipsi agricolae succidiam || alteram vocant’. dicitur et s u c c i d i a quod est laridum.

SIGNATAM virginem vetustas voluit dicere. Lucilius lib. XXIX (83):

. . primam Chrýsi cum negát signatam réddere.

SVPERBOS veteres mortuos dixerunt. Plautus Amphitryone (357):

fáciam ego hodie té superbum, nísi hinc abis . . . .

et post (358):

aúferere, nón abibis.

SVGGILLARE, obcludere. Varro Lege Maenia (238): ‘contra lex Maenia est in pietate, ne filii patribus luci claro suggillent oculos’.

SATVLLEM pro saturem. Varro περὶ αἱρέσεων (401):

neque ín polubro mýstico coquám carnes,
quibús satullem córpora ac famém ventris.

SINGVLVM pro singulare. Plautus Cistellaria (701):

attat
singúlum video vestígium.

---

25 Succ. succ. nec.; 1 Succ. lar.; 2 Sign. int.; 5 Sup.—dix.; 10 Sug. obcl.; 12 Sut. p. sat.; 15 Sing. p. singulare.

---

24 solimus *L*: olim $B^A$ (= *G*): *corr.* $H^3$ || 25 Succidam $C^A D^A$ || 26 ipsius *L* || 1 succidia $B^A$: succidam $C^A D^A$: suicidia *L* || quod est *om.* $C^A D^A$ || dic.—lar. *secl. Mu.* || 2 Signatam integram $C^A D^A$ || 4 primum *Fr. Dousa*: prima *On.* || se gnatam *Me.*: *fort.* signatam gnatam || redere (redire $G^1$): recedere *On.* || 9 (auferre *G*) || abibis $F^3$: abiis $L B^A$ || 10 obtundere *Mu.* || 10—11 l. M. est contra inpietatem *Mu.* || 11 fili || suggilent *L* || 12 Sutullem $C^A D^A$ || 13 pŏlubro mystico *Scal.*: pulvere mitico || carnem: *corr. Bentin.* || 16 etad.

Varro Periplu lib. I (414): 'tum vero doces historiam necessariam, semel unum singulum esse'. — idem Octogesi, περὶ νομισμάτων (345): 'hoc erat incommodi, quod nesciebamus semel unum singulum esse'. — et aput alium auctoritatis incertae (Gell. Noct. Att. XVIII, 13, 6): 'nisi dixerat, nummo singulo multabatur'.

SPEREM veteres spem dixerunt; unde et p r o s p e r e dicitur, hoc est pro spe. Varro Aborigine, περὶ ἀνθρώπων φύσεως (1):

ita sublimis spéribus
iactato nomina † tuo volitantis áltos nitens trúdito.

idem Ὄνος λύρας (350):

quibús suam deléctet ipse amúsiam
et áviditatem spéribus lactét suis.

SCALPVRRIRE. Plautus Aulularia (467):

úbi erat haec defóssa, obcepit íbi scalpurrire úngulis. ||

SOMNVRNAS dixit, quae in somnis videantur, Varro Prometheo Libero (427):

levís mens umquam sómnurnas imágines
adfátur, non umbrántur somno púpulae.

---

23—24 Sperem—spe; 30 Scalp. scalp.; 1 Somn.—vid.

---

18 tu *ed. princ.* || 19 necessariam $F^3 B^A$: *om.* *L* || simul: *corr. docti ap. Me.* || cingulum *L* || esset: *corr. Iun.* || 21 cingulum *L* || 21—22 esse. et *Quich.*: esset *L*: esse $B^A$ || 22 album: *corr. edd.* || intertae nis *L* || 23 spem] speni spem $C^A D^A$: pro spem $B^A$ (= *G*) || 24 -ginibus *edd.* || 26 (nominatiuo $G^1$): *secl. Quich.*: homines at *Bue.*: omnia ac *Ries.* || (voluntatis $H^1 E^1$) || alios *Preller. Act. litter. Ienens. a. 1847, p. 625*: animos altos *On.* || 27—29 *cf. 16. 21* (s. v. lactare) || 28 sua *codd. h. l.* || 29 habitatem (-antem $H^3$) *codd. h. l.* || 30 Scalpurrire scalpere $C^A D^A$ || 31 (obscepit *F*) || 1 Somnurras $C^A D^A$ || dixit *secl. Mu.* || 3 numquam *Salmas.* || 4 umbratur: *corr. Scal.* || popule $L^1$.

172 M.

SATIAS pro satietas. Accius Astyanacte (176):

quorúm crudelitátem numquam ulla éxplet satias sánguinis.

Varro Prometheo Libero (429):

cúm súmere coépissét, volúptás retinérét;
*ét* cúm sat habérét, satiás manúm de ménsá
tóllerét.

Sallustius Historiarum lib. II (95): 'hi saltibus occupatis Termestinorum agros invasere frumentique ex inopia gravi satias facta'. — Lucilius lib. XXVIII (XXIX, 68):

quíd mihi proderít, quam satias iam ómnium rerúm tenet [facta]?

Terentius (Eun. 973):

nam ubi me forte satias cepit, conmuto locum.

Lucretius lib. II (1038):

quam tibi iam nemo, fessus satiate videndi.

SQVALAM pro squalidam. Ennius Telamone (283):

stráta terrae lávere lacrimis véstem squalam et sórdidam.

SOCIENNO, socio. Plautus Aulularia (659):

íbo intro atque illí socienno tuó iam interstringám gulam.

---

5 Sat. p. sat.; 19 Sq. p. sq.; 21 Soc. socio.

---

**5** Satis $C^A$ $D^A$ || **6** crudelitatem $L$ $B^A$: cruditatem $F^3$ (*voluit credo* et *in* satietas *expungere, non* el *in* crudelitatem) || satias *edd.*: satietas || **8** summere || cipisset *L* || **9** et c. s. *Vahlen.* (*praec.* et): c. s. sibi *Mu.*: c. iam s. *On.* || (satias *om.* *G*) | **10** tollere: *corr. Me.* || **11** hi *Iun.*: in: his *Me.*: i *Mu.* || **11—12** (occupatus *G*) || **12** termextrinorum $F^3$: termextrinorum *an* tmextrinorum *incert.* $L^1$: tamen externorum $B^A$ (tamen *pro* t̄m, *i. e.* term.) || **13** facia *L* || XXVIII $F^3$: XXVIIII $L$ $B^A$ || **14** quem *Iun.*: quom (?) *Mu.* || satias iam *ut vid.* $F^3$ (satiast iam?, satiasti iam?) $B^A$: satiasti iam $L^1$ || facta *del. Bentin.* (*cf. v. 12*) || **16** ubi $B^A$: ut *L* || coepit || ubi s. coepit fieri c. l. *codd. Ter.* || **18** vivendi || **19—20** *cf. 504. 4* (*s. v.* lavere).

SCATVRREX. Varro Est Modus Matulae, περὶ μέθης (112):

Ísménias híc Thébogenés fluít scatúrréx.

SOMNICVLOSVS, quod ad somnos vocet. Laberius Sororibus (86):

ecastor múltum
somnículosum!

SAEVITVDO pro saevitia. Plautus Bacchidibus (2):

víncla, vírgaé, molaé; saévitúdó malá
fít peiór. ||

SVAVITVDO pro suavitas. Plautus Bacchidibus (27):

cór meúm, spés meá,
mél meúm, suávitúdó, cibús, gaúdiúm.

Turpilius Leucadia (109):

intércapedine ínterficior, désiderio dífferor:
tu míhi cupiditas, suávitudo et méi animi expectátio.

SEVERITVDINE pro severitate. Plautus Epidico (609):

quíd illud est quod illí caperrat fróns severitúdine?

SORDITVDINE pro sorde. Plautus Poenulo (970):

ut míhi absterserunt ómnem sorditúdinem!

SENTENTIA, sensibilitas. Lucretius lib. IV (561):

internoscere, verborum sententia quae sit.

Lucilius Satyrarum lib. IV (III, 51):

vertitur oenophoris fundus, sententia nobis.

---

25 Somn.—vacet; 28 Saev. p. saev.; 1 Suav. p. suav.; 7 Sev. p. sev.; 9 Sord. p. sord.; 11 Sent. sensibilitas.

---

**24** theobogenes || **25** vacet: *corr. Me.* || q. s. advocet *Mu.* || **26** mustum *Me.* || **6** tu *Grautoff.*: tua || **7—8** *cf. S. 26* || **9** Sorditudinem $C^A$ $D^A$ || sordes *Mu.* || **10** mihi hi $F^3$: mihi $L$ $B^A$ (*cum codd. Pl.*): *fort.* mi i || omnes s. || **13** IIII *L*: III $B^A$.

idem lib. V (2):

si tam corpu' loco validum ac regione maneret
scriptoris, quam vera manet sententia cordi.

SPECIEM, specimen vel exemplar. Lucilius lib. XXX (16):

sicuti te, quem aequae speciem vitae esse putamus.

SODALIS. Cicero de Oratore lib. II (198): 'quod tamen eum defenderem, qui mihi sodalis esset'.

SOLITATE pro solitudine. Accius Erisace (354):

tuam sólitatem mémorans, formidáns tibi.

SVBITI dictum pro repentini. Accius Armorum Iudicio (155):

béne facis. sed núnc quid subiti míhi febris excivít mali?

SANCTITVDO pro sanctitas. Accius Tereo (646):

ália hic sanctitúdo est, aliud nómen ‖ et numén Iovis.

idem Phoenissis (593):

delúbra caelitum, árae, sanctitúdines.

Turpilius Leucadia (113):

míseram terrent me ómnia,
mari' scópuli, sonitus, sólitudo, sánctitudo Apóllinis.

M. Tullius de Republica lib. IV (8): 'eosdem terminos hominum curae atque vitae; sic pontificio iure sanctitudo sepulturae'. — Afranius Suspecta (326):

tuam máiestatem et nóminis matrónae sanctitúdinem.

---

18 Spec.—ex.; 20 Sod. soc.; 22 Sol. p. sol.; 24 Sub.—rep.; 26 Sa. p. sanctitas.

---

**16** meaeret *Mu.* ‖ **17** scriptores ‖ meat *Mu.* ‖ **19** sicut *Lachm. comm. Lucr. 106* ‖ qui ea quae sp. v. p. e.: *corr. Dousa pater.* ‖ **20** Sodalis $L^1$: -les *rell.* | Sod. socii $C^A D^A$ ‖ **21** sodales *L*: -lis $F^3 B^A$ ‖ **22** Solitatem pro solitudinem *Quich.* ‖ **22—23** *cf. 445. 10* ‖ **25** qui *L* ‖ febris escivit: febrem excivit *Both.*: febris civit *Ribb.* ‖ mali $F^3 B^A$: mihi *L* ‖ **1** numen *Ald.*: nomen ‖ **3** dulubra $F^3 L^1$ ‖ arae s. *Lips. Epistol. quaest. IV, 8*: aris s. (*pro* ares s.): aras s. *Bergk.*

174 M.

SATV positum pro semine. Accius Pelopidis (515):

nam mé ut credam ex tuo ésse conceptúm satu,
ut árgumenta rédigunt animum et cónmovent.

idem Telepho (618):

profécto hauquaquam est órtus mediocrí satu.

SCRIPTIONE pro scriptura. Varro *Ἀνθρωποπόλει, περὶ γενεθλιακῆς* (37):

vulgóque avarus fénerator spé lucri
rem scríptione dúplicarat.

Cicero Tusculanarum lib. V (121): 'inpulsi sumus ad philosophiae scriptiones'.

SEGNITAS pro segnitia. Accius Aeneadis aut Decio (7):

et núnc, — quo deorum ségnitas? — ardét focus.

idem Andromeda (107):

namque út dicam te métu aut segnitáte addubitare haút
meum est.

Cicero de Oratore lib. I (185): 'et quoniam de inprudentia diximus, castigemus etiam segnitatem'.

SCELEROSI pro scelerati. Lucilius Satyrarum lib. I (20):

non tamen aetatem tempestatem hanc scelerosi
mirentur.

---

11 Sa.—sem.; 16 Scr. p. scriptura; 22 Segn. p. segnitia; 28 Scel. p. scelerati.

---

**12** credam *Me.*: heredam || **13** tot arg. *Voss.*: tua arg. *Madvig. Adv. II, 658* || redicunt $F^3$ || **15** avimquamquam *L* || med. est or. sa. *Luchs. Stud. Argentor. I, 15* (*sed vid. Philolog. LI, p. 370*) || **19** publicarat (pupl.) *Mu. in append.* || **20—21** *cf. 134. 2* || **23** quae eorum *Fruter.*: *fort.* quo e. || tardet (*Bergk.*) focos *On.* || **25** aut dubitare $B^A$: adductum d. *On.*: *fort.* te animi (aī) d. *vel* te autem (āt) d. || namque ut té metu | aut ségnitate dícam addubitare, haút meum est *Voss.* || **26—27** *cf. 251. 29* || **27** impudentia *Cic.* || **29** aetatem tempestatem $F^3 B^A$: aetatem pestatem *L*.

Afranius Divortio (66):

ó diem scelerósum, indignum!

SPERATVM, id est sponsum. Afranius Fratriis (175):

curre et núntia
veníre et mecum *mé* speratum addúcere.
vide út puellam cúrent, conformént iube.

idem in eadem (174):

sperátam ‖ non odí tuam.

SCREARE. Terentius Heautontimorumeno (373):

gemitús, screatus, tússis.

SERESCIT positum pro siccatur, quod serenitas sicca sit. Lucretius lib. I (305):

denique fluctifrago suspensae in litore vestis
ŭvescunt; eaedem candenti sole serescunt.

inde Vergilius docte Georgicorum lib. I (461):

unde serenas
ventus agat nubes;

hoc est, siccas. idem et alio loco (Georg. III, 197):

atque arida differt
nubila.

SVCERDAE. Lucilius lib. XXX (98):

hic in stercore humi stabulique fimo atque sucerdis.

SIMITV, simul. Lucilius lib. XXX (17):

gratia habetur utrisque, illisque sibique, simeitu.

---

33 Sper. pro sp.; 2 Scr. ex.; 4 Ser.—siccatur; 16 Sim. sim.

---

32 o di, me *Maehly.* ‖ 33 id est $L B^A$: pro $C^A D^A$ ‖ 34 et *del. Ribb., Kiessling.* ‖ 35 me *add. Mu.* ‖ adducere $F^3$: adduce $L B^A$ ‖ 36 ut *Lips.*: at $B^A$: ad $L$ ‖ videant *On.* ‖ confirment (*ed. princ.*) bene *Mu.*: c. probe *Studemund.* ‖ 2 Screare expuere $C^A D^A$ ‖ 6 fluctifrago $F^3 L^1$: fluctivago $B^A$ ‖ 12—13 *cf. 284. 17* ‖ 15 (hinc *F*) ‖ stabulique *Passerat., I. Dousa*: fabulisque ‖ 17 tibique *Iun.*

Plautus Amphitryone (631):

nón ego cum vinó simitu ébibi imperiúm tuum.

idem Mercatore (117):

ita trés simitu rés agendae súnt, quando unam occéperis.

SVBSICIVVM, secundum, sequens. Lucilius lib. XXVIII (31):

praetérea haec subsicíva, siquandó voles,
opera.

subsicivum positum succedens, succidaneum. Cicero de Oratore lib. II (364): 'an se haec nescire? quae ego sero, subsicivis operis, ut aiunt'.

SVPPLOSIONEM, plausum vel percussum. Cicero de Oratore lib. III (47): 'ex quo vereor ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis, imitatus'.

SVPERBILOQVENTIA. Cicero Tusculanarum lib. IV (35):
". . animique ínpotentiam ét superbiloquéntiam." (trag. inc. 110.)

SARCINATOR. Lucilius lib. XXVIII (45):

sárcinatorem ‖ ésse summum, súere centonem óptume.

SOSPITENT, salvent. Ennius Melanippa (249):

regnúmque nostrum sóspitent supérstitentque . . .

Pacuvius Medo (234):

populó qui faustum sémpiterne sóspitent.

---

22 Subs. sec. seq.; 25 Succedens succid.; 28 Suppl.—perc.; 31 Superbi loquentia; 33 Sarc. sutorem; 2 Sosp. salvent.

---

20 mercatore $F^{3}B^{A}$: *om.* $L$ ‖ 21 simu $L^{1}$ ‖ 24 operam: *corr. I. Dousa* ‖ 25 subs.—succ. *secl. Mu.* ‖ Succedens (*nov. lemma*) $L\,C^{A}\,D^{A}$ ‖ (succedaneum $H^{2}$) ‖ 26—27 q. e. se., quae cursim arripui, quae su. *Cic.* ‖ 27 subs.] succedens $F^{3}B^{A}$: succendens $L$ ‖ oneris ‖ 29 et ‖ sint ‖ 32 superbusloquentiam $L$ ‖ 33 Sarcinatorem sutorem $C^{A}\,D^{A}$ ‖ 2—3 *cf. 170. 10* (*s. v.* superstitent) ‖ 3 n. ut s. *codd. 170* ‖ 4—5 *cf. 170. 15* (*s. v.* sempiterne) ‖ 5 populi $B^{A}$ (= $G$): populoque ut *codd. 170.*

SINGVLATIM et SINGILLATIM, a singulis. Caecilius Hypobolimaeo Rastraria (88):

hos síngulatim sápere nos minus árbitror.

Coelius Annali lib. I (23): 'primum malo publico gratias singulatim nomina'. — Lucilius lib. XIX (7):

sic singillatim nostrum unusquisque movetur.

SOLLEMNITVS pro sollemniter. Livius Aegistho (9):

sollemnitusque adeo † ditali laudet lubens.

SCENATILIS vel SCENATICVS pro scenico. Varro Modio (304):

sed, ó Petrulle, né meum taxís librum,
site † pepigat haec modo † scenatilis.

idem Ὄνος λύρας (353):

ut cómici nothí dei scenátici.

SAPERDAE, quasi sapientes vel elegantes. Varro Modio (312): 'omnes videmur nobis esse belli, festivi, saperdae, cum simus σαπροί'.

SVRDITATEM. Cicero Tusculanarum lib. V (116): 'in surditate vero quidnam est mali? erat surdaster M. Crassus'.

SIMPLICITVS, simpliciter. Plautus Mercatore (14):

sed eám simplicitus dícam, si operaest aúribus.

---

6 Sing.—singulis; 12 Soll. p. soll.; 19 Sap.—elegantes; 23 Simpl. simpliciter.

---

6 Singillatim et singulatim *C*^A *D*^A || a *om.* *L*^1 || 8 nos—non m. *Both.* || 9 primum *del.* (?) *Mu.* || 10 grata *Mu.* || *fort.* nominatim || 12 Livius *Bentin.*: lucilius || 13 adeo ditali *F*^3 *B*^A: adconditali *L*: deo litat *Ribb.*: deo dicat *Mu.*: *fort.* adytali deo || laudem *vel* laudes *edd.* || 14—15 *cf.* *180. 6* (*s. v.* taxis) || 16 si te pepugerit *Mu.*: ni te repungat *On. post Quich.*: *fort.* si defetigat || hic modus *Oehler.*: exodos *On.* || -li *Ries.* || 18 ut mimici *Vahlen.* || di cinaedici sc. *Scal. Conject. p. 121* || 21—22 in surditatem *L.*

176. 177 M.

SVSCITABVLVM honeste positum incitamentum. Varro *Ὄνος λύρας* (348):

*φωνασκία* sum, vóci' suscitábulum,
cantántiumque gállu' gallináceus.

SIMILITAS, similitudo. Caecilius Syracusiis (216): ||

vide, Démea, hominis quíd fert morum símilitas.

SALEBRAS. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum (II, 30): 'hic si definire, si dividere potuisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, numquam in tantas salebras incidisset'. — idem lib. V (84): 'venit ad extremum; haeret in salebra; cupit enim dicere'. — et in Oratore (39): 'alter enim sine ullis salebris, quasi sedatus amnis, fluit'.

SVBLESTVM est leve, frivolum. Plautus (Pers. 347):

nam ubi ád paupertatem áccessit infámia,
paupértas gravior fít, fides subléstior.

SVPERLECTILIS. Cicero in Oratore (79): 'verecundus erit usus oratoriae quasi superlectilis'. [superlex.]

SCVRRILE, a scurris, ridiculum cum turpitudine. Cicero in Oratore (88): 'ridiculo sic usurum oratorem ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit; nec subobsceno, ne mimicum; nec petulanti, ne inprobum'.

SPORTAS. Sallustius Historiarum lib. II (106): 'e muris canes sportis demittebant'. — Varro de Vita

---

25 Susc.—inc.; 29 Sim. sim.; 2 Sal. a s. dic.; 8 Subl.—fri.; 13 Scurr.—rid.; 17 Sport. aut—sportando.

---

27 fonicia sum: phonascus assum (ads.) *Iun.* || 1 homini (?) *Mu.* || fert *edd.*: feret || 2 Salebras $F^3 L^1 B^A$: Salebrae a saltu dictae $C^A D^A$ (*cum ind. marg. in* $B^A$) || 2—3 Mal. lib. II (?) *Mu.* (*seq.* hi) || 7 fuit *L* || 8 Subletum $B^A$ || 9 infamia $F^3$: -am $L B^A$ || 11. 12 -les || 12 oratori et q. || suplex (p *pro* ꝑ, *i. e.* per): *secl. edd.*: supellex <est enim quodammodo nostra, etc.> (?) *Mu.* (*ex Cic.*) || 15 nec scurrilis sit || 17 Sportas aut ab spartu quasi sparteas aut ab sportando $C^A D^A$ (*ex Isidori Etymol.* XX, *9. 10*) || 18 panes *Debross. ap. Quich.* || dim.

Populi Romani lib. I: ‘neque enim obsonium, in totam cenam coemptum ex variis rebus, cum coniectum in unam sportam perspicitur’.

SODES, non ut aput comicos, sed: si audes. Cicero in Oratore (154): ‘libenter etiam copulando verba iungebant, ut s o d e s prout «si audes»’.

SCOPAS. Cicero in Oratore (235): ‘etsi humilius dictum est, scopas, ut ita dicam, mihi videntur dissipare’.

SCIVNTVR pro cognita sunt. Cicero de || Oratore lib. II (30): ‘ars enim eorum est quae sciuntur; oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur’.

## INCIPIT PER T LITTERAM.

TAETRET, foedet, polluat. Pacuvius Periboea (303):

béluarum ac ferarum advéntus ne taetrét loca.

TETINERIT pro tenuerit. Pacuvius Medo (226):

cedo, quórsum itiner tetinísse aiunt?

Accius Clytaemestra (38):

. . . ut, quaé tum absentem rébus dubiis cóniugem
tétinerit, nunc pródat ultorem.

Pacuvius Hermiona (172):

súb iudicio quae ómnes Graios tétinerim.

TETVLIT, tulit. Accius Andromeda (116):

donéc tu auxilium, Pérseu, tetulistí mihi.

---

21 Sodes si aud.; 1 Sc. p. cogn. s.; 4—5 INC.—polluat; 7 Tet. p. ten.; 14 Tet. tulit.

---

**19—20** in tota caena (ce.): *corr. Quich.* || **20** cum *del. ed. a. 1476* || **21** Sodes si audes *CA DA* || **23** pro si *codd. Cic.* || **24** humilius *codd. Cic.*: hoc (oc *L*[1]) illius: hoc vilius *Mu.* || **25** dictu *Mu.* || est, tamen simile est, sc. *Cic.* || **4** INC. *om. DA* || **6** haec ac fer. adv. *Ribb.*: adv. ac fer. *Bue.*: *fort. ab* ac *inc. nov. versus* || **8** cedo *Me.*: credo || itinere: *corr. Ald.* || **10** absenti in r. d. coniugi *On.* || **11** t. ei n. p. victori fidem *On.* || (probat *cod. N. Fabri*) || **13** tuo iu. *Voss.* || Graios *Me.*: grados.

Caecilius Hypobolimaeo (75):

aerumnam páriter tetulistí meam.

TAXIM, sensim vel obculte. Pomponius Buccone Adoptato (23):

clándestino tácitus taxim pérspectavi pér cavum.

TEMERIVS. Accius Didascalicon lib. II (2):

. . . sed Eúrípidi', quí chorós temériús
ín fábulis.

TESTATIM. Pomponius Verre Aegroto (178):

iám istam calvam cólaphis conminuíssem testatím tibi.

TRACTIM, ut sensim, id est diutine, longo tractu.

Plautus Amphitryone (313):

quíd si ego illum tráctim tangam, ut dórmiat? . . . .

TVDICVLARE, conmovere. Varro Marcipore (287):

haec in aéno
bis térve tudiculásse.

TRAPS. Varro Parmenone (391):

ália tráps prónis ín humum áccidéns próxumaé frángit
rámós cadéns. ||

TEGILLVM, diminutivum a tecto. Varro Sesqueulixe (464):

iúgére volitáns vísus aquam é núbibu' tórtám
índicát fore, út tegíllum pástór sibi súmát.

---

18 Tax.—obc.; 23 Test. min.; 25 Trac.—trac.; 28 Tud. conm.; 1 Teg.—tecto.

---

19 cavum $F^3$: cautum $L\,B^A$ || 21 erupidis $L^1$ || 23 Testatim minutim $C^A D^A$ || 24 calvam $F^3$: *om.* $L\,B^A$ || conm. col. *Ribb., sed vid. On.* || 25 tractum $L^1 C^A D^A$ || 27 tractu $L^1$ || 29 hecine nobis $B^A$ || aevo *On.*: *fort.* aeneo (*troch. metr.*) || 30 bis terne: (*corr. cod. N. Fabri*): bisve terve *Mu.* (*troch. metr.*) || 31—32 *cf. 494. 26* (*s. v.* pronis) || 32 alta *Oehler.* || accedens *codd. h. l.* || 2 vigere: *corr. Scal.* || visus *Gulielm.*: mulsus || 3 foro *L* || texillum *de forma vid. Bue.* (*Rhein. Mus. XXXIX, 423*) || subi *L*.

TERTA pro tersa. Varro Ἔχω σε, περὶ τύχης (169): aerea terta nitet galea.

idem Cato vel de liberis educandis (20): 'alii ita sunt circumtonsi et terti atque unctuli, ut mangonis esse videantur servi'.

TEMPERATVRA pro temperie. Varro Ἀλλ' οὐ μενεῖς, περὶ φιλαργυρίας (23): 'quaero, te utrum hoc adduxerit caeli temperatura an terrae bonitas'.

TORTO pro tormento. Pacuvius Duloreste (158):

nam te ín tenebrica saépe lacerabó fame
clausum ét fatigans ártus torto dístraham.

TONSVS pro tonsura. Plautus Amphitryone (444):

súra, pes, statúra, tonsus, óculi, nasum vél labra.

Accius Amphitryone (86):

set quaénam haec est muliér funesta véste, tonsu lúgubri?

TVBVRCINARI significat raptim manducare. Titinius Prilia (83):

tubúrcinari síne me vultis réliquias.

Plautus Persa (122):

tubúrcinari dé suo, siquíd domist.

Turpilius Boethuntibus (1):

Melésia intus céssat. credo hercle, hélluo
tubúrcinatur.

TABIFICABILE vel TABIFICVM. Accius Medea (421):

perneíci orbificor líberorum léto et tabificábili.

---

4 Ter. p. ter.; 8 Temp. p. temp.; 11 Tor. p. tormento; 25 Tab. v. tabificum.

---

5 AEREA *BA*: AREA *L* (*praec. graec. litt. maiusc.*) || 6 alita: *corr. Me.* || 7 hunctuli || mangonis *F*³: magonis *L BA* || 12 tenebricas (*seq.* s) || 13 clausam *O. Iahn.* (*Herm. II, 232*) || 17 funestat: (*corr. G*¹): funestast (*om.* est) *Mu.* || 18 proelia || 21 domi sit || 23 melexia *F*³*BA*: melexea *L* || (cessas *H*¹) || 25 vel tabiscium *L* || 26 parneci *BA*: parneti *L* || lecto *BA*.

Cicero Tusculanarum lib. IV (36): 'atque ut hae tabificae mentis perturbationis sunt'.

TVATIM, tuo more. Plautus Amphitryone (554):

écceré iám tuátím
facís.

TAETRITVDO. Accius Philocteta (555):

quód te óbsecró, ne haéc aspérnábilém
taétritúdó mea ‖ íncúlta fáxsit.

TEMNERE, contemnere. Lucilius lib. XXX (18):

quotque adeo fuerint, qui te temsere superbum.

Vergilius lib. VI (620):

discite iustitiam moniti et non temnere divos.

TAXIS pro tetigeris. Varro Modio (304):

sed, *ó* Petrulle, né meum taxís librum.

TIPPVLA, animal levissimum, quod aquas non nando, sed gradiendo transeat. Varro Bimarco (50):

út levis tippúla lymphon frígidos transít lacus.

Plautus (fr. inc. 58):

levior es quam tippula.

TONESCIT pro tonat. Varro Bimarco (56):

túnc repente caélitum altum tónitribus templúm tonescit.

TRANSENNA, non, ut quidam putant, transitus, sed est fenestra. Cicero de Oratore lib. I (162): 'nunc pete

---

29 Tua. t. mo.; 2 Temn. cont.; 6 Tax. p. tetigeris; 8—9 Tipp.—trans.; 13 Ton. p. donat; 15—16 Trans.—fenestra.

---

**31** facit ‖ **33—1** asp. | ne haec taétr. *Hermann.* ‖ **1** mea inocculta: mea me inculta *Scal.* ‖ **3** qui te temnere $F^3$: qui temere $L^1$: qui temnere $B^A$: *corr. Dousa pat.* ‖ superbi *Dousa pat.* ‖ **6—7** *cf. 176. 14* ‖ **7** sed petule (*om.* o) *codd. h. l.* ‖ liberum *codd. h. l.* ‖ **8** Tipula $C^A$ *ut vid.* (*cum Montepess.*) ‖ **10** ut *om.* *L* ‖ frigidis *L* ‖ **13** pro donat $C^A$ $D^A$ ‖ **15** est, sed *Mu.* ‖ **16** petes *codd. Cic.*

a Crasso, ut illam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco quasi per transennam praetereuntes strictim aspeximus'. — Sallustius Historiarum lib. II (70, 3): 'transenna demissum Victoriae simulacrum cum machinato strepitu coronam capiti inponebat'.

TIRONEM positum pro ignaro. Cicero de Oratore lib. I (218): 'fateor enim callidum quendam hunc et nulla in re tyronem ac rudem nec peregrinum et hospitem in agendo esse debere'.

TRVTINA. M. Tullius Cicero de Oratore lib. II (159): 'ad oblectandos animos, ad inpellendos, ad ea probanda, quae non artificis statera, sed populari quadam trutina examinantur'. — Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'aut aliqua ex argentaria trutina aut lingula pensum prae se omnes ferent'. ||

TVRPARI, a turpitudine. Cicero Tusculanarum lib. III (45):

''Iovis áram sanguine túrpari'' (Enn. trag. 88).

TENERASCERE, tenerum esse. Lucretius lib. III (765):

scilicet in tenero tenerascere corpore mentes.

TRICINVM, tardum et quasi inpeditum vel siccum et sine suco, ut sunt capilli, qui graece τρίχες dicuntur. Varro Eumenidibus (159): 'quod tunc quaestus tricinus erat, nunc est uber'; ut quaestus sit magnus.

---

21 Tir.—ign.; 1 Turp. a turpitudine; 3 Ten. t. es.; 5—6 Tric.—dicuntur.

---

17 (quasi)—18 *cf.* 512.18 || 19 (dem.)—20 *cf.* 286.18 (*s. v.* demittere) || 19 transennam *L* || dimissum || victoriale *L* || 20 cum $F^3 B^A$: *om.* *L* || machinato $F^3 B^A$: chinato *L* || 22 frater || hinc *L* || 23 re *om.* *L* || 23—24 h. concedo esse || 25 M. Tull. *om. ed. princ.* || 26 ab *L* || 27 aurificis *codd. Cic.* || 27—28 trutinare exanimantur *L* || 29 ut al. (?) *Mu.* || lingua: *corr. v. d. ap. Quich.* || 1 turpidine $L^1$ || IIII $B^A$ || 3 lucilius || 4 mentem *codd. Lucr.* || 5 (Tricinum, tardum, intricatum *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || 6 sucu $L^1 C^A D^A$ || 7 tricenus: (*corr.* $H^2$) || 8 ut—mag. *secl.* (?) *Mu.*: *fort.* utique sit mag. (*verba Varronis*).

181 M.

TETRICA est severa. Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας* (554): ‘an, etiamsi audisset, reddere potuisset mulier tetrica [horrentis] educata ad Appiam moribus bonis?’ — Vergilius Aeneidos lib. VII (713):

qui Tetricae horrentis rupis montemque Severum.

TARDITVDINEM et TARDITIEM, pro tarditate, Plautus Poenulo (532):

pódagrosi estis *ác vicistis* cócleas tarditúdine.

Accius Alcmeone (69):

atque éccos segnis sómno et tarditúdine.

idem Diomede (278):

multa ámittuntur tárditia et socórdia.

TEMERITVDINEM pro temeritate. Pacuvius Duloreste (149):

heu, nón tyrannûm nóvi temeritúdinem?

TENTA, dictum pro extensa. Lucretius lib. II (618):

tympana tenta tonant palmis et cymbala circum.

idem lib. VI (1195):

duraque in ore iacens, rictu frons tenta manebat.

Lucilius Satyrarum lib. VI (9):

tres a Deucalione grabati restibu’ tenti.

---

9 Tetr. e. sev.; 14 Tard.—p. tard.; 20 Tem. p. temeritate; 22 Ten.—extensa.

---

**10** *fort.* credere || **11** (poputuisset *G*) || tetricae (-ce *L*¹) horrentis ducat ad: *del.* horr. (*quod e v. 13 irrepsit*) *Iun.*, educata ad *Quich.* || **11—12** mulieri (*Iun.*) tetrice educatam ad Appiam (aviam *Mu.*?) m. b. virginem *Oehler.* || **12—13** *cf. 390. 18* || **13** rupit *codd. h. l.* || **14** et] ex *B*^A^ (= *G*) *C*^A^ *D*^A^ || Tarditudine et Tarditie *Mu.* (tardiem *G*) || *fort.* Tarditiam || **15** quodagrosi ac vic. *om.* || **16** alcmene *F*³ *B*^A^: Acc. Alc. *om. L* || **17** signas *L* **19** mittuntur (*praec.* a): *corr. Bentin.* || tarditie *ed. a. 1476* **20** -tatem *Mu.* || **21** heu non *Me. in notis*: euno || **25** duraque *om. L* || inhoret (inoret) iacet rectum *codd. Lucr.* || mebat *codd. Lucr.*: tumebat *Lachm.*

idem lib. XI (3):

hic ubi concessum pellesque ut in ordine tentae.

et in lib. XXX (110):

hic ut muscipula tenta atque scorpio' cauda
sublata.

TRISTITAS pro tristitia. Pacuvius Atalanta (58): ||

. . . quid istíc est? vultum álligat quae trístitas?

Turpilius Leucadia (126):

ántefacta ignósco. mitte trístitatem, Dórcium.

TORPORAVIT pro torpefecit. Turpilius Hetaera (75):

eru' stúpidus adstat: íta eius aspectús repens
cor tórporavit hómini amore.

TITVBARE, trepidare. M. Tullius Philippicarum lib. XIV (fr. 2; cf. II, 74): 'titubare, haesitare, quo se verteret nescire'. — Vergilius Aeneidos lib. V (331):

vestigia presso
haut tenuit titubata solo.

Terentius Heautontimorumeno (361):

verum ílla nequid títubet.

TORTOR pro torqueor. Pomponius Fullonis Decuma (40):

ét ubi insilui in cóleatum éculeum, ibi tolútim tortor.

---

1 Tri. p. tri.; 5 Torp. p. torp.; 8 Tit. trep.; 15 Tor. p. tor.

---

29 huc *Mu.* || consessum *Dous.* || ordine $F^3$: ordines $LB^A$ || 30—32 *cf. 264. 12* (*s. v.* contentum); *385. 33* (*s. v.* sublatum) || 31 tenta atque $F^3$: tenta eaque $LB^A$ || a. ut sc. *codd. 385* || 1. 2 Tristitias: *corr. Guietus* || 2 quis *Scal.* || (istuc $G^1$) || alligateque: *corr. Iun.*: quae caligat *Bue. post Scal.* || 4 igne committo: *corr. Grautoff.* || tristitatem *Guietus*: tristitia ante dortium || 5 torpefacit $C^A D^A$ || 5—6 hetererus || 9 vertere || 15—16 *cf. 4. 14* (*s. v.* tolutim); *105. 13* (*s. v.* eculeos) || 16 coleatum $L^1$: cocleatum $B^A$: coleatum (cocleatum) *codd. 4*: culeratum (culenarum) *codd. 105*: coculeatum *Bue.* || ubi *L.*

TVNICARE pro vestire. Varro Logomachia (242):

haec lánigeras detónderi docuít tunicareque homúllum.

TITIONEM, fustem ardentem. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'contra a novo marito cum item e foco in titione ex felici arbore et in aquali aqua adlata esset'.

## INCIPIT PER V LITTERAM.

VVLGAVIT, honeste positum, vile habuit et quasi in vulgus dedit. Plautus Amphitryone (fr. XVI):

. . cuius? quaé me absente córpus vulgavít suum.

vulgare, in vulgus dare et quasi multis audientibus ac non tacituris dicere. Vergilius lib. X (63):

quid me alta silentia cogis
rumpere et obductum verbis vulgare *dolorem*?

*Varro Ὄνος λύρας* (359): '*iurgare* coepit, dicens:

«quae scís, atque in vulgúm vulgas artémque expromis
inértem.»' ||

VEGET pro vegetat vel erigit vel vegetum est. Pomponius Maiali (78):

animos Vénu' veget voluptátibus.

---

17 Tun. p. ves.; 19 Tit. f. ard.; 22—24 INC.—dedit; 26—27 Vulgare—dic.; 1 Veg.—est.

---

18 hec *BA*: hiclec *L*[1]: ille *F*[2] (*F*[3]?) || 19 fustum *L*[1] || 19—21 *cf. 302. 6* (*s. v.* felix) || 20—21 f. initione *L*: f. intione *BA* (= *G*): (*corr. F*[2]) || 21 felaci *codd. h. l.* || etiam qualis qua *codd. h. l.*: et inaequali aqua *codd. 302*: *corr. Iun.* || 22 INC. *om. DA* || 23 (pos. pro vi. *F*) || 24 vultus *L*[1] || 25 huius *Schroeder.* || absente u (*sic*) corpus *L* (*anticipaverat illud* vulgavit) || vulga sum *L*[1] || 26—27 vulg.—dic. *secl. Mu.* || 27—29 (rump.) *cf. 237. 26; 382. 35* || 27 XI || 29—30 *haec omissa sunt propter homoeotel.* || d (*i. e.* dolorem) *suppl. F*[2], Varro—iurgare *suppl. Me.* || 30—31 *cf. 230. 33* (*s. v.* vulgus masc.).

Ennius Ambracia (4):
et aequora salsa veges ingentibu' ventis.

Varro Manio (268): 'nec natus est nec morietur: viget, veget, utpote plurimum'. — idem Ὄνος λύρας (351):
quam móbilem divûm lyram sol hármoge
quadám gubernans mótibus diís veget.

VERECVNDVM, audax et confidens. Plautus Amphitryone (901):
"síc est, vera praédico:
nisi étiam hoc falso díci insimulatúrus es." —
"nimí' verecunda es."

VENOR, circumvenior. Ennius Nemea (254):
teneór consepta, undíque venor.

VICISSATIM, per vices. Naevius Belli Punici lib. IV (43):
vicissatim volvi victoriam.

VISCERATIM. Ennius Andromeda (105):
alia flúctus differt, díssupat
vísceratim mémbra; maria sálsa spumant sánguine.

VNOSE, simul. Pacuvius Iliona (213):
óccidisti! ut múlta paucis vérba unose obnúntiem.

VTRASQVE pro utrimque vel utrobique. Hemina Historiarum lib. IV (34): 'in Hispania pugnatum bis. utrasque nostri loco moti.' — Caecilius Titthe (224):
atque hercle utrásque te, cum ad nós venis,
subfárcinatam vídi.

---

10 Ver.—conf.; 14 Ven. circumvenior; 16 Vic. p. vices; 18 Visc. p. visc.; 21 Vn. sim.; 23 Vtr.—vel utrosque.

---

5 (vestis *G*) || 7 veget veget *L* || 7—9 *cf. 100. 25* (*s. v.* diis, diutinis) || 8 movile (mob.) *codd. h. l.* || aroge *codd. h. l.*: hermoge *codd. 100*: *corr. Bentin.* || 9 quaedam *codd. h. l.* || 10 V. est a. $C^A D^A$ || 12 est || 15 (concepta *G*) || 16 pervicit $L^1$ || 17 *fort.* volui (*trisyll., ut* soluit *Catull.*) *aut* volvier || 18 V. per viscera $C^A D^A$ || 22 verba $F^3 B^A$: *om.* *L* || 23 utrobique *Lachm.*: utrosque: utroque *On.* || 26 te *Me.*: et || 27 subfraginatam: *corr. Me.*

VIVVM pro vehementi vel novo. Vergilius Aeneidos lib. I (720):

paulatim abolere Sychaeum
incipit et vivo temptat praevertere amore.

VEGRANDE, valde grande. Lucilius lib. XXVI (79):
nón idcirco extóllitur nec vítae vegrandí datur.

VANANS dictum pro fallens. Accius || Alcmeone (66):
tanta *út* frustrando láctans, vanans prótrahas.

VANITVDO pro vanitate. Plautus (Capt. 569):
pól, ego ut rem videó, tu inventu's véra vanitúdine.

Pacuvius Duloreste (125):
. . . primum hóc abs te oro, mínus inexorábilem
fáxis; ni turpássis vanitúdine aetatém tuam.

VARIANTIA pro varietas. Lucretius lib. I (653):
talibus in causis, nedum variantia rerum.

idem lib. III (318):
principiis, unde haec oritur variantia rerum.

VISCVS positum pro viscera. Lucretius lib. I (837):
visceribus viscus gigni sanguenque creari.

Vergilius Georgicorum lib. I (139):
tum laqueis captare feras et fallere visco
inventum;

---

28 Viv.—novo; 1 Van.—fall.; 3 Van. p. van.; 8 Var. p. var.; 12 Visc.—viscera.

---

31—32 *cf. 297. 39* (*s. v.* ecferre, edere, provehere) || **1** fallans *L* || **1—2** *cf. 16. 19* (*s. v.* lactare) || **2** tantum *Voss.*: tenta *Bergk.* || ut *om. codd. h. l.* || protrahit *codd. h. l.* || **4** vero a (*pro* ver$\overset{a}{o}$) || **6** minus *Ribb.*: nimis (*ex* nimi *L*[1] *ut vid.*): ni me *Lachm. comm. in Lucr. II, 734*: ni me in te nimis *On.* || **12** pro viscere: (*corr. F*[1]) || **12—13** *cf. 224. 12* || **13** crearit *L* || **14—17** (visc.) *secl. Mu.*

id est, tractu visceris. Lucilius Satyrarum lib. XIV (25): "idne aegre est magis an quod pane et viscere privo?" — "quod viscus dederas tuquidem, hoc est: viscera largi."

VAGOR dictum pro vagitus. Lucretius lib. II (576):

et superantur item; miscetur funere vagor.

VETVSTAS et ANTIQVITAS vel felix vel sapiens vel mansueta est habita. Terentius in Hecyra (848):

quís me est fortunátior vetustátisque adeo plénior?

VASTITIES et VASTITVDO et VASTITAS, horror et desertio et contagium. Plautus Pseudolo (70):

distráctio, discídium, vastitiés venit.

Accius Erisace (374):

. . sed tu atrátu's taetra véste et vastitúdine
taétra deformátu's.

idem Meleagro (455):

quae vástitudo haec aút unde invasít mihi? ||

M. Tullius de Officiis lib. II (16): 'qui collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiae, vastitatis'. — Pacuvius Teucro (313):

quae désiderio alúmnûm paenitúdine
squalés scabresque incúlta vastitúdine.

VASTESCANT significat inhorrescant vel deserantur.

---

20 Vag.—vag.; 22—23 Vet.—hab.; 25—26 Vastities—cont.

---

18 aegri: *corr. Lachm., Bue.* (*Arch. Lat. Lex. III, 144*) || 19 *cf. 470. 29* (*s. v.* largi pro largire) || 20 vargitus *L* || II $F^3 B^A$: *om. L* || 21 superamtur || ite m. || 22—24 *cf. Class. Rev. XVI, 51* || 28 ericacec $L^1$: Eurysace *ed. Bas.* || 29 sed ut ratus: *correxi*: sed ut atratus *Ribb.*: sed atratus *Me.* || 30 tra deformatuis: *corr. On. post Scal.*: tam d. *Me.* || 1—2 *cf. 105. 1* || 1 colligitis *codd. h. l.* || 2—4 *cf. 152. 25* (*s. v.* paenitudinem); *169. 28* (*s. v.* scabres); *243. 5* (*s. v.* alumnum, filium) || 3 desidero *L* || 5 desiderantur *L.*

185 M.

Accius Phoenissis (599):

iussít proficisci exílium quovis géntium,
ne scélere tuo Thebáni vastescánt agri.

M. Tullius de Deorum Natura lib. II (99): 'quid iam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terrae constituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum ecferari nec stirpium asperitate vastari'. — Sallustius in Iugurta (48, 3): 'aberat mons fere milia passûm XX, tractu pari, vastus ab natura et humano cultu'. Varro Manio (254): 'ac periret

«squalé scrabreque inlúvie et vastitúdine.»' (cf. Pacuv. 314.)

VICISSITATEM pro vicissitudine. Accius Phoenissis (586):

vicíssitatemque ínperitandi trádidit.

VLLO pro ultus fuero. Accius Epigonis (293):

quí, nisi genitorem úllo, nullum meís dat finem míseriis.

VERRVNCENT, id est vertant. Accius Aeneadis aut Decio (5):

te sáncte venerans précibus, invicte, ínvoco,
porténta ut populo, pátriae verruncént bene.

Pacuvius Periboea (297):

precor veniám petens,
ut quae égi, ago, *vel* áxim, verruncént bene.

---

16 Vic. p. vic.; 18 Vllo — fu.; 20 Verr. — verrant.

---

9 de oratore || 10 (qui) — 12 *cf. 417. 17* || 11 immanitatem *L* || 12 vastare || 14 vastatus et *L* (*om.* ab natura) || 14 (Varro) — 15 *post v. 4 colloc. Quich.* || *cf. 125. 32* (*s. v.* inluvies); *168. 15* (*s. v.* scabre); *226. 5* (*s. v.* squalor) || ac per sq.] asperum ualde *codd. h. l.* || 16 Vicissitatim $C^A$ $D^A$ || -tudinem *Mu.* || 18. 19 Vlso *Voss. sed vid. Bue.* (*Rhein. Mus. XXVII, 476*) || 18 ulltus $L^1$ || epigone: Erigone *Passerat.* || 19 genitores nullo $L^1$ || eis $B^A$ || 20 verrant $C^A$ $D^A$ || 21 venerans $F^3$: verans $L$ $B^A$ || 22 verruncant: *corr. ed. a. 1476* || 24 praeocor $L^1$ || v. pr. *Gulielm.* || 25 *cf. 505. 28* (*s. v.* axim) || vel *om. codd. h. l.* || exim *codd. h. l.*

Afranius Divortio (64):

et pónito. avorrúncent cum syrmá simul.

VILITANT, vilem faciunt. Turpilius Lindia (148):

quin móneam, quin clamem ét querar tua vítia, quae te
vílitant.

VILICARI est rusticari vel villae praeesse. || Pomponius Ergastilo (45):

lónge ab urbe vílicari, quó erus rarentér venit,
*íd* non vilicári, sed dominári est mea senténtia.

Afranius Suspecta (327):

in † horpinos iam, quantúm pote,
éxplodam hominem, ut vílicetur.

Turpilius Paraterusa (170):

. égo nondum etiam huic vílicabar, Phaédria.

idem Hetaera (82):

huic vílicor
ante úrbem; nunc rus éo.

VINNVLVM * * * (Com. pall. inc. 25):

*vínnulum* sensí locum;

id est inlecebrum. — Plautus Asinaria (222):

cónpellando blánditer,
ósculando, orátione vínnula, venústula.

---

28 Vil. v. fac.; 1 Vil.—praeesse; 13—14 Vinn.—inlecebrum.

---

27 haec p. *Mu.* || **1—4** *cf. 164. 23* (*s. v.* rarenter); *515. 31* (*s. v.* rarenter) || **3** erus $F^3$: eris $LB^A$ || **4** id *add. Both.*: *om. codd. utrobique* (*praec.* -it) || mea est *codd. h. l.* || **6** Nortinos *Bue. Umbr. 102*: Norsinos *Bergk.*: Arpinos *Ald.*: Hirpinos *Passerat.* || potes $B^A$ || **7** explotam *L* || vilicetur $F^3B^A$: vilice *L* || **9** eti. nond. *Grautoff.* || hic $B^A$ || vilicar *L* || **11** hic $B^A$: *sed vid. Leo anal. Plaut. II p. 8* || **13** (*cf. Rhein. Mus. LVII, 204*) (Vinnulum dilectabile *ind. marg. in* $B^A$) || sensiculum *On.*: sensilocum *Ribb.* (*i. e.* sensim loquentem) || **14** inlecebram *Mu.*: illecebrosum *Quich.* || **16** venusta.

VITABVNDVS pro vitans. Sallustius Historiarum lib. III (37): 'duos quam maximos utris levi tabulae subiecit, quam super omni corpore quietus invicem tracto pede quasi gubernator existeret. ea inter molem atque insulam mari vitabundus classem hostium ad oppidum pervenit'.

VOLENTIA, id est, quae vellent. Sallustius Historiarum lib. IV (42): 'multisque suspicionibus volentia plebi facturus habebatur'.

VALENTIA, fortitudo. Naevius Danae (2):

omnés formidant hómines eius valéntiam.

Titinius Setina (127):

sapiéntia gubernátor navem tórquet, non valéntia.

VOMICA, concava loca, vetustate exesa. Lucilius lib. XXIX (84):

Chíroneo et nón mortifero adféctus vomicae vúlnere.

VIRIATVM dictum est magnarum virium. Lucilius lib. XXVI (55):

cóntra flagitiúm nescire béllo vinci a bárbaro
Viriato, Annibale.

VESCVM, minutum, obscurum. Lucilius lib. XXVI (29):

. . quam fastídiosum ac véscum cum || fastídio
vívere.

---

17 Vit. p. vit.; 22 Vol.—vell.; 24 Val. fort.; 28 Vom.—ex.; 31 Vir.—vir.; 35 Vesc. m. obscurum.

---

18 duos $F^3 B^A$: *om.* *L* || qua *ed. a. 1480* || 19 t. pedes: *corr. Ald.*: tractu pedis *ed. princ.* || 20 quas *L* || existeret *edd.*: extiteret || molem *ed. princ.*: inolem || atque *Iun.*: quae || 21 honestium *L* || 25 hominis eius || 26—27 *cf. 19. 17; 503. 3* || 28 exaesa $B^A C^A$ *ut vid.* (exesa *Bamb.*, excesa *Paris. 7666*) $D^A$: excaesa $L^1$ || *post h. verbum lacunam sign. Mu.* || 30 tyroneo: *corr. Dousa pat.* || vomica et: *corr. Quich.* || vulnera: *corr. ed. princ.* || 31 Variatum $D^A$ || magum virum $L^1$: *fort.* magnarum vĭriarum (*cf. Class. Rev. XVI, 51*) || 33 bellum *Mu.* || 35 obstusum *Mu.* || 1 cum $B^A$: *om. L* (*praec.* -cum) || c. f. *del. Gerlach.*

Vergilius Georgicorum lib. III (175):

nec vescas salicum frondes.

Afranius in Sororibus (315):

at púer est, vescis ínbecillus víribus.

VOLVP pro voluptate. Plautus Asinaria (942):

híc senex, siquíd clam uxorem súam animo fecít volup.

VIRGINDEMIAM, ut vindemiam, hoc est virgarum adparatum vel demtionem vel decerptionem ob verbera.

Varro Agathone (8):

"quid trístiorem vídeo te esse quam ántidhac,
Lampádio? numquid fámiliaris fílius
amát, nec spes est aúxili argentária,
ideóque scapulae métuunt virgindémiam?"

VIRACIVM, magnarum virium, Varro Meleagris (300): 'si non malit vir viracius uxorem habere Atalantam'.

VVLGA, capacitas vel sinus cum laxitate. Lucilius lib. II (24):

in vulgam penetrare pilosam.

Varro Sexagesi (492): 'eo ut viaticum ex arcula adderem in vulgam'.

---

17 Vulga — laxitate.

---

3 IIII *L* || 6 (inbecillis *F*) || 7 Volūp (*sic*) *L* || 8 suo *codd. Pl.* || volup $F^3 B^A$: voluptare *L* || 9 ut vindemia *L* || 10 decreptionem: (*corr.* $F^2$) || verbera *Bentin.*: verra || Varro Ag. * * * Naevius Lampadione *Roeper. sed cf. Marx.* (*Sitzber. Akad. Wien. CXL*) || 11 antidhac *Carrio*: angit hac || 12 lampadionem quid: *corr. Me.* || familiares || 13 nec *Carrio*: haec || argentarii *Carrio* || 14 virgarumdemiam (*pro* virgumd.): *corr. ed. princ.* || 15 Vercium: Veraciam *Mu. post Scal.* || virium $B^A$: virum *L* || 16 viracius $F^3 B^A$: viraccius *L*: veraciam (*del.* vir) *Mu.* || 19 addere: *corr. Perottus.*

VERRVCAM positum pro loco edito. Cato libris Originum (83): ‘censeo, inquit, si rem servare vis, faciundum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas eamque uti occupent imperes’.

VIBICES, plagarum vulnera. Cato de Falsis Pugnis (9): ‘ubi societas? ubi fides maiorum? insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam inspectantibus’.

VELLICATIM. Sisenna Historiarum (127): ‘nos una aestate in Graecia et Asia gesta litteris idcirco || continentia mandavimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos inpediremus’.

VICTVRVS victoriam potiturus auctoritas prudentium putavit esse (Gell. XIV, I, 24): ‘Pyrrusne rex an Manius Curius proelio victurus esset’.

VIRESCIT, maiorum virium fit. Furius Poematis (3):

increscunt animi; virescit vulnere virtus.

VIRO etiam pro virtute naturali. Lucretius lib. II (853):

concoctosque suo servare et perdere viro.

VENERATA pro veneranda. Vergilius lib. III (Aen. 460):

cursusque dabit venerata secundos.

VTER pro uterus. Caecilius Imbriis (94):

núnc uter
créscit, non potést celari.

---

20 Verr.—ed.; 24 Vib. pl. vuln.; 3 Vict. v. pos.; 7 Vir.—nat.; 9 Ven. p. ven.; 11 Ut. p. utero.

---

21—23 *haec non Catonis ipsa verba esse vult Gell. III, 7* || 25 maiorem *L* || insignitas $F^3 B^A$: signitas *L* || iniuriam: -as *codd. Gell. X, 3. 17* || 26 eos *codd. Gell.*: eis: vis *Perottus 365. 59 ed. Ald.* || carnificinas *Gell.*: carnificans || 28—2 *cf. 168. 7* (*s. v.* saltuatim) || 28 Hist. lib. VI, nos *Mu.* (*ex Gell. XII, 15*) || 29 aetate *L* || 1 ac saltuatim *om. L*: aut s. *codd. Gell.* || 3 positurus $C^A D^A$ || 6 increscunt *codd. Gell. XVIII, 11*: crescunt (*pro* icrescunt) || 8 concoctasque suos || 9 VI || 11 pro uterus $F^2$ ($F^3$?): pro utero *rell.*

VICATIM. Sisenna Historiarum lib. III (47): 'cum conplures menses barba inmissa et intonso capillo lugubri vestitu populum vicatim flens una cum liberis circumiret'.

VVLTVOSVM. Cicero in Oratore (60): 'in quo cum effeceris nequid ineptum sit aut vultuosum'.

VERMICVLATVM, pro minuto, Cicero in *Oratore* (149) *et de* Oratore lib. III (171 = Lucil. inc. 33):

"lexis conpostae, ut tesserulae, omnes
arte pavimento atque emblemate vermiculato!"

VENALICII positum pro venditoribus. Cicero in Oratione Corneliana, lib. II (= Or. 232): 'neque me divitiae movent, quibus omnes Africanos et Laelios multi venalicii mercatoresque superarunt'.

VOCARE positum trahere, ducere. Cicero de Oratore (I, 66): 'si de iure civili, tecum serram vocabit, || te, hominem prudentissimum, *in* his ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicundi arte superabit'.

VERECVNDARI, verecundia teneri. Cicero de Oratore lib. III (36): 'alterum cunctantem et quasi verecundantem incitabat'.

VERSVTILOQVAS. Cicero de Oratore lib. III (154 = trag. inc. 114):

'«num nón vis huius me vérsutiloquas málitias?»

videtis enim et versutiloquas et expectorat ex coniunctione facta esse verba'.

---

14 Vic. p. vic.; 17 Vult. tri.; 19 Verm. p. min.; 22 Ven.—vend.; 25 Voc.—duc.; 3 Ver. ver. ten.; 5 Versuti loquax.

---

**14** Vicatim per vicos $C^A$ $D^A$ || **14—15** (cap.) *cf. 130. 6* (*s. v.* inmissum) || **16** circumibet $L^1$ || **17** Vultuosum tristem $B^A$ $C^A$ $D^A$: tr. *om.* $F^3$ $L^1$ || **19** Vermiculatim: *corr. edd.*: Vermiculato *On.* || Orat. et de *addidi* (*'Non. Marc.' p. 96*) || IIII *L* || **20** conposui et ut || **22** Vernalici $C^A$ $D^A$ || **23** in Oratore (*del.* Corn. lib. II) *Mu.* || **26** lib. I *add.* (?) *Mu.* || sin *codd. Cic.* || (de re iure *G*) || seram || **26—1** teque h. pr. et peritissimum *codd. Cic.* || **1** in *om.* || **5. 6. 7** Versutiloquax || **6** annum novis: an non nosse *Mu.*: an non vis *On.*: non novisse *Both.* || malitia.

VNCINATVM, ab unco. Cicero Academicorum lib. IV (II, 121): 'nec ut ille, qui asperis et levibus et hamatis uncinatisque corpusculis concreta haec esse dicat'.

VENDITATIONEM veteres pro ostentationem posuerunt. Cicero Tusculanarum lib. II (64): 'quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quae sine venditatione et sine populo teste fiunt'.

VIERE, vincire, inflectere. Varro de Re Rustica lib. I (23, 5): 'ut habeas vimina, unde viendo quid facias'.

VNDVLATVM, nove positum purum. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'et a quibusdam dicitur esse Virginis Fortunae ab eo, quod duabus undulatis togis est opertum, proinde ut non reges nostri et undulatas et praetextatas togas soliti sint habere'.

VERBECEM. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'aut bovem aut ovem aut verbecem habet signum'.

---

ZONATIM, per goerum. Lucilius lib. VI (28):

[per] zonatim ‖ circum inpluvium cineraris † cludebat.

---

9 Unc. ab unco; 12 Vend.—pos.; 15 Vi. vincere inflectere; 17 Und.—pur.; 22—1 Verb.—cludebat.

---

**12** ostentatione $B^{A}$: ostene $C^{A}$ $D^{A}$ ‖ **15** vincire $H^{3}$ *ut vid.*: uincere (uicere $L^{1}$) *rell.* ‖ inlectere $L^{1}$ ‖ **16** h. v. unde utendo L (*sic*) quid *cod. Varr.*: habeam ut mina inveniendo quod ‖ **18** quibusdam $B^{A}$: quibus *L* ‖ **19** adeo *L*: ideo (?) *Mu.* ‖ duabus *edd.*: duobus ‖ toxis *L* ‖ **20** nostri eundulatis: *corr. ed. princ.*: nostrei undulatas *Mu.* ‖ **21** thocas *L* ‖ soleti *L* ‖ **23** uit b. $L^{1}$ ‖ *post h. vers.* INCIPIT PER Z LITTERAM *add. Mu.* ‖ **24** (Zonatim, ingenuorum *gl.*) ‖ IIII $C^{A}$ $D^{A}$ ‖ **1** per *secl. edd.* ‖ pluebat *Ribb.*

# III.

## INCIPIT
## DE INDISCRETIS GENERIBVS
### PER LITTERAS.

## ID EST PER A LITTERAM.

ANGIPORTVS generis masculini, ut aput multos. || Neutri.

Plautus Cistellaria (384):

quae quási carnificis ángiporta púrgitans.

M. Tullius de Divinatione (I, 69) angiporta dixit.

Terentius Adelphis (578):

íd quidem angipórtum non est pérvium.

idem in Eunucho (845):

in ángiportum quóddam desertum . .

ARBITRIVM generis neutri, sicut saepe. || Masculini.

Plautus Asinaria (764):

*ni* in quadríduo
abálienarit, quo ábs te argentum accéperit,
tuus árbitratus sít: conburas, sí velis;
ne illí sit cera, ubi fácere possit lítteras.

---

6 (INCIPIT *pro* ID EST *F*) || 9 purgitans $F^3 B^A$: purgitaris *L* || 10 M.—dix. *secl. Mu.* || 11 itque idem $L^1$ || pervium $F^3$: parvium $B^A$ (= *G*): portum *L* || 13 quodam *L* || 16 ni *om.* (*seq.* in) || 17 abalienatrit $L^1$ || quod: quom *Abraham. Stud. Plaut. p. 212* || 18 tum is arb. sit conburat (comb.) si velit (vellit $L^1$) || 19 ne illi *codd. Plaut.*: nulli: *fort.* ni illi.

ARMENTA genere neutro plerumque. || Feminino Ennius (Ann. 603):

ipsius ad armentas eosdem.

Pacuvius (349):

tu páscere
córnifrontes sóles armentas.

ABSINTIVM generis est neutri. Lucretius lib. IV (11):

absintia taetra medentes
cum dare conantur.

|| Masculini. Varro Quinquatribus (440):

quíd medicó mihi ést opús?
némpe † tuo ábsíntium utí
bibám gravem ét cástoreúm
levémque róbur.

AERARIVM neutri est generis, ut saepe. || Masculini. Varro Gerontodidascalo (196):

hóc est magnum cénsorem esse ac nón studere aerários
múltos facere.

ADMONITIO usu genere dicitur feminino. || Masculino M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (4): || 'ut acrius aliquanto et adtentius de claris viris locorum admonitu cogitemus'.

AVDITVS est generis masculini. || Feminini auditio. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (42):

---

**21** eodem *On.*: easdem *ed. Ald.* || i. ad armentas e. ad armenta: i. armentas ad easdem (*trisyllab.*) *Mu.* (*cui videtur in L lineolis supra* ad *et* armentas *additis significari permutanda haec locis*): ad a. i. easdem *Scal.* || **22** Pac. *Scal.*: vivius: Livius *Iun.* || **23—24** tu córn. pásc. arm. so. *Iun.* || **25—27** *cf. 413. 17* || **30** (abs.)—**32** *cf. 337. 7* (*s. v.* levare, minuere); *314. 9* (*s. v.* grave, amarum) || **30** nempe ideo *A. Koch.*: perpetuo *Bue.*: Menippe, tuo *Me.*: *fort.* nempe tuum || ut *codd. h. l.* || **32** leveque *codd. h. l.* || **33** ut] et $L^1$ || **35** studere $F^3 B^A$: striderem $L$ || **35—36** mult. aer.: *corr. On.* || **1** adtentus $L^1$ || admonitum || **3** auditio *secl. Mu.* || **4—6** *cf. 113. 16; 282. 34.*

'lubenterque se cum his congregant dantque se ad ludendum fabellarumque auditione ducuntur'.

ARTVS masculino genere appellamus. Vergilius Georgicorum lib. III (84):

micat auribus et tremit artus.

|| Artua neutro genere Plautus Menaechmis (855):

íta mihi inperás, ut ego huius mémbra atque ossa atque ártua.

ANGVES masculino genere dici Vergilius testis est (Aen. II, 203):

ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta,
horresco referens, inmensis orbibus angues.

et in lib. V (84):

adytis cum lubricus anguis ab imis.

Naevius Lycurgo (18):

alté iubatos ángues in sesé gerunt.

Lucilius lib. XXVI (34):

nísi portenta anguísque volucris ác pinnatos scríbitis.

|| Angues feminino Plautus Amphitryone (1108):

devolant angues iubatae in conpluvium duo.

Varro Atacinus (8):

cuius ut aspexit torta caput angue revinctum.

ACHERONTEM masculino genere dicunt veteres. Vergilius lib. VI (107):

et tenebrosa palus Acheronte refuso.

---

5 his *om. L* || 8—9 *cf. 347. 32* || 9 micant *L* || 11 cuius || art. comminuam *Pl.* || 14 oibus *L* || 16 anguies *L* || 18 iugatos: *corr. Iun.* || inlaesae *Both.* || 19—20 *cf. 436. 8* (*s. v.* portenta) || 22 (duae $F^2$) (*cf. Journ. Phil. XXVI, 290*) || 23 acinnius || 24 rev. *Charisius 90. 19*: dev. || 25 vet. *secl. Mu.*

191. 192 M.

|| Feminino Plautus Captivis (999):

. . . . vérum enimvero núlla adaeque est Acherons
átque ubi ego fui.

AMNEM masculino genere appellamus. Vergilius Georgicorum lib. I (141):

atque alius latum funda iam verberat amnem.

|| Feminino Plautus Mercatore (859):

néque mihi ulla obstábit amnis néc mons atque adeó mare.

Naevius Lycurgo (39):

séd quasi amnis || † cís rapit, sed támen inflexu fléctitur.

Accius Epinausimache (322):

. Scamandriam úndam salso sánctam obtexi sánguine
átque acervos álta in amni córpore explevi hóstico.

idem Epigonis (297):

ápud abundantem ántiquam amnem et rápidas undas Inachi.

Varro Periplu lib. I (415): 'in hac civitate agros colunt harenosos. praeter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam'.

ARANEAE et feminini sunt generis. Titinius Gemina (36):

evérrite aedis, ábstergete aráneas.

Vergilius Georgicorum lib. IV (247):

laxos in foribus suspendit aranea casses.

Ennius (fab. fr. 443 Mu.):

buxus aranae.

---

33 (latum $L^{2}$): altum || 35 ulla mihi || neque adeo *codd. Pl.* || 1 sic qu. *Ribb.* || cita *Bue.*: celeris *Ribb.* || r. se *Both.* || in fluxu *Me.* || 3 umandriam: *corr. Fruter.*: et Scam. *Voss.*: quum Scam. *Quich.* || obtexus: *corr. Iun.*: obtinxi *On.* || 4 acerbos a. in omni || 5 epigono || 7 ac *L* || 9 et *secl. Mu.* || 9—10 *cf. 420. 7* (*s. v.* verrere) || 14 bussus *Quich.* || araneae: (*corr.* $F^{1}$).

|| Masculini. Plautus [in] Sticho (348):

út operas aráneorum térgam et texturam ínprobam
déiciamque eorum ómnis tellas.

idem Asinaria (425):

iussín columnis déici telás araneórum?

AETAS feminini est generis. Plautus Menaechmis (758):

. . . ut aétás mala ést mérs, mala est érgó.

|| Aetas masculini. Plautus Trinummo (1090):

própter eosdem, quórum causa fúi hoc aetate exércitus.

ACCIPITER generis est masculini. Vergilius lib. XI (721):

quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto.

|| Feminino Lucretius lib. IV (1009):

accipitres somno in leni si proelia pugnas
edere sunt persectantes visaeque volantes.

ARVA neutri sunt generis. Vergilius (Aen. X, 78):

arva aliena iugo premere.

|| Feminino Naevius Lycurgo (19):

i quáque incedunt, ómnis arvas ópterunt.

Pacuvius (396):

. postquam calámitas plures ánnos arvas cálvitur.

ANFRACTVM masculino genere dici putant. || Neutro || Accius Eurysace (335):

super Óceani stagna álta patris
terrárum anfracta revísam.

---

15 *fort.* et masc. || isticho $L^1$: in sticho *BA*: sticho $F^3$ ($F^2$?) || 16 ut operam omnem ar. perdam *codd. Pl.* || inprobem (imp.) (*cum parte codd. Pl.*) || 19 columem (-men *G*) || tel.] operas *codd. Pl.* || 20—21 *cf. 1. 10* || 21 mala érgóst *codd. Pl.* || 28 sedere (sed re *L*) || usaeque *L* || 32 ii *Quich.*: lib. (libro) II: liberi (*Mu. post Me.*) i (?) *Ribb.* || 33. 34 *fort.* Pac. Periboea, cal. || 34 complures *Bergk.*: per pl. *Both.* || 2 aeresace $L^1$: Erysace *Mu.*

193 M.

Varro Parmenone (387):

. . . cavó fónte utí cum ínrigávít caváta aúrium ánfrácta in sílvám vocáns.

AEVVM generis neutri. || Aevitas feminini. Varro Tithono, περὶ γήρως (544):

quá voluptate aévitatis éxtimam attigít metam [aevitas]!

AERA neutri. M. Tullius in Hortensio (59): ‘quid? tu, inquam, soles, cum rationem a dispensatore accipis, si aera singula probasti, summam, quae ex his confecta sit, non probare?’

ACINA genere neutro frequenter Varro posuit. || Acinus masculino M. Tullius de Senectute (52): ‘quae ex fici tantulo grano aut ex acini vinaceo’. — et alii obscurae auctoritatis (Matius 17):

pressúsque labris únus acinus árebat.

AVTVMNVS generis masculini. || Feminini. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (458): ‘retinet viatorem meridie praetereuntem fontem, quod autumnitas in anni tetrachordo μέσην praeterierat’.

ALVVS generis feminini. Vergilius Aeneidos lib. II (51):

in latus inque feri curvam conpagibus alvum
contorsit.

|| Masculino Accius Annalibus (7):

ut quam fragilissimus alvos.

---

6 ut || 10 voluntatem (-te *E*): *corr. Gerlach. in addend.* || extima: *corr. Oehler.* || met $L^1$ (*seq.* a) || aevitas *secl. Mu.* || 12 ad dispensatorem: *corr. Iun.* || 13 sincula $L^1$ || 14 probare * * * *Quich.* || 16 acino *plerique codd. Cic.* || et alius *Quich.*: Mattius *Mu., sed vid. Hertz. Opusc. Gell. p. 122* || 18—20 *cf. 71. 10* (*s. v.* autumnitas) || 20 fons *Guietus* || annit t. $F^3 L^1$: *corr.* $B^A$ || μέσην *On.*: mensum *codd. h. l.*: mensem *codd. 71* || *post hunc v. ea quae sunt p. 71 vv. 15—16* neutro — fuerat *add.* (?) *Mu.* || 22 (inque) — 23 *cf. 307. 18* || 22 salvum $L^1$ || 25—26 alvo sed: *corr. Roth.*

et alius auctoritatis obscurae (Accius Ann. fr. I):

Maia nemus retinens gravido concepit in alvo.

ACCVBITIONEM genere feminino M. Tullius de Senectute (45): 'bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quasi vitae coniunctionem haberet'. ||

## INCIPIT PER B LITTERAM.

BVBO generis feminini. Vergilius Aeneidos lib. IV (462):

seraque culminibus ferali carmine bubo.

|| Genere masculino Agellius † Historiarum lib. I (Aṣellio fr. 2b): 'et quod bubo in columna aedis Iovis sedens conspectus est'.

BALNEAE generis feminini. M. Tullius pro Sexto Roscio (18): 'occisus est ad balneas Pallacenas, rediens a cena, Sextus Roscius'. — Plautus Asinaria (357):

únde in balineás iturust; índe huc veniet . . .

Caecilius Synephebis (98):

quíd? mihi non sunt bálneae?

|| Neutri. M. Tullius in Hortensio (76): 'primus balneola suspendit, inclusit pisces'.

BALTEVS masculini generis. Vergilius lib. XII (941):

umero cum apparuit alto
balteus.

---

26 alvus $L^1$: Calvus (?) *Mu.* || 27 mala *L* || grado *L* || 28—30 *cf. 42. 8* || 29 aepularum *L* || 30 quia $B^A$ (*cum codd. Cic.*): quae (quia) *codd. 42* || habent *L* || Accubitum masculino * * * *add. Quich.* || 4 (A. Gellius *E*): Cn. Gellius (?) *Iun.*: Asellio *Augustinus* || 5 in culmine *N. Faber* || 6 generis *Σ*: nominis || 8 Rosc. Pl. *om.* $L^1$ || 9 ille in bal. *codd. Pl.* || cyrus: iturus est *codd. Pl.* || hic ueni || 10 infoebis $F^3$ (*pro* Synephebis): inimbris *L* $B^A$ (*pro* in Imbriis).

|| Neutro Varro Rerum Divinarum lib. XI: ‘tragica vincula baltea sunt’. — Accius Didascalicon lib. VIII (13): ‘actoribus manuleos baltea machaeras’. Livius lib. IX (cf. 40): ‘auratae vaginae, aurata baltea illis erant’.

BVXVM generis neutri. Vergilius Georgicorum lib. II (449):

et torno rasile buxum.

|| Feminini. Ennius (fab. fr. 437 Mu.):

búxus vincta, táxus tonsa.

BLANDIMENTVM generis neutri, ut saepe. || Feminini. Cicero de Republica lib. IV (7): ‘in cive excelso atque homine nobili blanditiam, ostentationem, ambitionem [meam] esse levitatis’.

## INCIPIT PER C LITTERAM.

CLIVVS generis masculini, ut plerumque. || Neutri aput Memmium invenimus, cuius auctoritas dubia est (1):

ne ardua nitens fortunae escendere || cliva.

Cato de Tribunis Militum (30, 2): ‘loca ardua et cliva depressa’.

CIMA neutro, ut Lucilius (inc. 166):

ásparagi mollés et viride círna.

|| Feminino Cornelius Celsus, etsi minoris auctoritatis, posuit: ‘laetam formosamque cymam’.

CONSITVRA, generis feminini. M. Tullius de Republica lib. I (29): ‘quae videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinae indiciis interpretabatur’.

---

18 -co *L*[1] || 19 manuleas *v. d. ap. Madvig.* || et b. et m. *Lachm. Opusc. 71* (*ad vers. sotad. explendum*) || 20 *Liv. Andronico ascr. Hertz.* || 22 aut *Verg.* || 24 victa taxis: *corr. Iun.* || 25 fem.] neutri *L* || 27 nobilis || meam *om.* *Σ*: merae (?) *Mu.*: ea *Quich.* || 1 ard. nunc ni. *Hertz. ap. Mu.* (*dactylice*) || scendere: *corr. Me.*: scandere *Iun.* || 4 molle set *F*[3]: molle sed *BA* || virde *L*[1] || 7 Consitur *L* || 9 Consitus, masculini * * * *Quich.*

CRVX generis feminini saepe. || Masculini. Ennius Annalium lib. XI (395):

malo crucei, fatur, uti des,
Iuppiter!

CVLTER et CVLTELLVS generis sunt masculini. Varro Gerontodidascalo (197): ‘noctu cultro coquinari se traiecit; nondum enim hi inventi erant cultelli empaestati e Bithynia’.

COR generis est neutri, ut dubium non est. || Masculini. Ennius lib. XIII (401):

Annibal audaci cum pectore de me hortatur,
ne bellum faciam. quem credidit esse meum cor?

CVPRESSVS generis feminini, ut dubium non est. || Masculini. Ennius (Ann. 267):

capitibu’ nutantis pinos rectosque cupressos.

CARRA neutri generis esse consuetudine persuasum est. || Masculini. Sisenna Historiarum lib. IV (61): ‘inpedimentum conlocant omne, construunt carros et sarraca crebra disponunt’. — Varro Caei libro II: ‘Gallica porta carros adcuratiusque politos’.

CERTAMEN generis est neutri. || Feminini. Sisenna Historiarum lib. IV (70): ‘iaculis celeriter consumptis ad || gladios certationem revocaverunt’.

QVERELLAE generis feminini, ut saepe. || Masculini. Vergilius Aeneidos lib. IV (553):

tantos illa suo rumpebat pectore questus.

---

**12** cruce || **14** et cultelle *L*[1] || **16** mihi: *corr. On.*: *del. Quich.*: illi *Oehler.* || invecti *Bue.*: in usu *On.* || ἐμπαιστοί *Bue.* || ae *L* || Cultrum neutro * * * *Quich.* || **19** audaci cum *Gell. VI, 2. 9*: laudacium || **23** nutantis *codd. Gell. XIII, 21. 13*: nutantibus || **26** omni: *corr.* $\Sigma$ || sarroca || **27** Varro Prometheo Libero *Oehler.* || **28** (post *H*): petorita (*sic*) *Scal. Catal. p. 243* (*cf. Class. Rev. XVI, 49*): *fort.* portat || adcuratiusque *F*[3]: adcurat (acc. *B*[A]) usque *L B*[A] || Tusca pilenta *Scal.* || **30** iacolis *Lips.*: accolis || **2** Questus masc. *On.* (*add. in marg.* questus *F*[2] *ut vid.*)

196 M.

COMPITA generis neutri. Vergilius Georgicorum lib. II (382):

praemiaque in gentis pagos et conpita circum.

|| Masculino Varro de Scaenicis Originibus lib. III: 'ubi compitus erat aliquis'. — Caecilius Titthe (226):

ubi ádiacentem cómpitum.

CONSORTIVM neutri generis. || Consortionem, feminini. Lucilius lib. XXIX (66):

déierat enim *sé* scripsisse, et póst non scripturúm: redi
ín consortiónem.

M. Tullius de Officiis lib. III (26): 'dissolvatur necesse est omnis humana consortio'. — Titus Livius (VI, XL, 18): 'quaenam ista societas, quaenam consortio est?'

CHARTAM generis feminini. || Masculini. Lucilius lib. XXVII (45):

néc si ubi, Graeci ubi núnc Socratici chárti? quidquid quaéritis,
périimus.

CLIPEVS generis masculini. Vergilius (Aen. II, 734):

ardentis clipeos atque aera micantia cerno.

|| Neutro Vergilius (Aen. IX, 709):

et clipeum super intonat ingens.

Licinius (23): 'in Marte pars magna laevis clipea portant'. — Laberius Sororibus (83):

hoc voluit clípeum contra péluëm
próici.

---

**10** ubi *secl. Ribb.* || adicientem: *corr. v. d. ap. Stephanum* || **12** XVIIII: (*corr.* $G^1$) || **13** e. scripsisse $F^3 B^A$: e. scribse $L^1$: e. se scripsisse *Mu.*: e. non scr. *Havet.* || **17** sucavetas $L^1$: suavitas $B^A$ || **19** nec sic: *corr.* $\Sigma$: nescis *Lips.*: *fort.* haec si || **21—22** *cf. 348. 10* || **25** licinius in marte *etiam* $F^3$: Lic. Macer *Iun.*: *fort.* Licinus, in Marte || laevis *Me.*: levius || **27** clipeus.

CAEMENTA neutri, ut est usu. Varro Bimarco (66): ‘non te pudet, Mani, cum domi tuae vides conmilitonum tuorum cohortes servis tuis ministrare caementa?’ || Feminini. Ennius (trag. 373):

labát; labuntur sáxa, caementaé cadunt.

CLVNES feminino Horatius (Sat. I, 2. 89):

quod pulcrae clunes, breve quod caput, ardua cervix.

|| Masculino Plautus Agroico (5):

. quasi lupus, ab ármis || valeo, clúnes † desertós gero.

CAELVM neutro. || Masculino Lucretius (II, 1097):

quis pariter caelos omnis convertere et omnis
ignibus aetheriis terras suffeire feracis?

Varro Rerum Divinarum VI, deum significans, non partem mundi: ‘sic pater magnus, mater magna his sunt Caelus, *Tellus*’. — Ennius (Ann. 524):

fortis Romani quamquam caelu’ profundus.

idem (Ann. 14):

Saturno,
quem Caelus genuit.

CASTITAS et CASTIMONIA generis feminini. || Masculini. Varro Rerum Divinarum lib. I (34): ‘nostro ritu sunt facienda quam his civilibus graeco castu’. — idem (35):

---

29 usus *BA* || 29—31 *cf. 92. 4* || 32 lababuntur s. caementa || 1 quas *L* || distortos *Ritsch. op. III, 184*: diffractos *On.*: infractos *Paul. p. 61*: *fort.* dissertos || fero *codd. Paul.* || 2 neutri (?) *Mu.* || 3 amnis || -terit o.: -teret o. *codd. Lucr.* || 4 atheris (-riis $F^2$) t. sufferre || 5 VI *Me.*: ut || 5—6 deum—mundi *secl. Mu.* || 5 significas || 6 mater magna *Iun.*: materna || 6—7 hi sunt (*etiam* $F^3$): *corr. Quich.* || 7 Tellus *add. Mu.* (et T. *Quich.*) (*cf. Agahd, p. 212*) || 8 *i.e.* fortes? || Romani * * * quamq. *Mu.* || 11 genit *Scal.* || 14 his c. $F^3$ *BA*: scivilibus *L*: h. civibus *ed. princ.* || castitu: *corr. Ald.*

'et religiones et castus id possunt, ut ex periculo eripiant nostro'. — Naevius Carmine Punici Belli (30):

res divas edicit, praedicit castus.

CALLIS generis masculini. Vergilius Aeneidos lib. IV (404):

praedamque per herbam
convectant calle angusto.

|| Feminino Livius lib. XXII (14. 8): 'nisi pecorum modo per angustos saltus et devias calles'. — idem sic frequenter.

CVLLEVS masculino saepe. || Neutro Varro de Re Rustica lib. I (2. 7): 'in singula iugera dena cullea vini fiunt'.

CORBES. || Corbulas Varro de Re Rustica lib. I (15. 1): 'cogit aliquot corbulas uvarum et frondem iucundissimam ministrat ovibus'. — Caecilius Philumena (141):

qui pánis soli córbulam.

QVIS et generi feminino adtribui posse veterum auctoritas voluit. Livius (trag. 36):

múlier, quisquis és, te volumus.

Caecilius (267):

quaeso ígitur, quisquis és, mea mulier?

Pacuvius (Med. 239):

quis, quís tu es, mulier, || quaé me insueto núncupasti nómine?

Ennius (trag. 346):

écquis illaec
ést quae lugubri succincta ést stola?

---

15 prosunt (?) *Mu.* || nostro *secl. Mu.*: nos *Scal.* || **17** masculino *L*[1] || **20** XII || nisi] nos hic *codd. Liv.* || **21** fert angusto saltu: per aestivos saltus *codd. Liv.* || **24** Corbes genere masculino *Quich.* || Corbulas *del.* (?) *Mu.* || **25** forondem *L*[1] || **27** quid? (?) *Mu.* || **1** quis (*semel*) *codd. Varr. Ling. Lat. VI, 20, Diom. 454.5 all.*: quisnam *Iulian.* (*gr. lat. V, 319*) || **3** et quis: set quis *Ribb.*

canalis masculino Gadullius Gallicanus: 'ego vero confiteor certo canali cuncta decurrere'. || Feminino Lucilius ὑποκοριστικῶς (inc. fr. 49) canaliculam dicit.

cinis masculino Vergilius in Bucolicis (VIII, 106):

cinis ipse. bonum sit.

et Georgicorum lib. I (80):

neve
effetos cinerem inmundum iactare per agros.

|| Feminino aput Caesarem et Catullum (LXVIII, 90; CI, 4) et Calvum lectum est, quorum vaccillat auctoritas (Calv. 15):

cum iam fulva cinis fueris.

colvs generis feminini. Cicero de Oratore lib. II (277): 'quid tu, Decilla mea? quando ad me venis cum tua colu et lana?

capillvs masculini est generis. Terentius in Phormione (106):

capíllus passus, núdus pes; ipsa hórrida.

|| Neutri. Plautus Mostellaria (254):

. . . . víde, capillum sátin conpositumst cónmode?

cvrsvs omnium consensu masculino genere dicitur. Vergilius (Aen. I, 534):

hic cursus fuit.

|| Cursura feminino Plautus Asinaria (326):

nón vides
me éx cursura anhélitum etiam dúcere? . . . . .

---

6 decurre $L^1$ || 7 hyporisticos || 9 nis i. bonus si *ut vid.* $L^1$ || 15 fuerit *BA*: -ro *Charis. p. 101. 11* || 17 Egilia *codd. Cic.* || coluellana $L^1$ || Masculini * * * *add. Quich.* || 18—19 *cf. 370. 14* || 21 conpositum (comp.) sit.

idem Cistellaria (379):

pol ád cubituram, máter, magi' sum exércita
fere quám ad cursuram: eó sum tardiúscula.

|| Curriculum neutro genere Cicero Timaeo (9): 'ratione igitur et mente divina ad originem temporis [curris] curriculum inventum est solis et lunae'.

QVALEST pro qualis est; neutrum positum pro masculino. Plautus Amphitryone (537):

. edepol condígnum donum, quálest qui donúm dedit. ||

CONTAGIO feminino genere appellatur. Sallustius (Cat. 10, 6): 'post, ubi contagio quasi pestilentia invasit'. || Contagia neutro Lucretius lib. III (471):

quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.

Vergilius (Buc. I, 50):

nec mala vicini pecoris contagia laedent.

CATELLAE diminutivum est catenarum; et dicuntur genere feminino. Caecilius Plocio (189):

catéllae.

|| Neutrum a catulis similiter diminutivum, Plautus Curculione (691):

délicatum te hódie faciam, cúm catello ut áccubes,
férreo ego dico.

CORIVM neutri est generis. || Corius masculini. Plautus Poenulo (139):

tris fácile corios cóntrivisti búbulos.

---

28 pol accubituram || 28—29 exercita fere $F^3 B^A$ *ut vid.*: exercitare (*om.* fere) *L* || 29 accursureo *ut vid.* $L^1$: a cursura eo $B^A$: *corr. Muretus* || 30 ratione $F^3$: rare *L* $B^A$ || 31 curris *del. Sigon.*: currentis *Iun.* || 33 Culest || neutrum *Mu.*: -tro || 35 qualest *ut vid.* (quale?; quale est?) $F^3$: cul est (culest) *L* $B^A$ || 4 orbi *L* || 6 uini *L* || 10 Neutro *Mu.* || a catellis: *corr. Quich.*: catellum *ed. princ.* || 12 ferro || 13 g. corium m.: *corr. edd.*: cor. *secl. Mu.* || 15 bubulo *L*.

Varro Eumenidibus (135):

. . . nunc córius ulmum túu' depavit. pérgis? heia.

CALX est generis feminini. Vergilius lib. XI (714):

ferrata calce fatigat.

|| Calx masculini. Plautus Poenulo (908):

quín priu' disperíbit faxo quam únum calcem cíverit.

Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς (288):

némini Fortúna currum a cárcere intimó missum
lábi inoffensúm per aequor cándidum ad calcém sivit.

CORTEX utriusque est generis. masculini. Varro Prometheo Libero (424):

tum ut sí subernus córtex aut cacúmina
moriéntum in querqueto árborum aritúdine.

idem Tithono, περὶ γήρως (547): 'sic invitata matura anima corporeum corticem facile relinquit'. — Vergilius lib. VII (742):

raptus de subere cortex.

|| Feminino Vergilius in Bucolicis (VI, 62):

tum Phaethontiadas musco circumdat amarae
corticis.

Lucretius lib. IV (51):

quae quasi || membranae vel cortex nominitanda est.

---

17 num *Mu.* || ulmeum *On.*: ulmum sat *Mu.*: u. cum *Bue.* || 18 XII || 21 disperavit *L* || querit *L* || 24 labi *Gulielm.*: levi || ecor || *fort.* clacem || sibit || 27 tum ut si $F^3$ $B^A$: tum visi $L^1$ *ut vid.*: sum uti *Ries. post Oehler.* || supernus $B^A$: sper subernus $L^1$ || ad *Roth.* || 28 querquuo et arb. *ut vid.* $L^1$: querqueto arb. ($H^2$) *an* querqueto et arb. (*G*) *inc.* $B^A$ || aritudinem *L*: (amaritudine $G^2$) || 29 invitatam: *corr. Iun.* || a natura *Me.* || 32 Verg.] vero *L* || 1 membrana $B^A$ || nominatanda $L^1$: nominanda $B^A$.

200 M.

CALOR generis masculini. Vergilius Georgicorum lib. II (344):

si non tanta quies iret frigusque caloremque
inter.

|| Neutri. Plautus Mercatore (860):

néque frigus nequé calor metuo.

CASEVS generis masculini. Vergilius in Bucolicis (I, 34):

pinguis et ingratae premeretur caseus urbi.

|| Caseum neutri. Novius Macco (45):

"pecunia!
quíd bonum breve ést?" respondi; "Sárdiniense cáseum!"

Plautus Medico Parasito (103):

. . cum virgis cáseum radí potest.

COLLVM neutri est generis. Vergilius (Aen. XII, 86):

et colla comantia pectunt.

|| Collus masculino Accius Epigonis (302):

. quid cesso ire ád eam? em, praesto ést: camo collúm gravem.

Lucilius Satyrarum lib. VII (26):

† caldais seme
ac bene plena † iiasolorum atque anseri' collus.

idem lib. XXVII (34):

módo sursum, modó deorsum támquam collus cérnui.

---

**2** Color *L* || **2—4** *cf. 326. 12; 310. 29* || **3** tantum *L* || **5** neviri *L*: *om. B*[A]: *corr. ed. princ.* || **6** calorem || nec calor nec fr. *codd. Pl.* || **9** Caseus: *secl. Mu.* || **11** q. b. b. e. r. $F^3$ *B*[A]: quid bonum quid bonum r. *L* || Sardiniense *On.*: Sardis veniense $F^3$ ($F^2$?) $L^1$ (*gloss. insert.*?): sardis veniens *B*[A]: e S. veniens *Munk.* || **13** rodi (?) *Mu.* || **14** est $F^3$ *B*[A]: essi $L^1$ || **15** collo $L^1$ || **16** epigono (*etiam* $F^3$) || **19** caldissime *B*[A]: calda simeitu *Mu.*: *fort.* calda insemul (-el?) || **20** plena vasa olerorum *A. Koch.*: splenia olorum *Scal. MS.* || colliis *L* || **21—22** *cf. 20. 5* (*s. v.* cernuus) || **22** cernis *codd. h. l.*

Caecilius Harpazomene (56):

hunc collum Lúdo praecidí iube.

idem Synephebis (215):

ad réstim res redit; ímmo collus, nón res; nam ille argén-
tum habet.

Cato in Sercia (77): 'accipite, si vultis, hoc onus in vestros collos'. — Naevius Cor† (com. 115):

. utrum scapulae plús an collus hábeat calli néscio.

Plautus Amphitryone (445):

málae, mentum, bárba, collus.

Varro Sexagesi (500):

út nitens pavónis collus, níhil extrinsecús sumens.

CASTRA generis sunt neutri. || Feminini. Accius Aeneadis aut Decio (16):

"cástra haec vestra est." — "óptume escis méritus a nobís."

COPVLAE generis feminini. Accius Phinidis (575):

abtórque prorim ac súppa tortas cópulas. ||

CEPE generis neutri. Lucilius Satyrarum lib. V (22):

flebile cepe simul lacrimosaeque ordine tallae.

idem lib. XVI (9):

"hoc aliud longe est" inquit qui cepe serebat.

---

24 precipi *L* || iude $L^1$ || 26 ad restim $B^A$: Cadresum *L* (-tim $F^3$) || 27 in Ser. Galbam *Wass.*: in Sergium *Scal. MS.* || vultus $L^1$ || 28 Colace *cod. Iun.*: Corollaria *Ribb.* || 29 an c.] angulus *L* || calli (colli *L*) hab.: *corr. Hermann.* || 31 barba $F^3$: barra $L B^A$ || 33 umens: *corr. Me.* || 36 essis: *corr. Both.*: est is *Voss.* || a] de *Voss.*, *Pradel de praepos. p. 528* || 38 obtorque *Passerat.* || -rim $B^A$ (= *G*): -rem $L^1$ || supra *L* || *post hunc v. lacunam sign. Mu.* || 1 Sat. *om.* $B^A$ || 2 talpae: *corr. Scal.*

201 M.

Varro Bimarco (63): 'avi et atavi nostri, cum alium ac cepe eorum verba olerent, tamen optume animati erant'. — idem Manio (250):

dúlcem aquam bibát salubrem et flébile esitét cepe.

|| Cepa feminini. Lucilius Satyrarum lib. V (24):

lippus edenda acri assiduo caepariu' caepa [lacrimosa].

Varro Eumenidibus (138):

ín somnis venít, iubet me cépam esse et sisýmbrium.

idem Cato vel de liberis educandis (16): 'ut cibo utatur modico et idoneo, ut vitet acria, ut est sinapi, cepa, alium'.

CVBITVS masculini generis. || Neutri. Lucilius Satyrarum lib. XVI (10):

Lysippi Iuppiter ista
transibit quadraginta cubita altu' Tarento.

COLVBER generis masculini. Vergilius Aeneidos lib. II (471):

coluber mala gramina pastus.

|| Colubra feminini. Lucilius Satyrarum lib. XX (5):

iam disrumpetur medius, iam, ut Marsu' colubras
disrumpit cantu, venas cum extenderit omnis.

Turpilius Leucadia (108):

arrípuit colubram mórdicus.

Varro Eumenidibus (127):

quid dubitatis, utrum nunc sitis cercopitheci
an colubrae an volvae [an] de Albuci subus Athenis?

---

**5** atavi $H^3$: avi $L^1 B^A$ || **5—6** al. accipi $L^1$ || **7** flebile sit cepe $F^3 B^A$: fleuilesipe $L^1$: *corr. Iun.* || **8** Cepe: *secl. Mu.* || VI *Prisc. p. 203. 19* || **9** lippo sedenda agri assido $L^1$ || assidue *codd. Prisc.* || lacr. *om. codd. Prisc.* (*cf. v. 2*) || **11** sis. *v. d. in ed. Basil.*: fessiminum || **13** et id. $B^A$: eopdoneo $L^1$ (p *non satis cert.*): eoque id. (?) *Mu.* || agria ut est ut est *L* || **17** transivit || **27**. an *del. Vahlen.* || albucibus (-bueibus *L*) labus: *corr. Roth.*

CONTEMTVS generis masculini. || Contemtio feminini. M. Tullius de Republica lib. V (9): 'quae virtus fortitudo vocatur; in qua est magnitudo animi, mortis dolorisque magna contemtio'. — idem de Officiis lib. III (117): 'in illo quae est dolorum, laborum contemtio?' — et in Hortensio (67): 'magnitudo animi, patientia || laborum, mortis dolorumque contemtio'. — ita et in Tusculanarum lib. I (95).

CONPENDIVM. Conpendiaria. Varro Sciamachia, περὶ τύφου (510): 'hoc dico: conpendiaria sine ulla sollicitudine ac molestia ducundi ad eandem voluptatem posse perveniri'.

CROCVM generis neutri. Sallustius Historiarum lib. II (81): 'iter vertit ad Corycum, urbem inclytam † Pastusque nemore, in quo crocum gignitur'. || Masculini.

Vergilius Georgicorum lib. IV (182):

et glaucas salicis casiamque crocumque rubentem.

CONATVS masculino. || Neutro Accius Atreo (202):

ego incípio; conata éxequar.

CANDELABRVM generis neutri, ut saepe. || Masculini.

Caecilius Meretrice (111):

.. memini ibi cándelabrum lígneum ardentém ..

CARDO generis masculini. Vergilius Aen. lib. II (493):

et emoti procumbunt cardine postis.

---

31 IIII: (*corr. L*²) || 32 in illo quem habet locum fortitudo quae *Cic.*: milia quae || laborumque *codd. Cic.* || 1—2 ita—lib. I *secl.* (?) *Mu.* || 3 Conp. generis neutri. Feminini conp. *Quich.* || 5 discundi *Mu.*: iucunde *Ries.* || 6 Hist. *om. L* || 7 I *Prisc. II, p. 66. 20, ut vid.* || inter: (*corr. F*²) || 8 pastusque *etiam F*³: portu atque *Stowasser. ap. Maurenbrecher.*: specu atque *Havercamp.* || 10 masculini (?) *Mu.* || 13 meletricem || 15—16 Verg.—post. *secl. Mu.* || 16 procumbant Cardine (*nov. lemm.*) in postis *L*¹.

|| Feminino Gracchus in Peliadibus (2):

sonat ínpulsa
regía cardo.

CENSVS generis masculini. || Neutro Cicero in Consulatu Suo (7):

quorum luxuries fortunas, censa peredit.

CRINES genere masculino Vergilius Aeneidos lib. IV (559):

et crines flavos.

|| Feminino Plautus Mostellaria (226):

gerundum morem censeo et capiundas crines tibi.

Atta in epigrammatis:

praeterea fusus resoluta crine capillus.

CVMMI generis neutri, ut est usu, monoptoton; tamen feminino Cinna (13):

Alpinaque gummis;

ut sit genetivus eius huius cummis, ut puppis, febris, pelvis. ||

## INCIPIT PER D LITTERAM.

DORSVM neutri est generis. Vergilius Aeneidos lib. I (110):

dorsum inmane mari summo.

|| Dorsus iterum masculini. Plautus in Milite (397):

timeó quid rerum gésserim: ita dórsu' totu' prúrit.

---

17 Gracchus *Scriver.*: graius || 18 inpulsu *Delrius* || 20 neutri $B^A$ || 21 fortunas *Mu.*: fortunata || peredit *Lips.*: peperit || 25 tibi et cap. cr. *Ritsch.* || 26 Atta * * * Cinna in *Quich. post Me.* || 27 tusis: *corr. On.*: tum sit *Mu.*: fusis (*cum* capillis) *Haupt.* (*Herm. III, 341*): Tuscis *Quich.* || desoluta (tes. $L^1$): *corr. Me.* || orino $L^1$ || 28 tamen (*etiam* $F^3$): *secl. Quich.*: cummis *On.* || 29 -no *scripsi*: -na *L*: -ni $B^A F^3$ || 30 gummi (cu.) || 2—3 *cf. 459. 26* || 4 masculini ||| (nam *L ex corr.*) pl. *L.*

DECOREM generis masculini. ‖ Decentiam feminino M. Tullius de Deorum Natura lib. II (145): 'colorum etiam et figurarum tum venustatem atque ordinem et, ut ita dicam, decentiam oculi iudicant'.

DESPECTVS generis masculini. ‖ Despicientia feminini. M. Tullius de Officiis lib. II (38): 'ergo et haec animi despicientia admirabilitatem magnam facit'. — et Tusculanarum lib. I (95): 'in omnium rerum humanarum contemtione ac despicientia, in omni virtute ponamus'.

DOMINATIO generis feminini, ut plerumque. ‖ Masculini. M. Tullius de Republica lib. I (59): 'quid? tum, cum es iratus, permittis illi iracundiae dominatum animi tui?' — et de Officiis lib. II (2): * * * *et de Republica lib. I (27):* 'quorum est levis fructus, incertus dominatus'.

DEBITVM generis est, ut manifestum est, neutri. ‖ Feminini. M. Tullius pro Plancio (68): 'nam alia est debitio pecuniae, alia gratiae'.

DILVVIVM generis habetur, ut saepius, neutri. Vergilius lib. VII (228):

diluvio ex illo.

‖ Feminini. Lucretius lib. V (255):

pars etiam glebarum ad diluviem revocatur
imbribus.

Horatius Carminum lib. IV (14. 27):

horrendamque cultis
diluviem minitatur agris.

---

6 genere $F^3$ ‖ masculino $F^3$: masculini nam $B^A$: m. non $L^1$ ‖ 8 venus tamen $L$ ‖ 8—9 et tuti tata d. $L^1$ ‖ 11—12 *cf. 490. 8* ‖ 11 ego $L^1$ ‖ an. $F^3$: *om.* $L B^A$ ‖ 13 lib. IIII omn. $L$: lib. II in omn. $B^A$ ‖ humaniarum $L$ ‖ 14 et in *codd. Cic.* ‖ 16—17 cum mes $L^1$: cum tu es *codd. Cic.* ‖ quid tu cum es *ed. princ.* ‖ 17 dominatus $B^A$ ‖ 18 I $B^A$ ‖ *restituit Quich.* ‖ 19 est *prius del.* (?) *Mu.* ‖ 21—22 quamquam dissimilis est deb. *codd. Cic.* ‖ 24 VIII $L$: VIIII $B^A$ ‖ 26 VI ‖ 27 diluvium ‖ 30 cultus: *corr.* $H^3$ ‖ 31 minatur.

## INCIPIT PER E LITTERAM.

EVENTVS generis est masculini. || Neutro Lucretius lib. I (449):

nam quaecumque cluent, aut his || coniuncta duabus
rebus ea invenies aut horum eventa videbis.

idem in lib. I (470):

eventum dici poterit, quodcumque erit actum.

M. Tullius in Hortensio (46): 'tu me et alias nonnumquam et paulo ante adhortatus es, aliorum facta et eventa conquirerem'. — idem Consulatus Sui lib. II (3):

atque animo pendens † noctu eventa timebat.

ERROR masculini est generis. Vergilius Aeneidos lib. X (392):

gratusque parentibus error.

|| Feminini. Accius Neoptolemo (469):

sáti' iam dictum est; néque ego errantia ánimi prave
mórigerabor.

|| Neutri. M. Tullius ad Hirtium lib. II (1): 'qua in re si mediocriter lapsus sum, defendes meum tolerabile erratum'.

EPVLVM generis neutri est. || Feminini. Lucilius Satyrarum lib. XIII (10):

idem epulo cibus atque epulai Iovis omnipotentis?

qui versus utrumque designat. — Vergilius lib. VI (604):

epulaeque ante ora paratae
regifico luxu.

---

33 neutri (-tris $L^1$) || 3 item (*secl.* in lib. I) *Mu. in append.* || 4 ici p. quocumque || 6 aliorum ut f. *docti ap. Cic.* (*sed vid. Plasberg. p. 31*) || 8 p. quae noctu (*vix* p. noctus) *Mu.*: p. nocturna *Iun.*: *fort.* p. noctu tu (*cum* timebas) || 12 errantia $F^3$: -tiae $L B^A$ || 17 ide $L^1$ || epulai *Mu.*: epulatio || iovis *supra add. L.*

ERVVM generis neutri est, ut plerumque. || Feminini. Varro Longe Fugit Qui Suos Fugit (244): 'sed uti serat haec legumina arte parva pauca: cicer, ervillam, asparagiam, alium, spiria, ceteris'.

## INCIPIT PER F LITTERAM.

FRONTEM feminino genere Vergilius [ait] (Aen. VII, 417):

et frontem obscenam rugis arat.

|| Masculino Titinius Setina (112):

quasi hermaphroditus fimbriatum frontem gestas † feminino.

Pacuvius (382):

vóce suppressá, minato frónte, vultu túrbido.

Cato de Re Militari (10): 'una depugnatio est fronte longo, quadrato exercitu'. — Caecilius Subditivo (79): ||

nam hi súnt inimici péssimi fronte hílaro, corde trísti,
quos néque ut adprendas néque uti dimittás scias.

Plautus (Ploc. fr. 110):

. . . . nám coloratum fróntem habet, petilís . .

FINEM masculino genere dicimus. Vergilius Aeneidos lib. X (116):

hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
surgit.

|| Feminino Lucretius I (107):

et merito; nam si certam finem esse viderent.

---

23 parva *secl. Mu.* || 23—24 ac paregia alia: *corr. Mu.* || 24 spiria *secl. Mu.* || 26 (ait *om. E*) (*seq.* et) || 29 timbr. *L*[1] || fem. *del. Me.*: *fort.* feminae || 31 innato: *corr. On.* || frontet vultu *L*[1] || turpido: *corr. ed. princ.* || 33 quadro *codd. Veget. de re mil. III, 20* || 2 ut vitare *F*[3] (r *pro* s): vitare *L B*[A]: ut mittas (dim.) *codd. Gell. XV, 9*: *corr. Spengel.* || 3—4 *cf. 149. 7* (*s. v.* petilum) || 4 coloratilem *codd. h. l.* || petulis *L B*[A]: petilis *F*[2] (*F*[3]?): *fort.* petilest || 9 ceratam || vident.

Accius Phinidis (577):

neque úlla interea fínis curarúm datur.

Vergilius Aeneidos lib. III (145):

quam fessis finem rebus ferat.

Caelius Annali lib. V (38): 'at aliquam huic bello finem facere'. — Cassius Hemina Historiarum lib. IV (35): 'qua fine omnis res atque omnis artis humanitus [quae] aguntur?' — Varro Meleagris (294): 'currere, vigilare, esurire, ecquando haec facere oportet? quam ad finem?' — Sisenna Historiarum lib. IV (59): 'et prope mediam ad finem ripae pervenerant'. — Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'ita huius belli horribilis finis facta'.

FVNIS masculini est generis. || Feminino Lucretius lib. II (1154):

aurea de caelo demisit funis.

FRETVM neutri tantum generis esse volumus. Vergilius lib. III (Aen. 127):

et crebris legimus freta concita terris.

|| Masculini. Lucretius lib. VI (364):

nam fretus ipse anni permiscet frigus ad aestum.

Naevius (trag. 53):

dubií faventem pér fretum introcúrrimus.

Ennius (trag. 331):

crássa pulvis óritur; omnem pérvolat caelí fretum.

---

**11** curas (s *pro* r): *corr. ed. princ.* || **12** IIII || **15—16** *cf. 514. 15* (*s. v.* humanitus) || **16—17** quare fini omnis artis atque hum. ag. *codd. 514* || **16** finem || humanitas: -tus *codd. 514* || *fort.* utique hum. || **18** haec quando haec || **19** editam *Mu.* || **22** aureas || dim. $L^1$ || **24** conciterris *L* || **28** furentem *Quich.*

Lucilius (inc. 176):

seréna caeli númina et salsí fretus.

Varro Gallo aut Fundanio (5): 'inter Italiam et Siciliam qui est fretus, inter Regium et Messanam'.

FAVOR est generis masculini. || Feminino Accius || Oenomao (510):

augustam ádhibeant
favéntiam, ore obscéna dictu ségregent.

FETVS masculini. Vergilius Georgicorum lib. II (196):

aut ovium fetum aut urentes culta capellas.

|| Vergilius Bucolic. feminino (VII, 35):

at tu,
si fetura gregem subpleverit, aureus esto.

idem Georgicorum lib. III (62):

cetera nec feturae habilis nec fortis aratris.

FRENOS masculini. Vergilius lib. III (Georg. 184):

et stabulis frenos audire sonantis.

|| Neutro Vergilius lib. VIII (168):

frenaque bina, meus quae nunc habet aurea Pallas.

Accius Pari (686):

frena † tesauri equorum acconmodant.

FORVM generis neutri. || Masculini. Lucilius lib. III (63):

Romanis ludis forus olim ornatu' lucernis.

---

**31** Licinus *Becker.* (*ex Charis. p. 129. 6*) || **32** serana: *corr. ed. princ.* || caecaeli *L*: caecli (caecili?) *ut vid.* $F^3$: caecili $B^A$: *corr. ed. princ.* || nomina $F^3$: nomine $LB^A$: momina *Lachm.* || salis: *corr. Scal.* || **33** fundania || **1—3** *cf. 357. 16* (*s. v.* obscenum) || **2** agustam || **3** more *codd. h. l.* || dictis *codd. h. l.*: dictu (-ti, -ta) *codd. 357* || segregens *codd. h. l.* || **4** III || **5** aut ocium $L^1$ || fetus || **6** Fem. Verg. Buc. *Quich.* || **11** Verg. Georg. *ed. princ.* || **12** stabulo *Verg.* || **13** VIIII || **14** palles *L* || **15—16** Acc., pars fr. *Me.* || **16** tersa ori eq. *Me.*: texta auro ori eq. *Both.* || tensae *Ribb.*

206. 207 M.

Sallustius lib. I (Hist. 124): 'illum nautis forum'.

Pomponius Petitore (37):

bálnea,
forús, macellus, fána, portus, pórticus.

FRIGVS generis neutri, ut plerumque. || Feminini. Varro Cras Credo, Hodie Nihil (77):

. átque ut igni férvido medúllitus
Aquilóniam intus éruat frigédinem.

FVLMENTVM neutro, ut est in proverbio veteri, quo Varro utitur saepius (586): 'fulmenta lectum scandunt'.

|| Feminino Lucilius lib. XXVIII (33):

fulmentas † eis atque aeneis subducere.

et lib. IV (29):

subicit huic † fuldum; fulmentas quattuor addit.

Plautus Trinummo (720):

fúlmentas iubeám subponi sóccis.

FAMVLATIO, ut d o m i n a t i o, plerumque genere feminino. || Masculino Cicero de Amicitia (70): 'ut in fabulis qui aliquandiu propter ignorationem stirpis et generis in famulatu fuerint, || *cum* cogniti sunt et aut deorum aut regum filii inventi'.

FLVVIVS masculini generis, ut amnis, plerumque. || Feminini. Sisenna Historiarum lib. IV (53): 'quod oppidum tumulo in excelso loco propter mare parvis moenibus inter duas fluvias infra Vesuvium conlocatum'.

---

19 raptis *codd. Pompei gramm. p. 163* || 20 balneae *Me., Ritter. (Philol. XX, 664)* || 21 fortus $L^1$: *secl. Mu.* || 23—25 *cf. 139. 9* (*s. v.* medullitus) || 25 servat (*praec.* s) *codd. utrobique*: *corr. Bue.* || 27 fulmentum lectum *L* || 29 eis at. ae. $F^3$: aeneis at. ae. *L* $B^A$: *fort.* nasaque ae. || 31 subicit *Salmas.*: sucit || (sulcum $H^2$): soldum *Mu.*: fulcrum *Scal. MS., Salmas.* || 33 foco $F^3$: fico *L* $B^A$ || 35 aut in || 36 in *om. L* || 1 cum *om.* (*seq.* co) || cum agniti *Me.* || 3 fem. ut a. pl. || 5 loco *secl. Me.*[1] || 6 infra *Roth.*: intra (*etiam* $F^3$).

— idem eodem (54): 'transgressus fluviam, quae secundum Herculaneum ad mare pertinebat'.

FLEXVS genere masculino Vergilius Georgicorum lib. I (244):

maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis.

|| Feminino Cicero in Oratore (57): 'cum alter alteri obicit vocis inflexiones'. — idem in eodem (59): 'ipse se moderans et virili laterum flexione'.

## INCIPIT PER G LITTERAM.

GVTTVR neutri est generis. Vergilius lib. VI (421):

ille fame rabida tria guttura pandens.

|| Masculino Plautus in Milite Glorioso (835):

nam ními' calebat, ámburebat gútturem.

Lucilius (inc. 84):

et ventrem et gutturem eundem.

Naevius (com. 135):

ingúrgitavit úsque ad imum gútturem.

Varro Lege Maenia (237):

. exercebam ámbulando, út siti capácior
ád cenam veníret guttur.

Plautus Aulularia (304):

etiámne obturat ínferiorem gútturem?

GENV neutri est generis. Vergilius lib. V (432):

genva labant; vastos quatit aeger anhelitus artus.

---

6 fluvium || 7 pertinebat *F*[3] *BA*: perfinebat *L* || 9 sinuos elibatur *L*[1] || 10 altera iteri *L* || 11 flexiones *codd. Cic.* || 12 se ipse *codd. Cic.* || et] ex || 17 adurebat || 23 exercebar *v. d. in ed. Basil.*: *fort.* exercebam me || ut] qui *Mu.*: *fort.* uti || cibi *Popma* || 26 obturas (-ter- *G*).

|| Masculini. Lucilius Satyrarum lib. IV (30):

haeret verticulis adfixum in posteriore
parte atque articulis; nam ut nobis talu' genusque est.

GELV neutri generis. [Titus] Livius pisi† Aiace Mastigophoro (16):

. praestatur vírtuti laus, sét gelu multo ócius
vénto tabescít.

|| Masculini. Afranius Epistula (104):

quís tu es ventoso ín loco
soleátus, intempésta noctu, súb † divo,
apérto capite, || sílices cum findát gelus?

Accius Prometheo (390):

túm profusus flámine hibernó gelus.

Cato Originum lib. II (33): '[Libii] qui aquatum, et lignatum videntur ire; securim atque lorum ferunt, gelum crassum excidunt, eum loro conligatum auferunt'.

GRANDO generis feminini. Vergilius Georgicorum lib. I (449):

quam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

|| Masculini. Varro Trihodite Tripylio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως (557):

néc coruscus ímber, alto núbilo cadéns multus,
grándine inplicátus albo.

---

30 verticulis $F^3 B^A$: -lum $L$ || 31 aerticulis $L^1$ || novis 32 neutro $L$ || Titus *del. Iun.* || pisi] *fort.* bis in *vel* posuit 33 *fort.* praestat (*seq.* vir-) *vel* pr. vero || g. s.: *transposui* || 34 uento $F^3$: uenio $L B^A$: verno *Buc.* || praestátur l. v. s. m. o. | vernó g. t. *Ribb.* || 37 s. Iove *Ribb.*: s. deo (?) *Mu.* || 1 findit *Quich.* || 3 tum porro f. *Passerat.* || 4 Libii (libri *G*) *del.* $F^3$ (*pro* lib. II) || aquantum $L^1$ || 5 et] ut *Lips.* || iubentur *Lips.* || lorum *Lips.*: solum folum $L$: solum $B^A$ || 6 exhidunt (exid.): *corr. ed. princ.* || conligatus $L^1$ || 8 tam *Verg.* || crepitant $L^1$ || horroda $L$ || grande $L^1$ || 11 implicatur $B^A$.

GLADIVS masculini. || Neutri. Lucilius (inc. 85):
haerebat mucro gladium*que* in pectore totum.

GANEVM neutro Varro Sesqueulixe (481):
qui se in ganeum ac censum coniecit amicae.

GRVES genere feminino Vergilius Georgicorum lib. I (120):
Strymoniaeque grues.

Lucilius Satyrarum lib. IV (32):
longior hic quam grus, grue tota cum volat olim.

|| Masculino Laberius in Fullonicis (47):
. . verum tu húnc gruem Baliáricum an esse hominém putas?

GREGES, ut saepe, generis masculini sunt. || Feminini.
Lucretius lib. II (661):
lanigerae pecudes et equorum duellica proles
buceriaeque greges.

## INCIPIT PER H LITTERAM.

HORREA genere neutro, ut saepe. || Feminino Calidius oratione in Quintum Gallium: 'quarum iacent muri, navalia horreae curiaque et tabulariae publicae'. — eiusdem generis t a b u l a r i a s quo et h o r r e a s dixit.

## INCIPIT PER I LITTERAM.

INTIBA generis neutri. Vergilius Georgicorum lib. IV (120):
quoque modo potis gauderent intiba rivis.

---

13 que *add. ed. princ.* || 14 GANEA, generis feminini. Ganeum *Mu. post Quich.* || 18 Sat. $F^3$: *om.* $L\,B^A$ || 19 grus grege t. *I. Dousa* || 21 verum *Mu.*: virum: utrum *Gulielm.* || h. p. esse: *correxi* || 23—25 *cf. 80. 27* || 23 IIII *codd. h. l.* || 27 Feminini *L* || claudius: *corr. Meyer. in orator. Rom. fragm. p. 437* || 28 quintium (*corr.* $F^1$) gallum || quorum *Iun.* || iacent $F^3$: iaceni $L\,B^A$ || 28—29 muri (*Iun.*) navalia *On.*: murena (munera *H*) ulla || 29 horrea || 30 ei.— dix. *secl. Mu.*

|| Masculini. || Lucilius Satyrarum lib. V (21):

intubu' praeterea pedibus praetensus equinis.

idem XX (3):

pulmentaria, ut intubus aut aliqua id genus herba.

Pomponius in Placenta (127):

rústici
edúnt libenter [pedibus] trístis, atros íntibos.

INTERITVS generis dicitur masculini. M. Tullius Philippicarum lib. II (27): 'Gnaeum Domitium non patris interitus, clarissimi viri'. || Feminini. M. Tullius Verrinarum in Frumentaria (II, III, 125): 'cum bis in eadem provincia magnae fugitivorum copiae versatae sunt, tamen aratorum interitio facta nulla est'.

INSOMNIVM generis neutri. || Feminini. Caecilius Plocio (168):

conséquitur comes insómnia; ea pórro insaniam áffert.

INTESTINVM generis neutri. Lucretius lib. IV (118):

horum intestinum quodvis quale esse putandum est?

|| Masculino Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς (290): 'sensus portae; venae hydragogiae; clavaca intestini'.

INGRESSVS generis masculini, ut saepe. || Feminini. M. Tullius in Oratore Perfecto (11): 'ac video hanc

---

2 praetonsus *Gul. Wagner.* (*Burs. Jahresber. 1875, p. 594*): perserpsit *cod. Charis. p. 100. 31*: pressus *cod. Serv. ad Georg. I, 120* || 3—4 *cf. 137. 27* || 3 XXX *codd. h. l.* || 4 aliqua et id *codd. h. l.* (*pro* aliqua it): aliquod *codd. 137*: aliquae id *On.* (herbae $F^2$) || 7 pedibus *secl. Ribb.* (*cf. v. 2*) || p. tritos *Munk.* adros intribos *L* || 8 genere d. masculino (?) *Mu.* || 10 vibi $L^1$ 11 eadem] ea *codd. Cic.* || 12 tamen] tum || 13 interito $L^1$ 14 aufert *L* || 16 esse] eis || 17 Masculinum: *corr. Quich.* 18 portae $F^3 B^A$: poriae *L* || venae *Iun.*: verre $B^A$: verro *L* clavaca $F^3 B^A$: clavada *L* || 20 perfecto hac $F^3$: perfectum hanc *L*: perfectum (*om.* ac) $B^A$: ac profecto *Mu.*

primam ingressionem meam non ex oratoriis disputationibus ductam, sed e media philosophia repetitam'.

IOCVS genere masculino. Cicero pro Caelio (46): 'ludus, iocus, sermo paene est familiarium deserendus'. || Neutro Laevius Protesilaodamia (14):

in eum ínruunt cachínnos,
ioca, dícta risitántes.

Sallustius in Iugurtae Bello (96, 2): 'ioca atque seria'. ||

## INCIPIT PER L LITTERAM.

LENTEM consuetudo feminino genere dici vult. Vergilius Georgicon lib. I (228):

nec Pelusiacae curam aspernabere lentis.

|| Masculino Titinius (163):

. . . . . . lenti cálido, elvella, rápula,
rúmice.

LVX feminini est generis. Vergilius in Bucolicis (VII, 43):

si mihi non haec lux toto iam longior anno est.

|| Masculini. Plautus Aulularia (748):

lúci claro dísripiamus aúrum matronís palam.

Varro Bimarco (67): 'nos ergo nihil egimus, quod legem Lucanam luci claro latam non latam scutulans'.†

---

21 primum || oratoris || 22 se dimedia $L^1$ || repetita *L* || 24 sermone est: convivium sermo paene est *Cic.* || disserendus $B^A$ || 25 nevius || 25—26 Prot. in eum *Voss.*: protheosilaodam ineunt $F^3$: protesilaodam iniunt $L B^A$ || 27 riisitantis (ris- *ut vid.* $F^3$): missitantes *Both.*: fusitantis *Havet.* (*Rev. Philol. XV, 11*) || 6 trapula: *corr. Scal.* || 7 romicae (-ce) || 12 quom (?) *Mu.* || 13 lucanam $F^3$: lucaniam $B^A$: lucani *L*: *del. Ald.*: Liciniam *Oehler.* || luci claro latam non latam $F^3$: *om.* non latam $B^A$: *om.* luci *et* non latam *L* || sustulimus *Oehler.*: ἐσκοτίσαμεν (?) *Mu.*

idem Synephebo, περὶ ἐμμονῆς (512): ‘hodie, si possumus quod debemus populo in foro medio luci claro decoquere’. — M. Tullius de Officiis lib. III (112?): * * * * * * (Com. pall. inc. 70):

et cúm prior ire lúci claro nón queo.

LVCRVM secundum consuetudinem neutri est generis. || Masculini. Plautus Persa (494):

nunc ea narrábo,
unde tú pergrandem lúcrum facias.

LABIVM neutri [est] generis. Serenus in Opusculis (12):

labiúmque insigne revéllit.

|| Labea rursum feminini. Plautus in Sticho (721):

age,
tíbicen, quandó bibisti, réfer ad labeas tíbias.

Novius Macco Exule (51):

vérberato pópulus homini lábeas pugnis caédere.

idem Praecone Posteriore (Pomponius 142):

ego dédita opera té, pater, solúm foras
sedúxi, ut nequis ésset testis tértius
praetér nos, tibi cum túnderem labeás lubens.

Lucilius Satyrarum lib. XXII (9):

Zopyrion labeas caedit utrimque secus.

LACERTI generis masculini. || Neutri. Accius Atreo (220):

cóncoquit
partém vapore flámmae, tribuit ín focos
veribús lacerta.

---

17—19 *rest. Me.*: *fort.* idem de officiis liberti, ‘et *etc.*’ || 19 non que *L* || 20 est *om. L* || 22 nunc] ne || eam *codd. Pl.* || 24 Lautum *L* (*pro* Lavium) || est *om. L* || 25 vellit *L* || 26 Labeare ru.: *corr. ed. princ.* || 27 ace *L* || 28 tibicem biristi reter *L* || l. tibeas *L F*³ (*ex* tiberias) || 30 verberatio: *corr. ed. princ.* || *post hunc v. lacunam sign. Mu.* || 32 ego *Iun.*: ergo || 39 flammam: *corr. Voss.* || 40 ver. lac. in fo.: *corr. Ribb.*

LOCA generis sunt neutri. Vergilius Aeneidos || lib. I (51):

loca feta furentibus Austris.

|| Masculini. Vergilius Aeneidos lib. I (365):

devenere locos, ubi nunc ingentia cernis
moenia.

Naevius Belli Punici lib. VI (47):

convenit, regnum simul atque locos ut haberent.

Cicero in Oratore (122): 'ducantur, duplices loci: uni *e* rebus ipsis, alteri adsumpti'.

LAPIDES et feminino genere dici possunt, ut aput Ennium (Ann. 608):

tanto sublatae sunt agmine tunc lapides .;

ad Homeri similitudinem, qui genere feminino lapides posuit.

LVXVRIA generis feminini. || Masculini. Varro Manio (252):

nec sumptibu' finem
† lepitus statues finemque modumque.

LVSVS vel LVDVS genere dicuntur masculino. || Feminino lusiones M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (55): 'cum hi vero paulum processerunt, lusionibus vel laboriosis delectantur'. — idem de Oratore (I, 73): 'qui pila ludunt, non utuntur *in* ipsa lusione artificio proprio palaestrae'. — Varro Cato vel de liberis educandis (30): 'ab huiuscemodi lusionibus radices crudelitas agere solet'.

LABRVSCA genere feminino. Vergilius in Bucolicis (V, 7):

silvestris raris sparsit labrusca racemis.

---

1—2 *cf. 312. 1* || 3 lib. II *$F^3$BA*: *om. L* || 7 ut *$F^3$BA*: non *L* || 9 e *om.* || adsumptis (ass-) || 11 lap. his (?) *Mu.* || 12 λάας (*sic*) *Iun.*: λίθους *Mu. in append.* || 14 finem] unquam *Quich.*: luxu (*dativ.*) *Mu.* || 15 legibus *Roth.* || l. nec luxu st. *Lachm. ad Lucr. p. 141* || *fort.* nec sumptibu' finem | nec luxu edictis st. (*cf. Amer. Iourn. Phil. XXII, 37*) || 18 *vel* i || 19 laboriosius || 20 pala *$L^1$* | in *om.* || lusone *L* || propriae: (*corr. $H^1$*) || 21—22 *cf. 133. 19* || 23—24 *cf. 449. 13* || 24 solvestris *$L^1$*.

|| Neutro Vergilius in Culice (53):

densaque vergultis avide labrusca petuntur.

LIBA generis neutri. Vergilius in Bucolicis (VII, 33):

sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis.

|| Masculino Nigidius de Dis (77): ‘deinde surgat, faciat libos quattuor’; et infra (77): ‘libos duos ad dextram et duos devexos’.

LVPINVM neutro Varro de Re Rustica lib. I (13, 3): || ‘lacum esse oportet, ubi maceretur lupinum’.

LYMPHA, aqua, genere feminino, ut saepe. || Masculino Lucilius (inc. 86):

inpermixtum lymphorem.

LICENTIAM feminino. || Masculino Laberius in Paupertate (71):

meó licentiátu.

LATRINA genere feminino; et est lavatrina, quod nunc balneum dicitur. Lucilius lib. XI (26):

qui in latrina languet.

|| Neutro Laberius Conpitalibus (36):

. sequere in latrínum, ut aliquid gústes ex Cynica haéresi.

hic latrinum ventri † finem locum dixit. — Lucilius lib. VI (29):

hoc tu apte credis quemquam latrina petisse?

---

27—28 *cf. 547. 15* || 28 laba *L* || 30 intra: *corr. Rutgers.* || addextra: *corr. Quich.*: a dextra *ed. princ.* || 31 dev.] laevorsus *Mu.* || 1 lup. * * * *Quich.* || 2 aqua *secl. Mu.* || 5 feminini (?) *Mu.* || 6 licentatus: *corr. Guietus, Gesner.* || 7 Latrinas || 9 lanque (-quae, -guae): *corr. Iun.* || 11 séq. me in *Both.* || gustus: *corr.* $H^3$ || 12 (v. fine *E*): v. faciendo *On.*: *fort.* ventris fine (*cf. Arch. Lat. Lex. I, 425*) || 13 hac tu ab re *Mu.* || credit: *corr. I. Dousa.*

LVTVM genere neutro. et aput Ciceronem in Epistolis ad Hirtium lectum est plurali numero (5): 'luta et limum adgerebant'. || Masculino Claudius Annal. (94): 'pluvia imbri lutus erat multus'.

LANITIVM genere neutro. Vergilius Georgicon lib. III (384):

si tibi lanitium curae.

|| Feminino. Laberius Paupertate (67):

nihil réfert, mollem e lánitia Attica án pecore ex hirtó geras
vestítum?

## INCIPIT PER M LITTERAM.

MERCATVS generis habetur masculini. Serenus Ruralibus (8):

ád mercátum eo, vílice.

Varro Sexagesi (497):

. ubi tum comítia habebant, íbi nunc fit mercátus .

|| Mercatura feminini. Plautus Trinummo (332):

mércaturane? án venalis hábuit, ubi rem pérdidit?

Novius in Militibus Pometinensibus (61):

ínstant mercatúram; spero, rém faciet; frugi ést homo.

Lucilius Satyrarum lib. VI (7):

verum et mercaturae omnes et quaesticuli isti
intuti.

---

16 annalium: *fort.* Annali, tum (*vel* iam) || 20 nihílne refert *Ribb.* || p. ex hircorum: *corr. Marquardt. vitae Rom. priv. p. 460*: tergore ex h. *Bergk.*: p. ex hirto durum *Bue.* || 21 vestium (*corr. Lips.*) geras: *transposui* || 23—26 *cf. 431. 14* || 26 ubi tum *codd. 431*: suptum *codd. h. l.*: *fort.* sed ubi t. || 28 mercaturam eam ven. || 30 instat m. *Scal.*: ista mercatura *Mu.* || spero rem *F*[3]: perorem *L*: peiorem *ut vid. BA* || 31 VIII *BA* || 32—33 isti int. *Scal.*: instituti.

Turpilius Lindia (136): ||

consílium hoc cepi: lítteras misi ád senem
nostrúm prode esse nóbis ex senténtia
mercáturam.

M. Tullius de Officiis lib. III (6): 'ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus'. || Mercimonium neutri. Plautus Amphitryone (1):

ut vós in vestris vúltis mercimóniis.

Turpilius Thrasyleone (204):

vidére cupio véstrum mercimónium.

MELOS genere neutro. Naevius Lycurgo (20):

suavisonúm melos.

|| Masculino Accius Bacchis (238):

ácrís crepántés melós.

Pacuvius Periboea (311):

. . thiasantem frémitu concidí melum.

Varro Parmenone (397):

† Paciin huíus nascuntur púeri Rhythmus ét Melus:

idem Cato vel de liberis educandis (25): 'omnes enim qui locuntur habere debeant quosdam melos'.

MEDIMNVM generis neutri. || Masculini. Lucilius Satyrarum lib. XV (22):

praeterquam in pretio primus semisse, secundus
nummo, tertiu' iam plurest quam totu' medimnus.

---

2 prodesse *BA*: processe *Gifanius* || nebis *L* || sentia $L^1$ || 4—5 *cf. 431. 20* || 5 protectus *L* || 11 suave summum: *corr. Gulielm.* || 13 acri: *corr. Iun.* || crep. *etiam* $F^3$: (crepitantes $F^1$) || 15 thesiantem: *corr. Scriver.* || fremita || 16 concīte *Ribb.* (*anap.*) || 18 paci in *del. Duentzer.* (*cf. v. 14*): patris *Ribb.* || e $L^1$ || melos || 20 quo *L*: quom (?) *Mu.* || debent *Iun.* || 23 seminisse *L*: seminis $F^3$ *BA* || 24 plures: *corr. Mu.*: pluris *Iun.*

MARGARITVM generis neutri. Varro Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν (97):

ubi ílla phalera gémmea atque ephíppia
et árma margaríto candicántia?

|| Feminino Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (382): 'inperito nonnumquam concha videtur margarita, vitrum smaragdos'. — M. Tullius in Verrinis, de signis (II, IV, 1): 'ullam gemmam aut margaritam'. — Varro Marcipore (283): 'altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum'.

MESSEM generis feminini. || Masculino Lucilius lib. XXVII (47):

pótius quam non mágno messe, || nón proba vindémia.

MENDVM neutro M. Tullius ad Atticum lib. II (VII, 5): 'Castricianum mendum nos corrigemus'. || Feminino M. Tullius in Verrinis (II, II, 104): 'quam mendam ista denique litura?' Lucilius (inc. 87):

nam in quibu' mendae
omnibus in rebus fiunt fierive potissunt.

METVS masculino. || Feminino Naevius (Bell. Poen. 57):

magnae metus tumultus pectora possidit.

Ennius (Ann. 526):

nec metus ulla tenet, freti virtute quiescunt.

---

26 gemmeaque: *corr. Meinek.* || 27 margariti: *corr. Iun.*: -ta *Mu.* || καναικαντια || 29 margaritam: *corr. ed. princ.* || 29—30 vitrum sm. (sm. *iam ed. princ.*) *Me.*: ut amisi margdos || 33 merg. *L* || 1 non magnum esse: *corr. Me.*: (non magnum me est $H^3$): non magnum messem *ed. princ.* || non proba vindemedia $B^A$: non probavi indemedia *L*: (*corr.* $F^2$) || 3 non corrigeris || Fem.] feminini nomen $L^1$: feminini $B^A$ || 4 quae mendosa denique litora: quod mendum ista litura correxit *codd. Cic.*: *corr. Victor.* || 5 in *del. Mu.*: ut *I. Dousa* || 6 fierique: *corr. Mu.* || 7 masculini non *L*: masculini $B^A$ || fem. $F^3$ *L*: *om.* $B^A$ || 8 magni || metus *ed. princ.*: intus (vitus $L^1$) || possidet $B^A$ || 10 nec *Me.*: ni || tenet $F^3$ $B^A$: tennet *L* || freti *Me.*: rite $F^3$ $B^A$: riae *L*.

MVRMVR neutri est generis. || Masculini. Varro Sexagesi (493):

ácciti sumus, út depontarémur. murmur fít ferus.

MVNDVS muliebris generis est masculini. || Neutri. Lucilius lib. XVI (3):

legat uxori mundum omne penumque.

MISERIA, ut saepe, generis feminini. || Neutri. Laberius Carcere (18):

hómo frugi, quod tíbi relictum est, rétines miserimónium.

## INCIPIT PER N LITTERAM.

NVNDINAE generis sunt feminini. Varro Marcipore (279): 'utri magis sunt pueri? hi pusilli nigri, qui expectant nundinas, ut magister dimittat lussum?' || Masculini. Lucilius lib. XXVI (80):

paúcorum, atque hoc pácto si nihil gústat inter núndinum.

Varro Gerontodidascalo (186): 'quotiens priscus homo ac rusticus Romanus inter nundinum barbam radebat?' — idem *Ταφῇ Μενίππου* (528): 'Romani psammacosioe, non qui in urbe inter nundinum calumniarentur'. —

---

**11** Murmun neutrius g. $L^1$ || **12** acciti $F^3$: iacciti $B^A$: sia actiti $L^1$ || uti *Mu.* (*iamb. senar.*) || deputaremur *L* || murmur *Iun.*: mur || fit verus $F^3 B^A$: sitieris *L*: *corr. Mu.* || **13** muliebris $F^3$: mulieris $L B^A$ || est $F^3$: *om.* $L B^A$ || **14** (XVI *F cum codd. Gell. IV, 1. 3*): XVII || **15** legavit quidam ux. *Gell.* || **17** miserie (-iae) munium $B^A$ || m. ret.: *corr. Both.* || **19—21** *cf. 133. 17* (*s. v.* lusus) || **20** utri *codd. 133*: neutri $F^3 L^1$: *om.* $B^A$ || maius $F^3$: maiores $B^A$: maiuses $L^1$: magis *codd. 133* || pusilli nigri $F^3$ (*cum codd. 133*): pusillini $L B^A$ || expectant $F^3$: spectant $L B^A$ (*cum codd. 133*) || **21** nundinam (-na) *codd. 133* || dimittat lusum *codd. 133*: dimittussum $B^A$: dimittus su *L* || **22** nundino: (*corr.* $F^2$) || **25** Romani ps. *Me.*: romam ipsam marcosioe || **26** n. q.] *fort.* innocui || orbe: *corr. Me.*

idem Rerum Humanarum lib. XX: 'decemviri cum fuissent, || arbitrari vi nos nundinum divisum habuisse'.

NASVS masculini. || Neutri. Lucilius lib. VII (16):

queis oculi non sunt neque nasum et qualia † sunt.

idem lib. XXII (7):

nasum rectiu' nunc homini est suraene pedesne?

NEPOS dici et femina potest Ennio auctore, quae nunc neptis dicitur (Ann. 47):

Ilia, dia nepos, quas aerumnas tetulisti!

NVNTIVS generis masculini. || Neutro aput aliquos non receptae auctoritatis lectum est, sed doctos (? Catull. LXIII, 75 ? Gell. Noct. Att. III, 15, 4).

NERVI masculini sunt, sicuti plerumque. || Nervia, feminini, aput doctos lectum est saepe. [verum] Varro *Ὄνος λύρας* (366):

Sciéntia
dóceat, quem ad modum ín psalterio éxtendamus nérvias.

|| Neutri. Varro *Ὄνος λύρας* (368): 'et id dicunt suam Briseidem producere, quae eius nervia tractare solebat'.

NOVALIA genere neutro Vergilius in Bucolicis (I, 70):

inpius haec tam culta novalia miles habebit.

|| Feminino Vergilius Georgicon lib. I (71):

alternis idem tonsas cessare novalis.

---

**1** arbitrati (*fort. gen. sing.*) *edd.* || septenis ($VII^{nis}$) nos diebus nu. *Mu.* || **3** queis *Iun.*: quos || sanis *Mu.*: *fort.* alîs sunt || **5** surene $F^3$: serene $L\,B^A$ || pedesne *Mu.*: pedes (*seq.* Ne-) dici $F^3$: p. dicic *L* (*pro* dici . C . *i. e. nota novi lemmatis?*): p. (*om.* dici) $B^A$ || **8** dia *Charis. p. 90. 28*: da || neptis *L* || tet. *Charis.*: netulisti || **9** neutri $B^A$ || **12** doctos] *Gell. IX, 7. 3 laudant Gerlach., Hertz. opusc. Gell. p. 122* || verum *del. Mu.* (*pro* Varro) || **14** est tendamus: *corr. Gulielm.* || **15** ei edicunt *Ribb.*: ei indicunt *Mu.* || **16** nervia $F^3$: -as $L\,B^A$ || tractare $F^3$: traciare $L\,B^A$ || **19** II || **20** idem *om. L.*

## INCIPIT PER O LITTERAM.

OBSEQVIVM neutro genere habetur. Terentius in Andria (68):

obséquium amicos, véritas odiúm parit.

|| Obsequellam feminino Plautus in Asinaria (65):

qui míhi auscultabunt, fácient obsequellam.

Turpilius Epiclero (62):

set nequeo ferre hunc díutius
erráre et conquerí nec esse suaé parum obsequéllae.

idem Thrasyleone (209):

cum intérea
nihil quícquam a me est praemí neque erat túae benignitátis atque óbsequellae.

Sallustius Historiae lib. II (78): 'ibi Fimbriana e seditione qui regi per obsequellam orationis et || maxime odium Syllae graves carique erant'. — Afranius Privigno (257):

quam míhi sit grata illíus obsequélla.

OSTREA generis feminini. Lucilius Satyrarum lib. III (25):

ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris.

Turpilius Demetrio (23):

. . . in actá cooperta cóge inoras óstreas.

---

**24** *sqq.* Obsequentia- *Both. comm. ad Afranii locum, Havet.* (*Mél. Graux, p. 804*) || **25** faciunt || **26—27** Ep. *Bentin.* sed *Mc.*: etgleros et || **27** neque offerre (-ae *L*): *corr. Canterus* || **28** errari: *corr. Canterus*: miserari *Mu.* || desse *Mu.* || parum] pretium *On.*: palam *Mu.* || **31** quiquam $L^1$ || neque erat] neque preti, | era *Mu. post Quich.* (*sed vid. Leo anal. Plaut. II, 8*) || benignitati *Mu.* || **33** fimbriane se. $LB^A$: fimbriana se. $F^3$ || **2** grave scarique $F^3$: grave *om.* $LB^A$: gr. Scaurique *ed. pr.* || **5** peloris $F^3B^A$: pelobis $L^1$ || **7** coge *On.*: age: alga *Palmerius.*

Varro *Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐκαιρίας* (549):

nec múltinummus píscis, ex saló captus,
helóps neque ostrea ílla magna capta†
quivít palatum súscitare.

Afranius Excepto (142):

conchás, echinos, óstreas marínas.

M. Tullius in Hortensio (78): 'sollertiamque eam posse vel in tegulis proseminare ostreas'. — Varro Sexagesi (501):

. . . tunc núptiae vidébant ostriám Lucrinam.

| Neutri. Lucilius Satyrarum lib. IX (8):

quid ergo, si ostrea cerno,
cognorim fluvium, limum ac caenum sapere ipsum?

idem lib. XIII (8):

hoc fit idem in cena. dabis ostrea milibu' nummûm
empta?

Varro *Ἕως Πότε, περὶ ὡρῶν* (173):

non posse ostrea se Romae praebere et echinos.

OVES generis feminini, ut plerumque. || Masculini. Varro Rerum Humanarum lib. XXII: 'ut etiam multantibus, qui oves duos, non duas dicunt, Homerum secutis, qui ait (Il. XXIII, 31):

*πολλοὶ δ' ὄϊες.*'

---

9 multinummus *F*[3]: multum nummus *BA*: multum nu nummus *L*[1] || salo *F*[3]: sola *L*: sala *BA* || **10** helaps || ulla *Iun.* || corruptum *On.*: captata *Scal.*: *fort.* Campana || **14—15** sollertiam eam quae posset *docti ap. Cic.* || **15** posset: *corr. Nobb.* || **16** ostrinam || **18** quin *Mu.* || ergo *Lachm. comm. Lucr. p. 122*: ego || ce. os.: os. caeno *I. Dousa* || **19** cognorit: *corr. Bentin.*: non norim *Mu.* || **21** ho *L* || **25** plerumque quae *L*[1] || **26** XXII *F*[3] *ut vid.*: XXIII *BA*: XXVII *L* || **26—27** nutantibus: *corr. vir doct. ap. Iun.* || **27** secutos.

idem: '*M.* Terentio, quando citatus neque respondit neque excusatus est, ei ego unum ovem multam dico'.

OBSIDIO feminino. Vergilius Aeneidos lib. III (52):

cingique urbem obsidione videret.

|| Neutro Ennius (Ann. 330):

cum saevo obsidio magnus Titanu' premebat.

## INCIPIT PER P LITTERAM.

PVTEI sunt genere masculino. Vergilius Georg. lib. III (329):

ad puteos aut alta greges ad stagna iubeto
currentem ilignis potare canalibus undam. ||

|| Neutro Varro Gallo vel Fundanio, de miris (3): 'secundo, de stativis aquis, ut sunt lacus et stagna et putea et maria'.

PISCATIO generis, ut saepe, feminini. || Piscatus masculini. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (23): 'istius generis asotos iocunde putat vivere: mundos, elegantis, optumis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione'.

PVLVIS generis masculini, ut saepe. || Feminini. Ennius lib. VIII Annalium (312):

iamque fere pulvis ad caelum vasta videtur.

idem lib. IX (340):

[iamque fere] pulvis fulva volat.

POSTICAM feminino genere consuetudine appellamus.

---

29 M. Ter. *Gell. XI, 1, 4*: M. *om.* (*praec.* -m) || **30** excusatus *Gell.*: excitatus || eum ego: ego ei *codd. Gell.* || **34** saevo *Iun.*: suo: sos *Havet* || titanum: *corr. Merula* || **37** a puteos *L* || **37—38** iubet occurrentem *L* || **38** il. $F^3$: e lignis *L* $B^A$ || portare *L* || **2** stagnae *L* || putei || mari *L* || **3** feminino *L* || **6** eleganus *L* || cocis $F^3$: cogis *L* $B^A$ || pistatu *L* || **7** masculino *L* || **9** vegetur *Bergk.* (*cf. ad 154. 2*) || **11** ia. fe. *del. Hugius* (*cf. v. 9*).

Lucilius Satyrarum lib. IV (III, 64):
"non peperi." — "verum; postica parte profudit."

Varro Ταφῇ Μενίππου (522): 'perrexit *in* interioris partis domuis posticae, ut ait Plautus, (fr. dub. 15) «penitissimae»'. || Titinius neutro in Veliterna dici probat (142):

atque dúo postica, quaé loco
mercéde.

idem Fullonibus (30):

síquis hodie praéter has postícum nostrum pépulerit.

Lucilius lib. VIII (11):

pistrinum adpositum, posticum, sella, culina.

Varro Prometheo Libero (430): 'retrimenta cibi qua exeirent per posticum, canalem feci'.

PARTVS masculini est generis. Vergilius (Aen. VII, 321):

quin idem Veneri partus suus et Paris alter.

|| Partitudo et Partio feminini. Plautus Aulularia (75):

probrúm, propinqua pártitudo cui ádpetit.

idem in eadem (276):

núnc probrum atque pártitudo própe adest.

Afranius Vopisco (346):

nón dolorum pártionis véniet in mentém tibi,
quós † misera pértulisti, ut pártum proicerét pater.

---

13 IIII $F^3$: III $L B^A$ || 14 peperi $F^3$: peperit $L B^A$ || virum: *corr. Bentin.* | profundit $B^A$: pro Tundit (*nov. lemm.*) $L$ || 15 *cf. 491. 21* (*s. v.* domuis) || in *om. codd. h. l.* || 16 domus *codd. h. l.* || 17 penitissime || 20—21 *cf. 366. 16* || 21 si quisquam *codd. 366* hanc *codd. 366*: hac *C. F. Mueller.* || 23 cella *Gulielm.* 24 retrimenta $F^3 B^A$: trimenta $L$: detr. *Mu. post ed. princ.* || quae $L$ || 25 exirent *Popma*: exierint || canalem *Ruhnken. ad Xen. Mem. I, 4, 6*: vallem: callem *Erycius Puteanus* (?) *ap. Hertz.* (*Münch. Gel. Anz. XX, 507*) || 27 venerit $L$ || 28 Paritudo || paritio: (*corr. G*) || 31 pactitudo $B^A$ || 34 q. miserula *Both.*: q. misella *Mu.*: q. tu misera *Hermann.*: q. tum m. *Scal.*

Plautus Truculento (196):

horrésco misera, méntio || quotiéns fit partiónis.

PRAESEPIA neutri sunt generis. Vergilius lib. XI (492):

qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis.

|| Feminino Plautus in Curculione (228):

quin réciperet se huc éssum ad praesepím suam.

idem (Rud. 1038):

ád meum erum arbitrúm vocat me hic íntra praesepís meas.

Varro de Re Rustica lib. I (13, 6): 'contra hic laudabatur ab illis, si habebat culinam rusticam bonam, praesepim latam, cellam vinariam'.

PANIS consuetudine masculino genere appellatur. || Neutro Plautus in Curculione (367):

haéc sunt ventris stábilimenta, páne et assa búbula.

PINGVE est, pro pinguis est, neutrum pro alio genere positum. Novius Tripertita (91):

. . si autem píngue est, male cubándum est, putent pánticcs.

PERDIX et masculino genere dici potest. Varro in Admirandis (11): 'perdicas Boeotios'.

PANNVS usu generis masculini. || Neutro Novius Tabellaria (86):

quí habet uxorém sine dote, pánnum positum in púrpura est.

PVRPVRISSVM genere neutro Afranius Omine (231):

cedo púrpurissum.

---

**1** quotiens (quod diis) *codd. Pl.*: quod || **5** huc cessum || **7** intra intra p. *L*: intra in p. *B^A ut vid.* || praesepias || **8—9** quae nunc sunt pleraque contra. illic laudabatur villa *Varr.* || **9** si] is (ir *L*[1]) || bonam] vinam || praesepiis laxas *cod. Varr.* || **12** ventri *codd. Pl.* || **15** pinguest *Novius* (*i. e.* -is est) c. obesi pu. *Leo anal. Plaut. II, p. 10* || panticas (pont. *G*): *corr. Iun.* || **17** veotios || **18** *post h. v. stat v. 24* (Palpebrum — vult).

|| Feminino Novius Sannionibus (83):

ínlino cretám, cerussam, púrpurissam.

PALPEBRVM genere neutro consuetudo dici vult. || Palpebrae feminino Lucretius lib. IV (952):

brachia palpebraeque cadunt poplitesque cubanti.

Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (370):

quos cálliblepharo náturali pálpebrae
tinctaé vallatos móbili septó tenent.

M. Tullius de Deorum Natura lib. II (143): 'munitaeque sunt palpebrae [quae] tamquam vallo pilorum'.

PERMITIES generis feminini. Lucilius Satyrarum lib. II (19):

pestem permitiemque catax quam et Maniu' nobis. ||

|| Neutri. Accius Melanippo (434):

parátus sum, ubi vis, pétere pestem pérmitî.

PALVMBES feminino Vergilius in Bucolicis (I, 57):

nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes.

|| Masculino Lucilius lib. XIV (14):

macrosque palumbes.

Plautus Bacchidibus (50):

quia enim intéllego:
dúae unum expetitís palumbem.

Pomponius Divite (41):

. . quó palúmbém unum éx óre tóllít.

---

22 neuius: *corr. Me.* || 23 cretam $F^3$ *B^A*: -to *L* || purpurissum: (*corr.* $G^1$) || 24 (Palpebrum — vult) *stat post v. 17: huc transposui* || 26 cavanti || 28 calliblefaron (*seq.* n): *corr. Iun.* || 29 cinctae *Scal.* || vallato (*corr. cod. N. Fabri*) mobilis septos: *corr. Passerat.* || 31 quae (*cf. v. 26*) *om. codd. Cic.* || 32—33 *cf. 25. 13* (*s. v.* catax) || 33 Manlius *codd. utrobique*: *corr. Mu.* || novis $F^3$: novus *L*: novius *B^A* || 2 partem *Mu.* || permiti *Ribb.*: permities || 3 Palumbi: *corr. ed. princ.* || 8 qui enim || 11 unum *secl. Mu.*

219 M.

PIGROR generis masculini. Lucilius Satyrarum lib. X (1):
languor obpressitque pigror torporque quietis.

PIGRET. Ennius lib. XVI (432):
post aetate pigret subferre laborem.

Accius Clytaemestra (30):
. ómnes gaudent fácere recte, mále pigrent.

|| Feminini pigritia.

PALI genere masculino. || Neutro Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν (179): 'quid? tu non vides in vineis quod tria pala habeant tripalles dici?'

PERICVLVM generis neutri. Terentius in Andria (566):
at istúc periclum in fília fierí grave est.

|| Periclitatio feminini. M. Tullius de Deorum Natura lib. II (161): 'sicut ex quibusdam stirpibus et herbis, quarum utilitatis longinqui temporis usu et periclitatione percepimus'.

PARATVS generis masculini. || Paratio feminini. Afranius Privigno (268):
siléntio opus est; núlla inest parátio.

PENVS generis feminini. Lucilius (inc. 89):
magna penus parvo spatio consumpta peribit.

|| Masculini. Pomponius Dogali (41a):
únum penem, quei ómnem ceterum álium praeberém penum.

---

13 obressitque (quae): obrepsitque *Iun.* (*idem error 229. 4*) || obr. pigr. lang. *Mu.* || vietus *Mu.* || 15 potestate *L* || 17 mali: *corr. ed. princ.* || boni omn. g. f. r. se, mali p. *On.* || 18 Fem. pigr. *post v. 13 collocat Quich.*: Fem. [pigr.] * * * *Mu.* (*sed cf. praef. p. XVI*) || 19 feminino: (*corr.* $F^2$) || neutri *L* || 23 adstuc (ats.) || 24—26 *cf. 364. 11* || 25 sucut $L^1$ || stirpibus $F^3 H^3$: surpibus *L*: sirpibus $B^A$ || 29 n. enim est *Ribb.*: n. mi(hi) est *ed. princ.* || 31 pervo $B^A$ (*corr.* $H^2$): per vos *L* || 32 Dotata *Palmerius*: Dotali *Both.* || 33 u. penum quae (penemque *H*): *corr. Mu.*: vinum (*Iun.*) panemque *Bue.* || aliam: *corr. Palmerius* || praeberem $F^3$ ($F^2$?) $L^1 B^A$: (praebere in $L^3$).

Novius Dotata (16):

meum in penúm conponam sátius est.

|| Neutri etiam lectum est aput plurimos, quorum || auctoritas non probatur.

POLYPVS, generis feminini. Lucilius lib. XXIX (114):

paulisper † cui medemtia medem † haec se ut polypus ipsa.

PAVPERTAS generis feminini. || Neutri. Caecilius Plocio (184):

ibo ád forum et paupérii tutelám geram.

PAPAVER neutri. Vergilius (Aen. IV, 486):

spargens umida mella soporiferumque papaver.

|| Masculini. Varro Admirandis (10): 'infriassene papaverem?' — Plautus (Trin. 410):

an, sí formicis óbicias papáverem?

PILLEVS generis masculini. Plautus Captivis (fr. I):

pílleum,
quém habuit, derípuit eumque ad caélum tollit . . .

|| Neutri. Plautus Cornic. (58):

em, te óbsecro,
Lýde, pilleúm meum, mi sodális, mea salúbritas.

PROSECTA, exta quae aris dantur ex fibris pecudum dissecta, sunt generis neutri. Aemilius Macer in Ornithogonia (3):

Vulcani tosta vapore
cum virgis prosecta ferunt.

---

34 Dot. *Palmerius*: dofacta || 35 meum in *Ald.*: meam $L^1$: mea im $B^A$ (= $G^2$) || 1 neutro (?) *Mu.* || 2 masculini, fem. *Quich.* || 3 p. comedens iam edet h. se *Scal.*: p. comedent iam eadem h. se *Lachm.*: p. comedent iam h. sese *Mu.* || ut *fort. secludend.* || 7—8 *cf. 404. 34* || 9 Adm. *Iun.*: adnoprandis $B^A$: noprandis *L* || infriasse *cod. Charis. p. 83. 29*: infriassere *On.* || 10 quam si *codd. Pl.*: ac si *On.* || 11 Capt. *suspectum* (*sed cf.* '*Non. Marc.*' *p. 106*) || 13 dirripuit (dirip.) || sustulit *Both.* || 14—15 cornicemte $B^A$: cornicente $L^1$ || 16 (nide *G*) || 18 Aem. *Voss.*: licinius.

‖ Feminino Lucilius lib. XIV (12):

cenam, inquit, nullam neque divo proseciam ullam.

Varro Rerum Divinarum lib. XI: 'prosiciem extorum vel in mensam porricere'.

PEDIS, quem nos pediculum dicimus, generis masculini est. Novius (107):

est pédis unus íngens in nasó . .

‖ Feminino Plautus Vidularia (110):

ubi quámque pedem víderat, subfúrabatur ómnis.

PLVVIA, ut saepe, generis feminini. Vergilius Georg. lib. I (388):

tunc cornix plena pluviam vocat inproba voce.

‖ Masculini. Laberius Late Loquente (59):

quí pedem ex tabérna tulimus, tántus cum instarét pluor. ‖

PISTILLVS masculino Novius Minta Medica (58):

"lacrimaé cadent." —
"calét pistillus."

idem Fullonibus (28):

testas, pátinas, pistillós mihi
cantánt.

‖ Neutro Munatius: 'pistillum grande est'.

PROPAGO, PROPAGES, ut saepe, generis est feminini. Pacuvius Antiopa (20):

salvéte, gemini, méa propages sánguinis.

---

22 inquin n. *L* ‖ prosecam $L^1$: prosectam $B^A$: *corr. Mu.* ‖ 23 Rerum *ed. princ.*: ertipr (*linea suprascr.*) ‖ 24 porrigere ‖ 27 est *om.* $L^1$ ‖ 29 videbat: *corr. Fleckeisen.* (*Phil. Jahrb. 1861, p. 575*) ‖ supf. (suff.) $F^3 B^A$: subp. $L^1$ ‖ 31 (tum *F*) ‖ pluvia: (*corr. F*) ‖ 33 staret: *corr. M. Haupt.* ‖ 1 *sqq.* Past. *Mu. post Me.* ‖ minia ‖ 2 calent *Mu.* ‖ 3 cadet pastillus *cod. Cuiacii* ‖ 5 testis: *corr. Both.* ‖ pestinas *L* ‖ 6 (cantent *F*) ‖ 7 munatius $F^3 L^1$: oratius $B^A$ ‖ 9—10 *cf. 64. 31.*

|| Neutri. Ennius (Ann. 587):

nobis unde forent fructus vitaeque propagmen?

PATIBVLVM genere neutro. || Masculino Licinus Rerum Romanarum lib. XXI (3): 'deligat ad patibulos. deligantur et circumferuntur, cruci defiguntur'. — Plautus Carbonaria (50):

pátibulum ferát per urbem, deínde adfigatúr cruci.

## INCIPIT PER R LITTERAM.

RICTVS generis est masculini. Titinius (172):

cave;
expórge frontem; hábeat semper fácito rictus; rídeat.

|| Neutri. Lucretius lib. V (1064):

mollia ricta tremunt, duros nudantia dentes.

M. Tullius de signis (Verr. II, IV, 94): 'ut rictum mentumque eius paulo sit adtritius'.

ROGVS masculini generis. Vergilius Aeneidos lib. IV (676):

hoc rogus iste mihi, hoc ignes araeque parabant?

|| Neutri. Afranius Epistula (114):

púlchre hoc incendí rogum:
ardét; tenetur; hóc sepulchro sépeliet.

---

**11—12** *cf. 64. 33* || bonis unde $B^A$: boni secunde *L*: novis u. *codd. 64*: *corr. Iun.* || utaeque *codd. h. l.* || propagimen *L*: propagmen $B^A$ (= *G*): propaginem *codd. 64* || **13** licinius || **14** deligata *L*: *del. Lips. Op. III, 1195* || ad patibulos * * * ad patibulos *On.* || **16** adfigat: *corr. v. d. in ed. Basil.* || **18—20** *cf. 455. 39* || **19** calve, exp. *Quich.* || **20** excorde *codd. 455* || habeat *codd. 455*: labea *Ribb.* || facto *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || **20—21** rictus rideat (Rid. *L*, *nov. lemm.*) neutri $F^3$ *L*: rictus Ricta (*nov. lemm.*) neutri $B^A$ || **22** premunt *codd. Lucr.*: fremunt *docti* || nudantia $F^3$: nudantes *L* $B^A$ || **29** sepulcrum *Ribb.* || sepeliet *L*: saepe (se.) licet $B^A$.

RVDENS generis est masculini. Vergilius Aeneidos lib. III (267):

excussosque iubet laxare rudentis.

|| Feminino Plautus in Rudente (938):

dum hanc rudentem conplico.

RETICVLVM genere masculino M. Tullius in Verrinarum Siciliensi (II, v, 27): 'reticulumque ad naris admovebat, tenuissimo lino, plenum rosae'. — Fenestella Annal. (2): '† fascem pectoralis reticulus'. || Neutro || Claudius I (32): 'prius hisce auctoribus indere reticula galearia.'

RAMENTVM generis neutri, ut saepe. || Feminini. Plautus (Bacch. 513):

raménta fiam plúmbea propénsior.

RASTROS genere masculino dicimus, ut apud Vergilium et Terentium. || Neutro apud Cornelium Celsum: 'omnes rastra et adtollunt et adigunt'.

RAPTVS generis masculini. || Feminini. Terentius [in] Adelphis (355):

dispérii! Ctesiphóntem audivi fílium
una ádfuisse in ráptione cum Aéschino.

REDITVS generis masculini. Vergilius Aen. lib. XI (54):

hi nostri reditus expectatique triumphi?

|| Feminini. M. Tullius Philippicarum lib. I (1): 'exponam vobis breviter consilium profectionis et regressionis meae.'

---

31 excissosque *L* || 34 Reticulus *Mu.* || 34—36 *cf. 141. 15; 350. 13; 411. 27* || 36 plenum $F^3H^3$: pleno *L* $B^A$ || annalium: Ann. * * * *Mu.*: *fort.* Annali octavo (VIII°) (*ut v. 1* Claudius primo *in codd.*) || 1 fascea (?) *Mu.*: -ceam *Quich.* || 2 (p. h. actoribus $H^2$): privisque ductoribus *Lips.* || indere *Hertz.*: inde (*seq.* re): indidere *Mu.* || 3 Ramenta $F^3$ || at $L^1$ || 4 fiat *Pl.* || plumea *codd. Pl.* || 8 ad adel. $L^1$ || 9 disperrecte sifontem || 9—10 fil. una] filumina || 11—12 IIII nos. *L*: III nos. $B^A$ || 12 trium *L* || 13—14 *cf. 299. 8. post v. 16 collocat et secl. Mu.*

— Varro Rerum Humanarum lib. XX: ‘omnis Tarquinios eiecerent, ne quam reditionis per gentilitatem spem haberent.’ — idem [in] eodem: ‘ad milites facit reversionem’.

## INCIPIT PER S LITTERAM.

SEXVS masculini generis esse manifestum est. || neutro Sallustius dixit Historiarum lib. II (70, 1): ‘at Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus magna gloria concurrentium undique, virile et muliebre secus, per vias et tecta omnium visebatur’. — Sisenna Hist. lib. IV (80): ‘tum in muro virile ac muliebre secus populi multitudine omni conlocata’.

SPECVS genere masculino Varro Rerum Divinarum lib. IV: ‘ibi cum amissam capram desiderarent, animadvertissent quendam specum tenebricosum’. — Ennius Lytris (155):

ínferûm vastós specus.

|| Feminino Ennius Annalium lib. XVII (486):

concava || sub monti late specus intu’ patebat.

Pacuvius Niptris (252):

inde ádvenio montem Oétam *in* scruposám specum.

---

15 tarquilinios *L* || 16 nec quam redditionis *L* || 17 idem — rev. *secl. Mu.* || in *om.* $L^1$ || 19. 22. 24 Secus $F^3 L^1$: Specus $B^A$ (= *G*): (Sexus $H^2$) || 22 concurrentibus *codd. Macrob. III, 13. 6* || vir. et mul. $F^3 B^A$: virile cimu muliebres $L^1$: vir. ac mul. *codd. Probi, p. 21. 5* || 23 visevatur $L^1$ || 24 tum in muro $F^3 B^A$: iumina iuro *L* || 24 copuli $F^3$ || 26 cum admissam $F^3 B^A$: cumaamasam *ut vid. L* || capram $F^3 B^A$: capriam *L* || 26—27 animadvertisse *Mu.*: animadvertissentque (*seq.* que) *Iun.* || 27 tenebricos $L^1$ || Enn. Hectoris Lytris *edd.* || 1 tum cava *codd. Prisc. I, p. 260*: tum causa *cod. Fest. p. 510* || montis: monte *codd. Prisc.; Fest.* || latet: *corr.* $H^3$ || patebat $F^3 B^A$: petebat *L* (*cum* $H^2$) || 2 Pac. *Prisc.*: accius || 3 advenio m. aetam scruposam (scripsam *L*) specum: advenio in scrupulosam specum (*rell. om.*) *Prisc.* || Oet. scruposa specu *Mu.*

223 M.

STRIGILIM manifestum est esse generis feminini. || Neutri. Varro Bimarco (62): ‘κατάχρησις est enim vera, cum in candelabro pendet strigile’.

SORTES genere feminino Vergilius lib. X (501):

nescia mens hominum fati sortisque futurae.

|| Masculino Vergilius lib. III (323):

quae sortitus non pertulit ullos.

SALIS genere masculino Terentius (Eun. 399):

labóre alieno mágno partam glóriam
verbís saepe in se tránsmovet qui habét salem;
quod in té est.

Plautus in Mercatore (205):

quási in aqua indiderís salem.

|| Neutro Varro: ‘*in* conmentario veteri Fabi Pictoris legi (2): «muries fit ex sale, quod sale sordidum pistum est et *in* ollam rudem fictilem adiectum est»’. — et postea: ‘id sal virgines Vestales serra ferrea secant’.

SOCRVS et masculino genere veteres dici posse voluerunt. Naevius Pellice (66):

desíne socru tuo, frátri patruelí meo.

SALVM neutri generis est vulgari consuetudine. || Masculini. Ennius Hecuba (162):

undantém salum.

---

**4—5** feminino utri $L^1$: femini $F^2$ ($F^3$?) || **6** strigilis (*seq.* s): *corr. Guietus*: strigil *Quich.* || **9** IIII *L* || **11—14** *cf. 318. 11* || **15—16** *cf. 115. 28* || **16** in aquam *codd. Pl.* || **17** in *om.* || **18** legimus tes fit et sale: *corr. Cuiacius* || quod s. *Me.*: quo s. || ec s. sordido quom p. (*secl.* sale) *Mu.* (*cf. Fest. 158*) || pistum *Mu.*: siistum (sustum $G^1$ *ut vid.*) || **19** in *add. Cuiac.* || fictilem *Cuiac.*: facidem $F^3 B^A$: facide $L^1$ || abiectum $\Sigma$ || est *del. Quich.* || **19—20** et postea *quidam Varroni dant* || **20** ferreo $B^A$ || **22** pellico: *corr. Both.* || **23** desim *Both.* || socri: *corr. Quich.* || patrueli *Guietus, Me.*: patrui || **24** Salvum $L^1$ || et $L^1$.

SIBILVM neutro, ut apud Serenum (5):

suave sibilum.

|| Masculino Vergilius in Bucolicis (V, 82):

nam neque me tantum venientis sibilus Austri.

Lucilius (inc. 90):

saxa et stridor ubi atque rudentum sibilus instat.

SAGVM generis neutri, ut plerumque. || Masculini. Ennius (Ann. 254):

tergus igitur sagu' pinguis opertat.

Varro Virgula Divina (569):

cúm neque aptam móllis umeris fíbulam sagús ferret.

SPARI, quod est genus teli, masculino genere, || ut est apud Vergilium (Aen. XI, 682):

agrestisque manus armat sparus.

|| Neutro Lucilius (inc. 109):

tum spara, tum rumicis.

SANGVIS masculino genere in consuetudine habetur. Vergilius Aeneidos lib. II (638):

vos o, quibus integer aevi
sanguis, ait.

|| Neutro Ennius Hecuba (164):

heú me miseram! intérii! pergunt lávere sanguen sánguine.

Lucretius lib. I (837):

visceribus viscus gigni sanguenque creari.

---

28 suaves $L^1$ || 32 rud. *Ribb.*: erunt dum: furentum *vel* ruentum *Mu.* || instat *vel* infit *Lips.*: institis (*seq.* s) || 34 tergum (?) *Iun.* || ig. *del. On.* || 35—36 *cf. 538. 29* || 36 sagis *L* || 1 quod—teli *secl. Quich.* || 2—3 *cf. 555. 20* || 6 habebatur $L^1$ || 8 integrevi *L* || 10—11 *cf. 466. 27; 504. 6* (*s. v.* lavere) || hecubae heu $L^1$: hec. eheu $F^3$: hec. heu *BA* || 12—13 *cf. 184. 12.*

224 M.

Accius Amphitryone (82):

cum pátre parvos, patrium hóstifice
sanguíne sanguen miscére suo.

idem in Aeneadis aut Decio (3):

vim Gállicam obduc cóntra in aciem exércitum,
lué patrum hostili fúso sanguen sánguine.

Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου (225):

Africa terribilis contra; concurrere civis
*civi* atque Aeneae misceri sanguine sanguen.

Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (31): 'quotusquisque est cui, mors cum adpropinquet,

«. non fugiat tímido sanguen, átque exalbescát metu?»'
(Enn. trag. 24.)

SVBCVBONEM positum pro succuba Titinius testis est in Psaltria (91):

contemplári ancillas, quam árbitrer
illárum subcubónem esse.

SIMILE est, pro similis est; pro masculino positum neutrum. Titinius Fullonibus (34):

formícae pol persímile est rusticús homo.

Naevius Gymnastico (60):

pol haút parasitorum áliorum simile ést . .

---

**15** patri' *Mu.* || patrium *Both.*: patrum: parat *Voss.* || **16** hiscere: *corr. Passerat.* || suum *Voss.* || **18** acie: *corr. ed. princ.* || **19** lue *Bue.*: ve (vae $L^1$) || patrium *Both.* || fusum *Ald.* || **21—22** civis civi *N. Faber*: ibis (*idem error 274. 27* ibi *pro* civi; *321. 7* ibis *pro* civis) || **22** aenea: (*corr. F*) || **24** cui] cum *L* || **25** non refugiat *codd. Cic.* || **26** Subcuboneum (-neam $H^3$): *corr. Me.* || **29** subcuboneam: *corr. Me.* || **32. 34** -lest (*i. e.* -lis est) *Tit., Naev.* || **32** homo *del. Ribb., Havet.* (*cf. ad v. 34*) || **34** aut: haud *Bentin.* || est homo *Ribb., Havet.* (*cf. ad v. 32*).

Novius in Militibus Pometinensibus (62):

tú pueri pausílli simile es, quía enim ad os fers quícquid nanctu's.

SCHEMA feminino genere dici veterum usurpat auctoritas. Plautus Amphitryone (117):

quod ego húc processi síc cum serviií schema.

Pomponius Prostibulo (150):

sí valebit, plús in buccam baétet siticinís || schema.

|| Neutro Naevius Lycurgo (31):

pérgite,
thýrsigeraé Bacchaé modo, Bácchicó cum schémate.

Lucilius lib. XXIX (85):

in gýmnasio ut schema ántiquo spectátores retinéres.

SCROBES feminino genere. || Masculino Plautus Amphitryone (fr. VI):

. . ibi scrobés fodito séxagenos ín dies.

idem Aulularia (fr. III):

. . . ego ecfodiebam ín die denós scrobes.

Varro Rusticarum Rerum lib. I (cf. 37, 4) scrobiculum dicit. — Idem Manio (255): 'quod dum administrant, in scrobe fodiundo inveniunt arcam'.

---

**36** s. est: *corr. ed. princ.*: simile's (*i. e.* -lis es) *Novius* || n. est: n. es *ed. princ.* || **39** praecessi *L* || **1** puls *Palmerius ap. Grut. IV, 777* || vetet: *corr. Palmerius* || siticinis *On.*: sidicin || **4** brehcae: *corr. Bentin.* || Bacchiaco *Bergk.* || t. B. Bacchico c. s. *Ribb.* (*iamb.*): t. B. commodo c. s. *Mu.* (*iamb.*) || **6** gemnasio (-eo $L^1$) || schemate *Dousa* || antiquum *Gulielm.* || est peccatores *L*: et spectatores $B^A$ (*ambo pro* esp.) || detinet *On.* (*troch.*): tetinerit *Quich.* || **8** ecfodito plus s. *codd. Prisc. I, 168 et 321* (e. tu plus *Hertz.*) || in die *cod. Gemblac. schol. Lucan. p. 283*: in dies *etiam codd. Prisc.* || **10** *fort.* egón || **11** *hausta haec* ad alia in praeparando faciendi scrobes (I, 37. 4), idem *credit Mu.* || **12—13** quoddam adm. *L.*

SYNGRAPHAS feminino genere M. Tullio auctore dicimus (pro Neg. Ach. 1): ‘pro negotiatoribus Achaeis syngraphas qua nostra voluntate conscripsimus!’ ‖ Masculino Plautus Asinaria (746):

agedum, ístum ostende, quém conscripsti, sýngraphum.

SILEX omnium consensu feminino genere appellatúr. Vergilius in Bucolicis (I, 15):

a, silice in nuda.

‖ Masculino Lucretius lib. I (571):

unde queant validi silices ferrumque creari.

idem lib. V (313):

non ruere avulsos silices a montibus altis?

SPICAE generis sunt feminini. Varro Sexagesi (503):

síc canis fit é catello, síc e triticó spica.

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. IV (37): ‘non enim, quod facit in frugibus, ut, cum ad spicam perduxerit’. ‖ Neutri. M. Tullius de Senectute (51): ‘culmoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur. ex quibus cum *emersit,* fundit fruges spici ordine structas’. — Varro Lege Maenia (241): ‘neque in bona segete nullum est spicum nequam neque in mala non aliquod bonum’.

SQVALOR masculini est generis. ‖ Feminini. Accius Eurysace (339):

pro dí inmortales! spéciem humanam ‖ invísita,
tam egrégiam, indignam cláde et squalitúdine.

---

**15** (prae *F*): praebe *Mu.* ‖ pro Neg. Ach. (*tit. orationis*) *Madv. Adv. I, p. 155* ‖ **16** quas *ed. princ.*: *fort.* quanta ‖ **18** gen. app. *F*³: app. gen. *L B*ᴬ ‖ **26—27** spicam tull. *L*¹ ‖ **28** ut cum] victum ‖ **29** Neutri *Quich.*: masculini ‖ **30** camoque *L* ‖ **31** et *L*: e *B*ᴬ ‖ emersit *om.* ‖ **31—32** frugem — structam *codd. Cic.* ‖ **32** Neutri Varro (?) *Mu.* ‖ **33** bona segete *F*³: bonam segetem *L B*ᴬ ‖ **1—2** inv. tam *Mu. post Both.*: inusitatam *B*ᴬ: -tem *L*¹: invisi ita *On.* ‖ **2** indigna *On.* ‖ cl. *edd.*: ciade: scabie *Mu.* ‖ et squaliisdine: *corr. ed. princ.*

idem Telepho (617):

nam étsi opertus squálitate est lúctuque horrificábili.

Varro Manio (254): 'ager derelinqueretur ac periret «squalé scabreque inlúvie et vastitúdine»'. (cf. Pacuv. 314.)

*Lucilius lib. XXVI* (36):

squálitate súmma, scabie súmma in aerumna óbrutam.

SVASIONES *generis feminini.* * * *

*SERVITVS* generis feminini. || Neutri. Accius Clytaemestra (37):

scíbam hanc mihi suprémam lucem et sérvitî ﬁném dari.

SCVTVM generis neutri. || Masculini. Turpilius Demiurgo (40):

quia nón minus res hóminem quam scutús tegit.

SEPLASIVM generis neutri. Varro *Ἀνϑρωποπόλει, περὶ γενεϑλιακῆς* (38):

dotís dato insulám Chrysam, agrum Caécubum, seplásia Capuaé, macellum Rómuli.

|| Seplasia Feminini. Varro Synephebo, *περὶ ἐμμονῆς* (511):

hic nárium seplásiae, hic hédycrum Neápolis.

Pomponius Quinquatrubus (160):

venit, ínquit, nos rogátum, quando nóstrae essent Seplásiae.

---

4 horrificali: *corr. ed. princ.* || **5—6** *cf. 125. 32* (*s. v.* inluvies); *168. 15* (*s. v.* scabre); *185. 14* (*s. v.* vastescant) || **6** squales $F^3$ || **7—8** *fort. secludend. cf. 126. 3; 401. 36* (*s. v.* summum) || **7** Luc. lib. XXVI: *om. codd. h. l.* || **8** ac sc. *codd. 126* || obruta *codd. h. l.* || **9** Suasiones $F^3$: Suasione *L* $B^A$: -nem *Mu.* || **11** (ibam $L^2$) || servitii *Voss.*: servitiis $L^1$: servitutis $B^A$ || **13** secutus $L^1$ || **16** doti *Ald.* || insolam chriam (chrisam $G^1$) agr. accubum: *corr. Ald.* || **19** hedycus: *corr. Forcellinus post Passerat.*: hedycrumst (?) *Mu.*: *ἡδύπνους Oehler.* || meapolis || **21** inquit *del. Both.* || rog. nos: *corr. Both.* || seplesiae: (*corr. E*).

STVPOR generis masculini. || Stupiditatem Accius Erigona (287):

ita ínperitus stúpiditate erúmpit se, inpos cónsili.

STATVRA generis feminini. Lucilius lib. XXVIII (52):

quare pro facie, pro statura Acciu' 'status'?

|| Masculini. M. Tullius de Officiis lib. I (126): 'in corporis denique motu et statu cernitur'.

STIRPEM generis feminini. Vergilius Aeneidos lib. VII dixit (293):

heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
fata Phrygum!

|| Masculino Ennius Annalium lib. V (VI, 180):

nomine Pyrrus, uti memorant, a stirpe supremo.

Pacuvius Atalanta (50):

dúbito quam insistám viam
aut quód primordiúm || capissam ad stírpem exquirendúm . .

Vergilius Aeneidos lib. XII (781):

namque diu luctans lentoque in stirpe moratus.

SATIO generis feminini. Vergilius Georg. lib. I (215):

vere fabis satio.

|| Masculini. M. Tullius de Senectute (52): 'quid ego vitium ortus, satus, incrementa conmemorem?'

## INCIPIT PER T LITTERAM.

TACTVS generis masculini, ut saepe. || Feminini. Cicero Tusculanarum lib. IV (20): 'qualis haec aurium, tales sunt oculorum et tactionum et odorationum et saporum'.

---

23 aepigona: *corr. Me. in Indice*: Epigonis *Both.* || **24** consilit $L^1$ || **26** *a* status *nov. lemm.* || **28** metu *L* || **29—31** *cf. 303. 32; 455. 28* || **29** VIII $B^A$ || **33** nomine *cod. Festi p. 454*: homines: numinis *Mu.* || **1** a st.: (*corr.* $F^2$) || exquirentem: *corr. ed. princ.* || **5** vere] bene *L* || **7** ingremeta gonm. *L* || **11** sunt toculorum $L^1$: sunt et oc. $B^A$ || actionum *L* || sarorum *L.*

TALE positum pro talis. Titinius Setina (106):

accéde ad sponsum audácter. vergo núlla tale est Sétiae.

TONITRVS positum pro tonitru. Plautus Amphitryone (1062):

strepitús, crepitus, sonitús, tonitrus.

TERGVM neutro genere dici et consuetudo et veterum firmat auctoritas. Plautus Pseudulo (154):

numquam édepol vestrum dúrius tergum érit quam hoc terginúm meum.

|| Masculino Plautus in Asinaria (319):

hábeo, opinor, fámiliarem térgum, ne quaerám foris.

TEXTVS masculini est generis. || Neutri. Lucretius lib. V (94):

tris species tam dissimilis, tria talia texta.

idem lib. VI (990):

propter dissimilem naturam textaque rerum.

Accius Nyctegresia (484):

. ascendit óras, laterum téxta Vulcaní vorax.

TERRICVLAE generis feminini. || Neutri. Accius Epinausimache (324):

ubi núnc terricula túa sunt?

idem Telepho (623):

proínde istaec tu aufér terricula atque ánimum iratum cónprime.

---

13 audaciter || ulla *Duebner.* || talest Set. *Mu.*: est talis etiae (etiam est?) || 15 crep.] screpitus || 16 et vetveterum *L* || 18 durum || 22 dissimiliis *L*[1] || 24 dissimilam *L*[1] || 25—26 nyctegresias scendit *L*: nyctegresi ascendit *BA* || 26 scindit *Σ* || hora: *corr. Ribb.*: aura *Palmerius*: flora *Scal.* || 28 terriculata sunt: *corr. ed. princ.*: t. tanta sunt *Ribb.*: t. ista sunt *On.* || 30 tu (*seq.* a) *Mu.*: tua.

TORQVEM generis masculini. Lucilius Satyrarum lib. XI (1): ||

conventus pulcher. bracae, saga fulgere; torques
† datis magni.

M. Tullius de Officiis lib. III (112): 'atque hic Titus Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto cognomen invenit'. || Feminini. Varro Ἔχω σε, περὶ τύχης (170):

téla déxtrá vibránt, rússa trína émicánt,
 atque ínsignitus Mártis torques aúreae.
scúta caéláta Hibéro árgéntó graví
crébra fúlgént.

Claudius Quadrigarius, describens Manli Torquati pugnam (10b): 'ubi eum evertit, caput praecidit, torquem detraxit eamque sanguinulentam sibi in collum inponit'. — Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'auri pondo duo milia acceperunt ex aedibus sacris et matronarum ornamentis; a quibus postea id aurum et torques aureae multae relatae Romam atque consecratae'.

TIMOR generis masculini. || Feminini. Pacuvius Periboea (292):

ecfáre, quae cor túum timiditas térritet?

M. Tullius de Re Publica lib. II (68): 'esse autem angores, si miseria adflictus aut abiectus timiditate et

---

31—2 *cf. 506. 23* (*s. v.* fulgĕre) || 1 braces (-ch-) *codd. h. l.* || torquem *codd. h. l.* || 2 datis *om. codd. 506*: induti *Mu.*: *fort.* paedatis (*cf. Mart. I, 92. 8*) || 3 anienum || 6 russatia emi.: *corr. Roeper.*: russae pinnae micant (?) *Mu.* || 7 insignibus: *corr. Ries.* || torques $F^3$*BA*: torqueas *L* || aureae *BA*: aurea* $L^1$ (aureas et $L^2$) || átque in ínsígnibús Márti' tórquae aúreaé *Bue.*: státque insígnítu' dúx Márti' tórque aúreá *Ries.*: atque—aureast *Mu.* || 8 sc. c. Hiberon a. g. *Bue.*: sc. c. Hibero ex a. g. *Ries.*: sc. c. H. a. auro et g. *On.* || 11 eum *codd. Gell. IX, 13. 18*: eam || praecidi *L* || 13 II *Popma* || 14 acceperint: *corr. Bentin.* || et *om. BA* || 15 orn. * * * *Mu.* || 17 et fare || tum $L^1$ || 18—19 e. a. angore esse m. adflictas *C. F. Mueller.* || 19 si sis mis. *Mu.* || adfictas (aff.) aut abiectas: *corr. Gerlach.*

ignavia'. — idem de Oratore lib. II (10): 'pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti'. — [in] eodem (300): 'neque illa mihi cautio et timiditas in causis propter praestantem prudentiam Crassi neclegenda est'.

TRACTVS generis masculini. || *Neutri.* Varro Mutuum Muli Scabunt, περὶ ψωρισμοῦ (325): 'ut venalem tuniculam poneret cottidie, ut vieret torum; denique etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori'.

TRIBVLAE feminino Vergilius Georg. lib. I (164):

triblaeque traheaeque et iniquo pondere rastri.

|| Neutro Varro Rerum Rusticarum lib. I (52, 1): 'quod fit aput alios iumentis, hic tribulo fit'. ||

TORPOR generis masculini. Lucretius (Lucilius III, 40):

tantus conduxerat omnia torpor.

|| Torpedo feminini. Sallustius Historiarum lib. I (77, 19): 'haec si placent, si tanta torpedo animos obpressit'.

TAPETE generis neutri. Turpilius (217) et Caecilius (285): 'glabrum tapete'. || Masculini. Vergilius (Aen. IX, 358):

pulchrosque tapetas.

TRIBVTVM neutro. || Masculino Cato Originum libris (125): 'ne praedia in lubricum derigerentur, cum tributus exigeretur'.

---

**20—21** addicendo *L* || **21—22** *cf. 491. 31* || **21** in *om.* $L^1$ || **22** idem eodem *Mu.* || in cauti *codd. h. l.* || crastinate legenda est *codd. h. l.* || **23** neutri *add. ed. princ.* || **25** ut videret totum: *corr. Scal. ad Tibull. p. 121*: ut ordiret togam *On.* || **26** lanea $F^3$ $B^A$: lenea *L* || ministraret *Quich.* || infectori $F^3$: intectori *L*: inpectori $B^A$ || **27** femino *L* || fem. Neutro Verg. *Quich.* (*cf. ad v. 29*) || **28** tribulaeque $F^3$ $B^A$: sublimaequae $L^1$ || trahequae *L* || pastri *L* || **29** Neutro *del. Quich.* (*cf. ad v. 27*) || **30** aput *om. L* || **1** Lucilius *Roth.* || **2** concusserat *ed. princ.* || **4** obprepsit $F^3$: obressit $L^1$: obpressit (oppr.) $B^A$: (obrepsit $L^2$) (*idem error 219. 13*) || **5** et Caec. *secl. Mu.* || **6** (glab. tap.) *cf. 542. 15* || **8** neutri *Mu.* || **9** in ludibrium diriberentur *Mu.*

TESTA genere feminino saepe invenitur. || Neutro aput obscurae auctoritatis, sed summos scriptores legimus (? Mummius Atellan. 1).

TVRDI masculini sunt generis, ut plerumque lectum est. || Feminini. Varro Quinquatrubus (447): 'tu, Pleni, contra turdas audes dicere, cum in eborato lecto ac purpureo peristromate cubare videas aegrotum et eius prius alvum quam typhon subducere malis?'

TARDITAS, generis feminini. || Masculino Varro Bimarco (57):

ne me pedatus versuum tardor
refrenet, arte † cumpritymon certum.

TIBIA generis feminini. || Masculini. Varro Modio (309):

quaré meas lubídines ac tíbias bilínguos.

TARTARA neutro genere. Vergilius lib. VI (542):

at laeva malorum
exercet poenas et ad impia Tartara mittit.

|| Masculino Vergilius lib. VI (577):

tum Tartarus ipse
bis patet in praeceps tantum.

---

**11** script.] *de Gell. Noct. Att. VIII cogitat Hertz. Opusc. Gell. p. 125* || **13** pleni $F^3$: pledi $L B^A$ || **13—14** Varro * * * TYPHOS masculini. Feminini. Varro Quinq., tu κλινικόν te audes *On.* (*Journ. Phil. XVI, 181*) || **14** contra $B^A$: conta *L* || turdas audes *Oehler.*: caudes audes || *fort.* tu σπληνικόν turdas audes || cum in $F^3$: cum i $L B^A$ || **14—15** purpure operis toro $F^3 B^A$: purpure operisto *L* || **15** album || typen (*quod tuetur On.*): *corr. Ley. de Menippo cynico p. 14* || **16** Traditus $L^1$ || **17** p. iste v. t. *Ries.*: p. v. nimis t. *Vahlen.* || **17—18** *fort.* ne me | pedátu' versuúm tardor | refrénet, arte cúm rythmo | certo (*cf. Class. Rev. XVI, 52*) || **18** neprenettarte (-prae-): *corr. Popma* || a. compari rhythmon c. *Vahlen.*: a. comprimo r. sertum *Ries.*: a. cum paro r. s. *Mu.*: a. comparo r. rectum *Crusius* (*Philol. LIII, 225*) || **20** queri *On.*: quaero *Iun.* || ad *Iun.* || tibios *Roeper.* || **22** ac *L* || **25** tartaris *L*.

## INCIPIT PER V LITTERAM.

VTERVS masculino genere dicitur. ‖ Neutro Plautus Aulularia (691):

perií, mea nutrix! óbsecro! uterúm dolet!

Turpilius Philopatro (179):

dispérii misera! ‖ úterum cruciatúr mihi!

Afranius in Vopisco (345):

consédit uterum, nón ut omninó tamen.

VENATVS masculini est generis. Vergilius lib. IX (245):

venatu assiduo et totum cognovimus amnem.

et Georgicon (Aen. VIII, 318):

sed rami atque asper victu venatus alebat.

‖ Venatura feminini. Plautus in Milite Glorioso (990):

víden tu illam oculis vénaturam fácere atque aucupium aúribus?

VVLTVS masculino genere appellatur. Vergilius lib. V (848):

mene salis placidi vultum fluctusque quietos?

‖ Neutro Lucretius lib. IV (1212):

ut patribus patrio; sed quos utriusque figurae
esse vides iuxtim, miscentes vulta parentum.

Ennius (Ann. 583):

aversabantur semper vos vostraque vulta.

VVLGVS neutro genere solum dici putant. Lucilius Satyrarum lib. XIV (5):

dilectum video studiose vulgus habere.

---

**28** Uteros *L*¹ ‖ **29** obs. te u. *codd. Pl.* ‖ **1** diisperi ‖ ut ute. *Grautoff.* ‖ **3** cons. *Bue. de declin. lat. p. 12*: sedit (*praec.* co) ‖ **4—5** *cf. 275. 30* ‖ **7** vixtu *L* ‖ **11** plaucidi *L* ‖ **13** patrio] patri ‖ **16** adversabantur: avorsabuntur *Scal.* ‖ vos *ed. princ.*: vivos.

|| Masculino Sisenna Historiarum lib. III (48): 'inperitum concitat vulgum'. — Vergilius Aeneidos lib. II (98):

tunc spargere voces
in vulgum ambiguas.

Accius in Eurysace (347):

† diffidamantem necidere †
turbat vulgum, evitat, moeros disicit.

idem Epigonis (288):

et nónne Argivos frémere bellum et vélle vim vulgúm videt?

Varro in Cycno, περὶ ταφῆς (81): 'quare Heraclides Ponticos plus sapit, qui praecepit ut conburerent, quam Democritus, qui, ut in melle servarent. quem si vulgus secutus esset, peream si centum denariis calicem mulsi emere possimus'. — idem Ὄνος λύρας (359): 'iurgare coepit, dicens:

«quae fácis, atque in vulgúm vulgas»'.

VSVS generis masculini. Cicero de Oratore lib. I (15): 'adiungeretur usus frequens, qui omnium magistrorum || praecepta superaret'. || Feminino Plautus in Amphitryone (108):

usúramque eius córporis cepít sibi.

Accius in Oenomao (507):

atque hánc postremo sólis usurám cape.

Varro [in] Ταφῇ Μενίππου (517): 'Diogenem litteras scisse, domusioni quod satis esset'.

---

21 concitat $F^3BA$: contat *L* || 22 hinc sp. *Verg.* || 25 (a mentem *E*) || discidia amantem *Bue.* || Iphidamantem *Roth.* || neci dare *Iun.*: scindere *Ribb.* || 26 v. ambigua accius (haec *ex vv. 23—24 prave repetita*) ev.: *corr. Roth.* || 27 epigono: *corr. Me.* || 28 vi || 30 pontificos: *corr. Bentin., Me.* || conbureret (comb.): *corr. ed. princ.* || 32 si c. $F^3$: sic c. *LBA* || masi *L* || 33—34 *cf. 182. 30* (*s. v.* vulgare) || 34 quae scis *codd. 182* || 35 II || 5 postremam *Bergk.* || solic *L* || 6 V. itaf. $L^1$ || 6—7 *cf. 248. 12* || 7 dumusioni *codd. utrobique.*

VECTIS generis masculini. Lucilius Satyrarum lib. IV (33):

ne agitare manu tu
pessulum et hunc vectem possis cuneis † ipso.

Vergilius (Aen. VII, 609):
centum aereî claudunt vectes.

VEPRES generis masculini. Vergilius (Aen. VIII, 645):
sparsi rorabant sanguine vepres.

|| Feminini. Pomponius Porco, per hypocorisma (130):
decedo cacatum; vepra † est veprecula.

Lucretius lib. IV (61):

nam saepe videmus
illorum spoliis vepres volitantibus auctas.

VADVM generis neutri. Vergilius Aeneidos lib. I (536):
in vada caeca tulit.

|| Masculini. Sallustius Historiarum lib. I (108): 'et mox Fufidius adveniens cum legionibus postquam tantas spiras, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis oportuniora videt'.

VESPERA feminini. * * * (Atta 23): '† optatum germanus † meas vespera oriente clanculum ferri ad speciem delino'.

---

8—12 *fort. post 19 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 65*) || 9 num *Mu.* || agitarem (*seq.* m): *corr. Gerlach.* || 10 pessulus: *corr. ed. princ.* || poscis *I. Dousa* || cun. opus *Mu.* || 14 parsi *L* || 15 porto: *corr. Both.* || per hipocons *L* || 16 decedo cacatum $F^3 B^A$ (*ex* de celo cac.): *om. L* || num quae est hic praestu veprecula *Bue.*: vipera est in veprecula *Iun.*: * * * veprecula [a vepre est veprecula] *Mu.* || 17—19 *cf. 458. 13* || 21 vade *L* || 23 vox *L* || fupidius *L* || 23—24 spiras] ripas *Maurenbrecher.* || 24 suadum (*praec.* s) *L* || op. vid. $F^3 B^A$: oportunio pavidet *L* || 25 feminino $B^A$ || Novius Dotata (*Scal.*) ter manus *Mu.*: Atta tum *etc. Me.* | *fort.* Atta Matert., mánus meas | vespéra oriente clánculum ferrárî ad speciem délino.

|| Masculini. Plautus in Amphitryone (253):

haéc illist pugnáta pugna úsque a mani ad vésperum.

Vergilius Georgicorum lib. III (336):

cum frigidus aethera vesper
temperat.

Terentius Heautontimorumeno (67):

numquám tam mane egrédior neque tam vésperi
domúm revortor.

VTRES usu generis masculini tantummodo deputantur. || Neutri. Lucilius (inc. 91):

Andronis flacci teget utria.

VIGILIAE generis feminini sunt, ut plerumque. || Neutri. Varro in Endymionibus (105): 'animum || mitto speculatum tota urbe, ut, quid facerent homines, cum experrecti sint, me faceret certiorem; siquis melius operam sumeret, ut eius consilio potius vigilium amminicularem nostrum. qui videt alium aliud curitantem extremo a noctis tempori'.

VICTVS, pro vita positum, genere masculino. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (10): 'persecutus Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras'.

---

29 illis est: illic (-i) est *codd. Pl.* || **31** aethera $F^3$: aethra $B^A$: aetra *L*: aera *codd. Verg.* || **34** libro VII numquam *L* || m. domo egr. (*cf. v. 35*) || vespert *L* || **35** domum *om.* (*cf. v. 34*) || **36** tantummodi $L^1$ || **38** andronius: *corr. Mu.* || flacchi || leget *Scriver.* || **1** an. meum mi. *Scal.* || **2** orbe $L^1$ || facere ne homines || **3** facere cert. (cerc. $L^1$) || me mel. *Scal.* || **4** sumeret *Passerat.*: superet: insumeret *Mu.* || vigilius (*etiam* $F^3$) || amminicutarem *L* || qui videt $F^3$: quid vidit $B^A L$ || alium aliud *On.*: alium $F^3$: aliud $L B^A$ || curvantem: *corr. On.*: *tuetur Norden*: curantem *Roth.* || extremo a *On.*: extrema || **5—7** *secl. Mu.* || **5** Vitus $L^1$ || **7** fictus $L^1$.

# Date Due